Diui Aurelij Auguſtini Hippo nenſis epiſcopi in pſalmorũ ſecũ dam quinquagenã explanatio.

¶ Diui Aurelij Auguſtini hipponenſis epiſcopi de pſ.lj. Tractatus incipit.

¶ Prefatio.

B Salmus breuis eſt:de quo loquen/dū ſuſcepim⁹ charitati veſtre:ſed di/ctū habet aliquātulū negocioſum. Patiēter ergo ſuſtinete nos : donec illū enodem⁹ vt poſſum⁹ : quātū ad iuuerit dñs. Neqʒ enim paſſim ꝑter eūda ſunt hec:quādoqʒ nūc placuit fratrib⁹:nō tātū aure ꝛ corde:ſed et ſtilo excipiēda que dicim⁹:vt nō au/ditorem tātū:ſed et lectorē etiā cogitare debeamus. Nata eſt quidē occaſio pſalmo huic ex re quadā geſta:quā vobis

1. Regū.C. etiā fecim⁹ recitari de libro regnorū. Saul enim rex non ad permanendū electus eſt a domino:ſed ſecundū populi cor durum et malum datus ad eorū correctionē:nō ad vtilita/tem:ſecūdū illā ſentētiā ſanctarū ſcripturarū:q̄ ait de deo

Job.34. Qui regnare facit hominē hypocritā:ꝓpter ꝑuerſitatē po

1. Regū.21 puli. Cū ergo talis eſſet ſaul:ꝑſequebatur dauid : in quo de⁹ ꝑfigurabat regnū ſalu⁹ ꝛ eterne:ꝛ quē de⁹ elegerat permā ſurū in ſemine ſuo:quādoquidē futurus erat rex noſter rex ſeculorū:cū quo regnaturi ſum⁹ in eternū ex ſemine ipſius

Ro.1. dauid ſecundū carnē. Cū ergo dauid de⁹ elegiſſet:ꝛ preele giſſet ꝛ ꝑdeſtinaſſet ad regnū:noluit ꝛ ipſum dauid ante re gnū tenere:q̄ primo a ꝑſequentib⁹ liberaret:vt etiā in hoc

1. Regū.21 ipſo figuraret nos:id eſt corpus eius:cuius corporis caput

Coll.1. chriſtus. Porro enim ſi ipſuʒ caput noſtrum ſine primo per acto labore in terra:in celo regnare noluit:neqʒ leuare ſur/ſum corpus quod deorſum accepit:niſi per tribulationis viā quid audent membra ſperare capite ſuo magis ſe poſſe eſſe

Math.10. felicia? Si patrem familias beelzebub vocauerunt:quanto magis domeſticos eius? Nō ergo ſperemus molliorem viā: qua preceſſit eamus:qua duxit ſequamur. Si enim a veſti/

B gio eius aberrauerim⁹:perimus. In hoc ergo dauid quid prefigurabatur videtis. Ergo et in ſaul quid prefigurabat/tur videtis. Regnum malum in ſaul:et regnum bonum in dauid. Mors in ſaul et vita in dauid. Etenim nos non per ſequitur niſi mors:de qua in fine triumphabimus:dicētes.

1. Corin.15 Ubi eſt mors contentio tua? vbi eſt mors aculeus tu⁹? Quid eſt quod dico:nō nos perſequitur niſi mors? Quia niſi mor tales eſſemus:non eſſet quod nobis faceret inimic⁹. Nun/quid enim angelis quicq̄ facit? Ergo etiā ipſa mors a qua maxime habemus perſecutionem:cuius finitur in fine con tentio:cum reſurrexerimus a mortuis:ſicut finita eſt in ca pite noſtro:ſic finietur et in nobis ſi iuſti fuerimus inuenti. Nam mortuus ille mortis interfector fuit : et magis in illo mors mortua eſt:q̄ ipſe in morte. Denīqʒ etiam nomen ipſʒ ſi attendamus:non eſt ſine myſterio. Nam ſaul interpreta tur petitio:hoc eſt appetitio. Quid enim dubitare debe/mus:nobis feciſſe mortem iſtam? A peccato enim hominis nata eſt mors. Meito ergo ipſe ſibi homo appetiuit mor

Sap.1. tem:et ideo appetitio nomen eſt mortis. Nam ſicut ſcri/ptum eſt:Deus mortem non fecit:nec letatur in perditione viuorum? Creauit enim deus vt eſſent omnia:et ſanabiles fecit nationes orbis terrarum:Et vnde mors:tanq̄ quere/res: Impij autem manibus:inquit : et verbis accerſierunt

Jbidem. illā:et eſtimātes illā amicā defluxerūt. Ergo appetēdo illā defluxerūt ꝛ in mortē irruerūt:eſtimātes illā ſibi eſſe amicā et quomodo eſtimauit populus amicū:et petiuit regem ini micum. Extorſit enim populus a domino habere regem:ꝛ

1. Regū.8. datus eſt ſaul tanq̄ dati eſſent illi in manus ſuas:qui ma/nibus et verbis accerſierunt mortem:et figurata eſt in ipſo

Pſ.17. ſaule ipſa mors. Ideo pſalmus ille ſeptimuſdecim⁹:ſic ha/bet titulum:in die qua liberauit eū dominus de manu oīm inimicorūʒ eius:et de manu ſaul. Dixit primo omnes inimi cos eius:et poſtea de manu ſaul:quia nouiſſima inimica de

1. Corin.15 ſtruetur mors. Quid eſt:Et de manu ſaul? Quoniā eruit

C nos ab inferis:et de manu mortis liberauit nos. Cum ergo

1. Regū.21 ſaul perſequeretur virum ſanctum dauid : confugit dauid vbi tutum putauit eſſe locum:trāſiens per ſacerdotem quē dam achimelech:accepit ab eo panes. Ubi figurauit etiam perſonam non tātum regis:ſed ꝛ ſacerdotis:q: māducauit

panes propoſitionis:quos ſicut dicit dominus in euange/

lio:nō licebat manducare niſi ſolis ſacerdotibus. Poſtea ce Math.21.

pit eum querere ſaul:et iratus eſt ſuis quod nemo eum ſibi

vellet prodere. Hoc modo lectuʒ eſt in libro regnorū. Erat 1. Regū.21

autem ibi doech idumeus quidam:quādo venerat ille ad achimelech ſacerdotem:princeps paſtorum ſaul. Qui cum adeſſet quādo ſaul iraſcebatur ſuis:q̄ nullus illi vellet pro dere dauid:prodidit:vbi eum vidiſſet. Miſit cōtinuo ſaul: et hibuit ſacerdotem:et omnes eius:et iuſſit occidi. Nemo auſus eſt hominum regis ſaul:nec iubēte rege mittere ma/num in ſacerdotes domini: ſed ille qui prodiderat:ſicut iu/das qui a propoſito ſuo non receſſit:et vſqʒ in finem perſe/uerauit:de illa radice fruct⁹ ferre : quales:niſi quales fert

arbor mala? Occidit doech iſte manu ſua iubēte rege ſacer/ Math.27

dotem et omnes eius. Deinde debellata eſt ciuitas etiaʒ ſa

cerdotum. Inuenimus ergo doech iſtum inimicum regi da 1. Regū.21

uid:et ſacerdoti achimelech. Unus homo eſt doech:ſed ge/ D

nus hominum eſt doech:ſicut dauid et corpus ipſius regis et ſacerdotis:tanq̄ vnus homo eſt due perſone:ſed tamen vnum genus hominum. Proinde in iſto tempore: et in iſto ſeculo videamus hec duo genera:vt pertineant ad vtilita/tem noſtram:vel quod cantauimus:vel quod cantari audi nimus. Modo videamus doech : modo videamus corpus regis et ſacerdotis:modo videamus corpus hominum ad/uerſus regem et ſacerdotem. Primo nomina ipſa attendite q̄ myſtica ſint. Doech interpretatur motus . Idumeus in/terpretatur terrenus. Jam videte quale genus hominum ſignificet doech iſte motus. Non ergo perſeuerans in eter/num:ſed emigrandus terrenus. Quid expectatis de homi ne terreno aliquos fructus celeſtes? Homo erit in eternum Eſt ergo regnum terrenum:vt breuiter dicam et cito inſi/nuem:hodie in iſto ſeculo:vbi eſt et regnum celeſte? Pere/grinos habet ciues ſuos vtrūqʒ regnum:regnum terrenum et regnum celeſte:regnum eradicandum:et regnum in eter num plantandum. Modo in hoc ſeculo ciues vtriuſqʒ regni permixti ſunt. Corpus regni terreni:et corpus regni cele/ſtis commixtum eſt. Regnum celeſte gemit inter ciues re/gni terreni et aliquando: Nam et hoc tacēdum non eſt:quē admodum regnum terrenum angariat ciues regni celoruʒ

et regnum celeſte angariat ciues regni terreni. Utrūqʒ vo Daniel.2.

his de ſcriptura dei demonſtrabimus. Daniel et tres pueri et.3.

in babylonia prepoſiti ſunt negocijs regis. Joſeph in egy/ Geñ.39.

pto ſecundus a rege poſitus eſt adminiſtrare rēpublicam: E

de qua republica erat populus ille dei liberandus. In ipſa republica angariam quodāmodo faciebat ioſeph: ſicut illi tres pueri ſicut daniel. Manifeſtū eſt ergo q̄ vſurpat ſibi ad opera ſua:id eſt ad opera regni ſui:non ad facta ſua ma la regnum terrenum ciues regni celorū. Quid eſt regnū ce lorum? Quomodo vſurpat in hoc ſeculo ad tempus ciues re gni terreni? Nonne de his Apoſtolus dicit:q̄ non caſte euā gelium annūciabāt:ſed terrena deſyderantes:regnum celorū predicabant:ſua querebant et chriſtum annunciabant? Et

vt noueritis q̄ et ipſi ad opus regni celorum:tanq̄ mercen Phil.1.

narij aſſumpti ſunt:Apoſtolus gaudens de illis dicit : Sūt qui per inuidiam et contentionem chriſtum annunciant non caſte:exiſtimantes tribulationem ſe ſuſcitare vinculis meis. Quid enim dum omnimodo ſiue per occaſionem ſi ue per veritatem chriſtus annuncietur? Et in hoc gaudeo:

ſed et gaudebo. De talibus etiam chriſtus annunciat:dicēs Math.23.

Phariſei et ſcribe ſuper cathedram moyſi ſederunt:que di cunt facite:que autem faciunt:facere nolite : Dicunt enim et non faciunt. Que dicunt:pertinent ad dauid:que auteʒ faciunt:pertinent ad doech . Per illos me audite:illos imi/tari nolite. Iſta duo genera hominum ſunt hodie in terra. De his duobus generibus hominum cantat pſalmus iſte.

Habet autem pſalmi titulus: ⌊ In finem intellectus da/ F

uid cum venit doech idumeus et nunciauit ſaul : venit da/ 1. Reg.21.

uid in domum abimelech:⌋ cū legamus eum veniſſe in do/mum achimelech. Et forſitan quod non abſurde ſentimus propter ſimilitudinem nominis:et vnius ſyllabe differen/tiam:vel potius vnius littere:variati ſunt tituli. In codici/bus tamen pſalmorum:cum inſpiceremus : magis abime/lech q̄ achimelech inuenimus. Et quoniam in alio loco ha/

hes euidentiſſimum pſalmum:non diſſimilitudinem nomi-
nis:ſed prorſus diuerſum nomen inſinuantem:quando qui-
dem dauid ante regẽ achis:nõ añ regẽ abimelech imutauit
faciem ſuam:et dimiſit eum:et abijt. Titulus autẽ pſalmi
Ps.33. ſic ſcriptus eſt:Quãdo immutauit vultum ſuum coram abi-
melech. Ipſa magis mutatio nominis in myſterium fecit
nos eſſe intentos:ne tãq̃ res hiſtorie perſequaris:et ſacra-
ta vela contẽnas. Diſcuſſum nomen in pſalmo illo:quod eſt
abimelech:inuenitur interpretatum: patris mei regnum.
Quomodo aũt patris ſui regnum dimiſit dauid : et abijt:
niſi quomodo chriſtus regnum iudeorum dimiſit et ad gen-
tes tranſiuit. Hunc fortaſſis etiã propheticus ſpiritus uſcri-
bens titulũ pſalmo huic:voluit vt nõ diceret achimelech:
ſed abimelech:q2 quãdo venit dauid ad patris ſui regnũ:
tunc eſt proditus:hoc eſt quãdo venit venit dñs noſter ie-
ſus chriſtus ad regnum iudeorum inſtitutũ a patre ſuo:de
quo dicit: Auferetur a vobis regnum dei: et dabitur genti
Math. 21. facienti fructus eius et iuſticiã:tũc eſt ꝓditus morti: quam
ſignificat ſaul: Non eſt autem occiſus:ſicut nec iſaac:cum ⁊
ipſe paſſionem dñi figuraret:nec tamẽ ſine ſanguine figura
trãſacta eſt: Uel ibi illius arietis:vel hic achimelech ſacer-
Gen. 22. dotis. Neq3 enĩ occidi oportuit eos quos tunc reſurgere nõ
oportebat:ſed eorum vitam a mortis periculo liberari. Ue-
runtamẽ effuſi ſanguinis liberatio:reſurrectionem potius ſi-
gnificabat:que hoc modo in illis figurabatur. Quia vero
dño ſeruabatur reſurrectio:plura hinc dici poſſent:ſi illarũ
rerum geſtarum in hoc ſermone ſuſcepiſſemus tractãda mi-
ſteria. Nunc iam audiamus iſta duo genera hominum: qñ
quidem de titulo iſto:⁊ ſi operoſius et fortaſſe loquacius:
B tamen vt dominus conceſſit exitum eſt. Duo genera homi-
attendite:vnum laborãtium:alterum eorum inter quos la-
boratur. Unum de terra:alterum de celo cogitãtiũ. Unum
in profundum cor mittentium:alterum:cor angelis coniun-
gentium. Unum ſperãtium de terrenis quibus pollicetur
hic mundus:alterum preſumentium de celeſtibus:que pro-
miſit non mendax deus. Non eſſe deſperandum de homi-
nibus bonis: ſi per eos terrenum aliquid adminiſtretur:
nec rurſum continuo gratulandum de hominibus qui cele-
ſtia agere dinoſcantur negocia:cum plerumq3 illi qui nego-
cijs ſecularibus implicati ſunt:cor ſemper ſurſum habeant:
et iſti qui celeſtia ſemper predicant : cor trahunt in terra.
Sed mixta ſunt iſta genera hominum: Inuenimus modo
ciuem hieruſalem:ciuem regni celorum adminiſtrare aliq̃d
in terra:vtputa purpuram gerit: magiſtratus eſt:edilis eſt
proconſul eſt:imperator eſt:rempublicam gerit terrenam:
ſed cor ſurſum habet: Si chriſtianus eſt:ſi fidelis eſt:ſi pius
eſt : ſi contemnens in quibus eſt:et ſperat in quibus non-
dum eſt. De quo genere fuit illa ſancta mulier heſter : que
cum eſſet vxor regi:oᷓuentum eſt ad periculum deprecandi
Heſter. 14 pro ciuibus ſuis. Et cum oraret coram deo:vbi mentiri nõ
poſſet :in oratione ſua dixit:ita ſibi fuiſſe illa ornamenta re-
galia.ſicut pannum menſtruate. Non ergo deſperemus de
ciuibus regni celorum:quando eos videmus aliqua gere-
re babylonie negocia:aliquid terrenum in republica terre-
na. Nec rurſus continuo gratulemur omnibus hominibus
quos videmus agere negocia celeſtia:quia et filij peſtilen-
tie ſedent aliquando in cathedra moyſi:de quibus dicitur.
Ps.1. Math.23. Que dicunt facite:que autem faciunt:facere nolite. Dicunt
enim et non faciunt. Illi in terrenis rebus leuunt cor in ce-
lum:iſti in celeſtibus verbis trahunt cor in terram. Ueniet
Math.3. autem tempus ventilabri:quando vtrumq3 diligentiſſime
diſcernatur:ne granum aliquod tranſeat in aceruum palee
comburendum:nec vna ſtipula tranſeat ad maſſam in hor-
reo recondendam. Quãdiu ergo nunc permixtum eſt : au-
diamus hinc vocem noſtram:id eſt ciuium regni celorum.
Hoc enim affectare debemus:tolerare hic malos q̃ tolera-
ri a bonis: et coniungamus nos huic voci:et aure:⁊ lingua:
et corde et opere. Quod ſi fecerimus:nos hic loquimur in
his que audiuimus. Dicatur ergo pſalmo de corpore malo
regni terreni.

ℭ Expoſitio pſalmi.

Qui† gloriatur in malicia qui potens † eſt? ⌋ Attẽdite fra- b Ar. † glo-riatio. † eſt
tres mei:gloriã malignitatis:gloriã ho-
minum malorum. Que eſt gloria? Quid
gloriatur in malicia:qui potẽs eſt: id eſt
qui in malicia potẽs: q̃d gloriatur? Op⁹
eſt potẽtem eſſe:ſed in bonitate:nõ in malicia. Aliquid ma-
gnum eſt gloriari in malicia? Edificare domum paucorum
eſt:deſtruere multorum. Quiuis ignarus poteſt ſeminare
frumenta:excolere ſegetem:expectare donec matureſcat:
ſed in eius fructu in quo laborauit gaudere:paucorum eſt.
Una ſcintilla omnem ſegetem incendere quiuis poteſt. Su-
ſcipere infantem:natum nutrire:educare:ad iuuenilẽ eta-
tem pducere:magnum officium eſt:occidere vero illũ vno
pũcto temporis quiuis poteſt. Ergo ea que ad deſtructio- 1. Corin.1.
nem ſunt:facillime ſiunt. Qui gloriatur: in dño glorietur:
Qui gloriatur in bonitate glorietur. Gloriaris quia potẽs
es in malo:quid facturus es o potens : quid facturus es?
Multum te iactas:occiſurus es hominem:hoc et ſcorpius:
hoc ⁊ vna febris:hoc et fungus malus: Huccine redacta eſt
omnis potẽtia tua:vt vno malo fungo coequetur : Hoc er-
go faciũt boni ciues hieruſalem:qui nõ in malicia ſed in bo-
nitate gloriantur. Primo vt non in ſe ſed in domino gloriẽ-
tur:deinde vt ea que ad edificationem faciunt:ſtudioſe fa-
ciant:et talia faciant que valeant ad permanendum. Que
uñt faciũt ad deſtructionem:faciant propter diſciplinam ꝓ-
ficientium:nõ ꝑpter oppreſſionem innocentium. Huic ergo
potentie cõparatum corpus illud terrenũ:quare nõ audiat
ex his verbis:Quid gloriatur in malicia q̃ potens eſt. ⌊ In J
iniq̃tate: Tota die iniuſticiã cogitauit lingua tua. ⌋ In ini-
quitate tota die:id eſt toto tempore:ſine laſſitudine:ſine in-
teruallo:ſine pauſatiõe. Et quãdo nõ facis:cogitas:vt quã-
do aliquid mali abeſt a manibus:a corde nõ abſit. Aut fa-
cis malum:aut dum nõ potes facere:dicis malum : hoc eſt
maledicis. Aut qñ nec hoc potes:vis et cogitas malum. To-
ta die ergo:id eſt ſine intermiſſione expectamus huic homi-
ni penam: Parua ſibi pena eſt:minaris ei. Tu cum ei mina-
ris:quo eum vis mittere:in malum? Dimitte illum in ſe:Ut
multum ſeuias:ſubiecturus es beſtijs: In ſeipſum peior eſt
beſtijs. Beſtia enim lacerare corpus eius poteſt: ipſe cor
ſuum ſanum relinquere non poteſt. Interius in ſeipſum
ſeuit:et tu exterius plagas inquiris:immo ora deũ pro illo
vt liberetur a ſe. Ueruntamen in hoc pſalmo fratres mei:
non oratio eſt pro malis :aut contra malos : ſed prophetia
quid ſit euenturum malis. Non itaq3 putetis ex maliuolẽ-
tia pſalmum aliquid dicere: Dicitur enim in ſpiritu prophe-
tie. Quid ergo ſequitur? Tota potentia tua:et tota cogita-
tio iniquitatis:tota die:⁊ meditatio malignitatis in lingua
tua ſine intermiſſione quid egit? quid fecit? ⌊ Sicut noua-
cula acuta feciſti dolum. ⌋ Ecce quid faciunt ſanctis mali: K
capillos radũt. Quid eſt quod dixi? Si ſunt tales ciues hie- De. verbis
ruſalem qui audiant vocem domini ſui : regis ſui dicentis: dñi.6.g.
Nolite timere eos qui corpus occidunt:animam autem nõ Math.10.
poſſunt occidere: Qui audiant vocem que modo ex euange-
lio recitata eſt: Quid prodeſt homini ſi totum mundum lu- Math.16.
cretur:ſe autem ipſum perdat et detrimentum ſibi faciat:
contemnunt omnia preſentia bona: inſuper et ipſam vitam.
Et quid factura eſt nouacula doech domini meditanti in 1.Regũ.21
hac terra regnum celorum:et futuro in regnum celorum ha-
benti ſecum deum et permanſuro cum deo? Quid eſt factu-
ra illa nouacula? Capillos raſura: Caluum factura eſt. Et
hoc ad chriſtum pertinet:qui in loco caluarie crucifixus eſt
Facit et filium chore:qđ interpretatur caluicium Nam iſti Math.27
capilli:ſuꝑflua rerũ tẽporaliũ ſignificant. Quiquidẽ capilli 1.paral. 6.
nõ ſuꝑflue facti ſunt a deo in corpe hoĩm:ſed ad aliqđ orna-
mẽtum:tñ q2 ſine ſenſu preciduntur:illi q̃ adherẽt corde deo:
ſic habent iſta terrena tanq̃ capillos. Sed aliqñ et aliquid Eſa.58.
boni de capillis operãdũ eſt:qñ frangis panẽ eſurienti:ege-
num ſine tecto inducis in domũ tuã:ſi videris nudũ veſtis.
Poſtremo etiã ipſi martyres imitãtes dñm : ſanguinem ꝓ
eccleſia fundẽtes:audiẽtes vocem illã: Sicut chriſtus aiam 1.Joã. 3.
ſuam ꝓ nobis poſuit:ſic ⁊ nos debemus ꝓ fratrib⁹ aias po-
nere.

nere.Quodāmodo de capillis ſuis bene nobis fecerunt id
eſt de his rebus quas poteſt amputare vel radere illa no-
uacula.Quia ergo⁊ de ipſis capillis boni aliqd fieri poteſt
Luce.7. ſignificauit et illa mulier peccatrix: q̄ cū fleuiſſet ſuper pe-
des dn̄i:capillis ſuis terſit:quos lachrymis rigauit:ſignifi-
cans quia cum miſertus fueris alicuius:debes et ſubueni-
re ſi potes.Cū enim miſereris:tāq̄ lachrymas fundis:cū
ſubuenis:capillis tergis: Et ſi hoc cuicūq;:quātomagis pe-
Eſa.52. dibus dn̄i? Qui ſunt pedes dn̄i?Euāgeliſte ſancti:de quib⁹
Ro.10. dictū eſt:Quā ſpecioſi pedes ſunt eorū qui annūciant pacē
qui annunciāt bona.Ergo acuat nouaculā ſuā doech:acuat
dolum quantum poteſt:ablaturus eſt ſuperflua temporalia
L nunquid neceſſaria ſempiterna? [Dilexiſti maliciā ſup be-
nignitatem.] Ante te erat benignitas:ipſam diligeres. Nō
enim aliquid eras erogaturus:aut quos diligeres de lon-
ginqua nauigatione allaturus eras. Benignitas ante te:
iniquitas ante te:compara et elige. Sed forte habes ocu-
lum quo videas malignitatem:et non habes oculū quo vi-
deas benignitatem.Ve iniquo cordi:quod peius eſt: auer-
tit ſe:ne videat quod videre poteſt.Quid enim de talibus
Ps̄.35. alio loco dictum eſt?Noluit intelligere vt bene ageret. Nō
enim dictum eſt:non potuit:noluit inquit intelligere vt be-
ne ageret:clauſit oculos a luce preſenti. Et quid ſequitur?
Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo:hoc eſt in interio-
1.Reg.21. ri ſecreto cordis ſui.Tale quid obijcitur huic doech idumeo
malignū corpori:motui terreno:non permanenti:non cele-
ſti.Dilexiſti maliciam ſuper benignitatem . Nam vis noſſe
q̄ videat malus vtrumq; et illud potius eligat:hinc ſe auer-
tat.Quare clamat quando inique aliquid patitur?Quare
tunc exaggerat quantum poteſt iniquitatem:et laudat be-
nignitatem? reſpōdeto eū q̄ i illo opat⁹ eſt malignitatē ſup
Math.22. benignitatē.Sit ergo regula ſibi ad videndum :de ſeipſo
et.7. iudicabitur.Porro ſi faciat quod ſcriptū eſt:Diliges proxi-
mum tuum tanq̄ teipſum:Et que vultis vt faciant vobis
homines bona:hec et vos facite illis : apud ſe habet vnde
nouerit:quia quod ſibi non vult fieri:non debet facere al-
teri.Dilexiſti maliciam ſuper benignitatem.Inique inordi-
nate:et peruerſe vis leuare aquam ſuper oleum:demerge-
tur aqua:oleum ſupereminebit. Ponere vis ſub tenebris
lucem:fugabuntur tenebre:lux manebit.Super celum ter-
ram vis collocare:pondere ſuo cadit terra in locū ſuum.Tu
ergo mergeris diligendo maliciam ſuper benignitatē:Nā
nunq̄ benignitatem malicia ſuperabit.Dilexiſti maliciā ſu-
per benignitatem: [Iniquitatem magis q̄ loqui equita-
tem.] Ante te eſt equitas:ante te eſt iniquitas.Vnam lin-
guam habes:quo vis eā vertis.Quare ergo potius ad ini-
quitatem et nō ad equitatem?Cibos amaritudinis nō das
ventri tuo:et cibos iniquitatis das lingue tue maligne?Si-
cut eligis quo veſcaris:ſic elige quod loquaris . Preponis
ergo iniquitatem equitati:et preponis maliciam benigni-
tati : Tu quidem preponis:ſed ſupra eſſe quid poteſt niſi
benignitas et equitas?Sed tu imponendo te quodammo-
do ſuper ea que neceſſe eſt vt deorſum eant:non illa facias
eſſe ſupra bona:ſed tu cum eis mergeris in mala . Propter
Al.†precipi- hoc ſequitur in pſalmo: [Dilexiſti omnia verba † ſubmer-
tationis. ſionis.] Eripe ergo te ſi potes a ſubmerſione. Naufragiū
M fugis:et plumbum amplecteris.Si non vis mergi:tabulā
1.Reg.21. apprehende:ligno portare:crux te perducat. Nunc ergo quia
doech es idumeus:motus et terrenus:quid facis?Dilexiſti
Al. † lin- omia verba ſubmerſionis. † [Linguam doloſā.] Expreſ-
gua:doloſa ſit verba ſubmerſionis:linguā doloſā.Quid eſt ligua dolo-
ſa?Miniſtra fallacie eſt ligua doloſa:aliud in corde geſtātiū
aliud i ore pmētiū. Sed i his ſubuerſio:i his ſubmerſio eſt.
Eſa.40. [Propterea deus deſtruet te in finem.] Et ſi nunc videris
virere tāq̄ fenū in agro ante eſtū ſolis.Omnis eni caro fe-
num:et charitas hominis vt flos feni:Fenū aruit ⁊ flos de-
cidit:verbum autē domini manet in eternū.Ecce quo te te-
neas:ad id qđ manet in eternū.Nā ad fenū:et ad florē feni
ſi te tenueris:quoniā fenū areſcet:⁊ flos decidet:deſtruet
te de⁹ in finē.Et ſi modo nō:certe in finē deſtruet:quando
Math.3. illud ventilabrū venerit:et aceruus palee a maſſa ſeparat⁹
et.13. fuerit.Nōne maſſa in horreo:⁊ palea in igne?Nōne tot⁹ iſte
Math.25. doech ad ſiniſtrā ſtabit:quādo dictur⁹ eſt dominus:Ite in

ignem eternum qui paratus eſt diabolo et angelis eius?
Deſtruet ergo te deus in finem. [Euellet te ⁊ et emigrabit
te de tabernaculo tuo.] Modo ergo doech iſte idumeus
eſt in tabernaculo:ſed ſeruus non manet in domo in eter-
num.Operatur et iſte aliquid boni:et ſi nō factis ſuis:ſal- Ioā.8.
tem verbis dei:vt in eccleſia quando ſua querit:ſaltem que Phil.2.
chriſti ſunt dicat.Sed emigrabit te de tabernaculo:Amen
dico vobis:perceperunt mercedem ſuam.Emigrabit te de Math.6.
tabernaculo tuo: [Et radicem tuam de terra viuentiū.] N
Ergo in terra viuentiū nos debemus habere radicē.Radix
noſtra ibi ſit.In occulto eſt radix . Fructus videri poſſunt:
radix videri nō poteſt.Radix noſtra charitas noſtra : fru-
ctus noſtri:opera noſtra.Opus eſt vt opera tua de charita-
te procedant:tunc eſt radix tua de terra viuentium . Inde 1.Reg.21.
eradicabitur iſte doech:nec omnino poterit ibi permanere
quia nec altius ibi fixit radices.Sed quomodo illa ſemina Math.13.
in petra et ſi radicem emittunt:tamen quia humorem non
habent:ſole orto continuo areſcunt. At vero illi qui altius fi-
gunt radicem:quid audiūt ab Apoſtolo?Flecto genua mea Eph.3.
pro vobis ad patrē domini noſtri ieſu chriſti:vt ſitis in cha-
ritate radicati et fundati.Et quia ibi iam radix:vt poſſitis
inquit cōprehendere que ſit altitudo:latitudo:lōgitudo et
profundum.Scire etiam ſupereminentē ſciētiā charitatis
chriſti:vt impleamini in omnē plenitudinem dei . Talibus
fructibus digna eſt tanta radix:tam ſimplex:tā germinās
in germina:tam alta et fundata et profunda.At vero huius
radix eradicatur de terra viuentium. † [Et videbunt iu- Al.†nō hʒ
ſti et timebunt:et ſuper eum ridebūt.] Quando timebūt? O
Quando ridebunt? Intelligamus ergo et diſcernam⁹ duo
iſta tempora ſatis vtiliter timendi et ridendi . Quādiu eni
ſumus in hoc ſeculo:nondum eſt ridendum ne poſtea plore-
mus. Legimus quid ſeruetur in finem huic doech : legim⁹ 1.Reg.21.
et quia intelligimus et credimus : videmus ſed timemus.
Hoc ergo dictum eſt:Videbunt iuſti et timebunt.Quādiu
timemus quid euenturum ſit in finē malis:quare timem⁹?
Quia dixit Apoſtolus:In timore et tremore veſtrā ipſorū Phil.2.
operamini ſalutem.Quia dictum eſt in ps̄:Seruite domi- Ps̄.2.
no in timore:et exultate ei cum tremore? Quare cum timo-
re?Quia propter hoc quod ait Apoſtolus:Qui ſe putat ſta- 1.Cor.10.
re:videat ne cadat.Quare cum tremore? Quia dicit alibi: Gal.6.
Fratres ſi preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto:vos
qui ſpirituales eſtis inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis
intendens teipſum:ne et tu tempteris.Ergo iuſti qui ſunt
modo:qui viuunt ex fide:ſic vident iſtū doech quid illi euē-
turum ſit:vt tamen timeant et ſibi.Quid enim ſunt hodie: Ro.1.
ſciunt:quid cras futuri ſint:neſciunt.Modo ergo videbūt
iuſti et timebunt.Quando autem ridebunt?Quando tranſ-
ierit iniquitas:quando tranſuolauerit:ſicut iam ex magna
parte tranſuolauit:tempus incertum:quando fugate fue-
rint tenebre huius ſeculi in quibus modo nos ambulamus
niſi ad lucernam ſcripturarum:et ideo timemus tanq̄ in
nocte.Ambulamus enim ad propheciam:de qua dicit apo-
ſtolus petrus: Habemus certiorem propheticum ſermonē: 2.Pet.1.
cui benefacitis intendentes ſicut lucerne lucenti in obſcuro
loco:donec dies luceſcat:et lucifer oriatur in cordibus ve-
ſtris.Quādiu ergo ad lucernam ambulamus:neceſſe eſt vt
cum timore viuamus.Cum autem venerit dies veſter:id eſt Coll.3.
manifeſtatio chriſti:de qua idem dicit apoſtolus:Cum chri-
ſtus apparuerit vita veſtra:tunc et vos apparebitis cum
ipſo in gloria.Tunc iuſti videbunt et irridebunt ſuper iſtū
doech.Non eſt enim iam ſubueniendi locus quomodo nunc 1.Regū.21
quando vides hominem iniuſte viuentem.vis cum illo labo-
rare vt corrigas:quia qui iniuſtus eſt:conuerſus poterit iu-
ſtus eſſe:quomodo et iuſtus auerſus poterit iniuſtus eſſe.
Itaq; nec deo preſumas:neq; de illo deſperes:et da operā
quantum potes ſi benignus es:ſi non diligis maliciam ſu-
per benignitatem:vt ambulantem hominem in via mala et
errantem corrigas ad viam bonam.Tunc vero cum vene-
rit iudicij tempus:correctionis locus non erit: ſed tantum
damnationis:et erit ibi penitentia:ſed infructuoſa:quia ſe-
ra.Vis vt ſiat fructuoſa:nō ſit ſera.Conſidera:hodie te cor-
rige.Reus es:ille iudex eſt.Corrige reatum tuum et gau-
debis ad iudicē: Hodie enim hortatur te ne iudicet te:⁊ q̄

iudex tuus futurus eſt: ipſe eſt hodie aduocatus tuus. Tūc
ergo fratres reſtat ridendi tempus. Nā ipſam irriſionē im-
quoꝝ: um que futura eſt a iuſtis: ſignificauit liber ille ſapien-
tie. In ſuoꝝ enim amicoꝝ animas cum transfert ſe ſapiētia
prouer. i. factura eſt qđ dixit: Increpabam ⁊ nō exaudiebatis: loque-
bar ⁊ meis ſermonibus non intendebatis: ⁊ ego veſtre perdi
tioni ſuperridebo. Hoc fiet tunc a iuſtis in iſtuꝫ doech. Mo
do autem videamus ⁊ timeamus: ne hoc ſimus qđ in euꝫ di
cimus. Et ſi eramus hoc: eſſe deſinamus: vt modo timētes
P poſtea rideamus. Quid autem tunc dicent qui ridebunt?
Et ſuper eum ridebunt: ⌊ Et dicent: ecce homo qui non po
ſuit deum adiutorem ſuum. ⌋ Videte corpus terrenū. Quā
tum habebis: tātus eris: prouerbium auarorum: rapacium:
innocentes opprimentium: res alienas inuadentium: cōmē
de tpe ſer. 239. ii. data negantium. Quale hoc prouerbium? Quantum habe-
bis: tantus eris: ideſt quantum habueris pecunie: quantum
plus acquiſieris: tanto plus poteris. Ecce homo qui non po
ſuit deum adiutorem ſuum. ⌊ Sed ſperauit in multitudine
diuitiarum ſuarum. ⌋ Non dicat pauper forte malus: ego
non ſum de hoc corpore. Audiuit enim prophetam dicentē:
Sperauit in multitudine diuitiarū ſuarum: continuo ſi pau
per eſt attendit pannos ſuos. Reſpexit iuxta ſe forte diuitē
in populo dei ornatīus veſtitum: ⁊ ait in corde ſuo: de iſto di
cit: nunquid de me? Noli inde te excipere: noli ſeparare: niſi
videris ⁊ timueris vt poſtea rideas. Nam quid tibi prodeſt
ſi eges facultate: ⁊ ardes cupiditate? Quando dominus no-
ſter ieſus chriſtus abeunti a ſe illi diuiti contriſtato dixerat:
Mat. 19. Uade vende omnia que habes: ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis
theſaurum in celo: ⁊ veni ſequere me. Et magnam deſpera-
tionem diuitibus prenunciaret: vt diceret: Facilius poſſe ca
melum tranſire per foramen acus: q̄ diuitem intrare in re-
gnum celorum: Nonne continuo diſcipuli contriſtati ſunt di
Ibidem. centes apud ſeipſos: Quiſnam poterit ſaluari? Ergo quum
do dicebant: quiſnam poterit ſaluari: diuites paucos atten-
debant. Latebat eos tanta pauperum multitudo? Non ſibi
poterāt dicere: ſi difficile eſt immo eſt impoſſibile: vt intrēt
diuites in regnum celoꝝ: ſicut impoſſibile eſt: vt intret ca-
melus per foramen acus. Omnes pauperes intrent in re-
gnum celorum: diuites ſoli excluduntur? Quot ſunt enim di
uites? At vero pauperum milia innumerabilia. Nō enim tu
nicas inſpecturi ſumus in regno celorum: ſed veſtis cuiuſqꝫ
math. 22. fulgor iuſtitie deputabitur. Erunt ergo pauperes equales
angelis dei: induti ſtolis immortalitatis: et fulgebunt ſicut
Mat. 13. ſol in regno patris ſui. Quid nobis eſt de diuitibus paucis
Mat. 19. ſollicitos eſſe aut laborare? Non hoc ſenſerunt apoſtoli: ſed
cum dominus hoc dixiſſet: Facilius eſt camelum trāſire per
foramen acus: q̄ diuitem intrare in regnum celoꝝ: illi apud
ſe dicentes: Quiſnā poterit ſaluari? Quid attēderunt? Non
facultates: ſed cupiditates. Uiderunt enim etiaꝫ ipſos pau-
peres: ⁊ ſi non habentes pecuniam: tamen habere auariciā.
Q Et vt noueritis nō pecuniam in diuite: ſed auariciam condē-
nari: aduertite quod dico. Reſpicis illū diuitem ſtantem iu-
xta te: ⁊ forte in illo eſt pecunia ⁊ non eſt auaricia: in te non
eſt pecunia et eſt auaricia. Pauper ulceroſus: erūnoſus: lin-
ctus a canibus: non habens opem: non habēs eſcam: nō ha-
Luce. 16. bens forte ipſam veſtē: ablatus eſt ab angelis in ſinū abrae.
Eia tu pauper gaudes modo: nunquid nam tibi ⁊ vlcera op
tanda ſunt? Nonne patrimonium tuum ſanitas eſt? Non eſt
in hoc lazaro meritum paupertatis: ſed pietatis. Nā diues
qui ſublatus eſt: non vides quo ſublatus eſt. Quis eſt ſubla
tus ab angelis? Pauper erūnoſus: vlceroſus. Quo ſublatus
eſt? In ſinum abrae. Lege ſcripturas et inuenies diuitem
Gen. 13. abraam. Ut noueris q̄ nō diuitie puniuntur: habebat abraā
multum auri: argēti: pecorum: familie: Diues erat: et in eius
Luc. 16. R ſinum lazarus pauper ſublatus eſt: In ſinu diuitis pauper:
An potius ambo deo diuites: ambo a cupiditate pauperes?
Quid ergo in hoc doech culpat ſcriptura? Non dicit: Ecce
homo qui fuit diues: ſed ecce homo qui nō poſuit deum ad-
iutorem ſuū: ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarū:
Nō quia habuit diuitias: ſed quia in ipſis ſperauit: ⁊ in deo
non ſperauit: Ideo damnatur: ideo punitur: ideo mouetur
Pſ. 1. 2. 5. de tabernaculo tanq̄ motus ille terrenus: ſicut puluis quē

proijcit ventus a facie terre: ideo extirpatur radix eius de
terra viuentium. Nunquid huic ſimiles ſunt diuites: de qui
bus Paulus apoſtolus loquitur: Precipe diuitibus huius i. Thi. 6.
mundi: non ſuperbe ſapere: ſicut doech: neqꝫ ſperare in in-
certo diuitiarum? ſicut ipſe ſperauit in multitudine diuitia-
rum ſuarum: ſed in deo viuo: non quomodo iſte qui non po-
ſuit deum adiutorem ſuum? Deniqꝫ illis quid precepit? Di-
uites ſint in operibus bonis: facile tribuant: cōmunicent.
Et quid ſi facile tribuerint: ſi communicauerint non haben-
ti: intrabunt per foramen acus? Intrabunt plane. Nam et
pro illis iam ipſe camelus intrauit. Ipſe enim prior intrauit Mat. 19.
quem ſicut camelum nemo ſarcina paſſionis oneraret: niſi
ipſe ſe in terram deponeret: quia ⁊ ipſe hoc dixit: Qđ homi
nibus impoſſibile eſt: deo facile eſt. Damnatur ergo iſte do-
ech: timeant de illo modo iuſti: rideant ſuper eum poſtea in
ſi? Merito enim damnatur: qui non poſuit deum adiutoreꝫ
ſuum: ſicut tu: qui forte habes pecuniam: ſed de deo preſu-
mis: non de pecunia. Et ſperauit in multitudine diuitiarum
ſuarum. Similis factus eſt illis: qui cum dicerent: Beatus Pſ. 143.
populus cui hec ſunt: ideſt iſta terrena: Retulit cōtinuo iſte
qui inſultat huic doech: Beatus populus cuius eſt domin⁹
deus ipſius. Nam illa in quibus dixerunt: beatum populus
enumerat pſalmus: Locuti ſunt enim tanq̄ filij alieni: tanq̄
iſte doech idumeus: ideſt terrenus: os eorum locutuꝫ eſt va-
nitatem: dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij Ibidem.
ipſorum ſicut nouelle conſtabilite in iuuentute ſua: filie eorū
compoſite ⁊ ornate: ſicut ſimilitudo templi. Cellaria eorum
plena: eructantia ex hoc in hoc. Oues eorum fecunde multi
plicantes in exitibus ſuis: boues eorum craſſe: Non eſt rui-
na ſepis: nec exitus: neqꝫ clamor in plateis eorum. Quaſi
magnam felicitatem videntur habere pacis terrene: Sed
ille qui terrenus eſt: etiam motus eſt: ideſt tanq̄ puluis quē
proijcit ventus a facie terre. Deniqꝫ quid in illis reprehendi Pſ. i.
tur? Non quia iſta habuerint: nam ⁊ boni habent iſta. Sed
quid? Hoc intendite ne paſſim diuites reprehendatis: ⁊ rur-
ſus ne de paupertate ⁊ egeſtate preſumatis. Si enim nō eſt
preſumendum de diuitijs: quanto magis non eſt preſumen-
dum de paupertate: ſed de deo viuo. In quo ergo iſti notā-
tur? Quia beatum dixerunt populum cui hec ſunt. Ideo fi- Pſ. 143.
lij alieni: ideo os eorum locutum eſt vanitatem: ⁊ dextera eo
rum dextera iniquitatis. Tu autem quid? Beatus populus
cuius eſt dominus deus ipſius. Ergo iſto damnato quid?
Sperauit in multitudine diuitiarum ſuarum. ⌊ Et preua-
luit in vanitate ſua. ⌋ Quid enim vanius eo qui putat plus S
valere nummum q̄ deum? Ergo iſto damnato qui dixit: Bea
tum populum cui hec ſunt: tu quid dicis? Beatus populus
cuius eſt dominus deus ipſius. Quid de te ſentis? Quid ti-
bi ſperas? Ego autem iam modo corpus illius: audi. ⌊ Ego Alſ † dnī.
autem ſicut oliua fructifera in domo † dei. ⌋ Non vnus ho- Ro. ii.
mo loquitur: ſed oliua illa fructifera: vnde amputati ſunt ſu
perbi illi rami: ⁊ inſertus humilis oleaſter. Sicut oliua fru-
ctifera in domo domini. ⌊ Sperauí in miſericordia dei. ⌋
Ille quid? In multitudine diuitiarum ſuarum: ideo radix
eius euelletur de terra viuentium. Ego autem quia ſicut oli
ua fructifera in domo dei: cuius radix nutritur non eradi-
catur: ſperaui in miſericordia dei. Sed forte modo: Nam et
hinc errant homines aliquando. Deum quidem colunt: ⁊ nō
ſunt tam ſimiles iſti doech. Sed quamuis de deo preſumāt
ad temporalia: tamen vt dicant ſibi: colo deum meum qui
me facturus eſt diuitem in terra: qui mihi filios daturus eſt:
qui mihi vxorem daturus eſt. Talia quidē non dat niſi deus:
ſed nō vult ſe propter talia diligi deus. Ideo enim ſepe iſta
dat ⁊ malis: vt aliud ab illo diſcāt querere boni. Quō ergo
tu dicis: Sperauí in miſericordia dei? Forte ad temporalia
adipiſcenda: immo: ⌊ In eternū ⁊ in ſeculū ſeculi. ⌋ Qđ di
xit in eternū: repetere voluit adijcendo in ſeculū ſeculi: vt cō
firmaret ibi repetendo: q̄ fundatus eſſet in dilectione regni T
celorum: ⁊ in ſpe eterne felicitatis. ⌊ Confitebor tibi † in ſe Alſ † dñe.
culum † quoniam tu feciſti. ⌋ Quid feciſti? Doech dānaſti: † quia.
dauid coronaſti. Confitebor tibi in ſeculum quoniam tu fe-
ciſti. Magna confeſſio: quoniam tu feciſti. Quid feciſti: niſi
hec ipſa que ſupra dicta ſunt: vt tanq̄ oliua fructifera in do-
mo dei

mo dei ſperarem in miſericordia dei in eternum:et in ſecu
lum ſeculi:Tu feciſti : impius iuſtificare ſe nō poteſt: Sed
Roma. 4. quis eſt qui iuſtificat:Credenti inquit in eum qui iuſtificat
1.Corin.4. impium.Quid enim habes quod non accepiſti: Si autem
accepiſti:quid gloriaris quaſi non acceperis:quaſi ex te ha
beas:Abſit vt ego ſic glorier:ait iſte qui oppoſit' eſt cōtra
doech:qui tolerat doech in terra:donec emigret ille de ta
bernaculo:et, eradicetur de terra viuētiū.Nō glorior quaſi
non acceperim:ſed in deo glorior.Et cōfitebor tibi quoniā
tu feciſti:id eſt q: tu feciſti.non ex meritis meis:ſed ex miſe
1.Timo.1. ricordia tua.Ego enim quid feci:Si recolas:prius fui blaſ
phemus et perſecutor et iniurioſus. Tu autē quid feciſti:
Sed miſericordiam conſecutus ſum:quia ignorās feci:Cō
fitebor tibi in ſeculum quoniam tu feciſti.⌊ Et expectabo
Al.† bonū nomen tuum quoniam† iocūdum eſt.⌋ Amarum eſt ſecu
U lum:ſed nomē tuū iocūdum.Et ſi dulcia quedam ſunt in ſe
culo:ſed cum amaritudine digeruntur.Preponitur nomen
Ps̄.118. tuum:non ſolum amaritudini:ſed etiam iocūditati. Narra
uerunt etenim mihi iniuſti delectationes ſuas : ſed non ſi
cut lex tua domine. Neq; enim ſi nihil dulce eſſet martyri
bus:tātas tribulationum amaritudines equo animo ſuſti
nerent:Amaritudo eorum a quouis ſentiebatur:dulcedinē
eorum nō facile quiſq; guſtare poterat.Nomen ergo dei io
cūdum eſt amantibus deum ſuper omnes iocūditates. Ex
pectabo nomē tuum:quoniam iocūdum eſt. Et cui probas
quia iocūdum eſt:Da mihi palatum cui iocūdum eſt:Lau
da deum quātum potes:et exaggera dulcedinem eius qui
bus valueris verbis.Homo neſciens quid ſit mel:niſi gu
ſtauerit:quid dicas neſcit.Ideo magis ad experimentum
te inuitans pſalmus:quid ait:Guſtate et videte quoniam
Ps̄.33. ſuauis eſt dominus.Guſtare non vis et dicis:iocundus eſt.
Quid iocundum eſt:Si guſtaſti in fructu tuo inueniatur:
non in ſolis vocibus tantummodo tanq̄ in folijs:ne male
Math.21. dicto domini areſceres tanq̄ illa ficulnea merearis.Guſta
te inquit et videte quoniam ſuauis eſt dominus.Guſtate
et videte:Tunc videbitis ſi guſtaueritis.Homini autē nō
guſtanti:vnde probas: Laudando iocunditatem nominis
dei:quantacunq; dixeris:verba ſunt.Aliud eſt guſtus.Uer
ba laudis eius audiunt et impij:non autem guſtant q̄ iocū
dum eſt:niſi ſancti Proinde iſte ſentiens dulcedinem nomi
nis dei:et volens explicare et volens oſtendere : nec inue
niens quibus:etenim ſanctis non opus eſt vt oſtēdat:quia
et ipſi guſtant et norunt:Impij autem ſentire non poſſunt
quod guſtare nolunt. Quid ergo facit de iocunditate no
minis dei:Tulit ſe continuo a turbis impiorum:Et expecta
bo inquit nomen tuum:quia iocundū eſt. ⌊ In conſpectu
ſanctorum tuorum. ⌋ Iocundum eſt nomen tuum:ſed nō
in conſpectu impiorum.Ego q̄ dulce ſit ſcio:ſed his qui gu
ſtauerunt.

¶ Explicit Tractatus de ps̄.li.

¶ Incipit Tractatus de ps̄.lij.

¶ Prefatio.

A PSalmum iſtum vobiſcum tractandum quantum do
minus ſuggerit ſuſcepimus. Iubete fratres vt vale
mus:et orate vt poſſimus . Si quid feſtinatione forte pre
termiſero:implebit in vobis qui et nobis dare dignatur qō
dicere potuerimus.

¶ Titulus eius eſt:

¶ In finem pro amalech intellectus ipſi dauid. ⌋

PRo amalech ſicut in hebreorum interpretationibus
nominū inuenimus:videtur dicere pro parturiente
ſiue dolente.Quis autem in hoc ſeculo parturiat et doleat
agnoſcunt fideles : quia inde ſunt. Chriſtus hic parturit:
chriſtus hic dolet : caput eſt ſurſum : membra deorſum.
Neq; enim non parturiens nec dolens diceret : Saule
Act.9. ſaule quid me perſequeris: Quo perſequente parturie
bat:eum conuerſum parturire fecit . Namq; et ipſe poſtea
illuminatus eſt:⁊ illis quos perſequebatur membris inſer
Gal.4. tus:eadem charitate pregnans dicebat : Filioli mei quos
Coll.1. iterum parturio donec chriſtus formetur in vobis.Pro mē
bris igitur chriſti:pro corpore eius quod eſt eccleſia:p vno
ipſo homine:id eſt pro ipſa vnitate:cuius caput ſurſum eſt:
pſalmus iſte cantatur.Gemit autem et parturit : et dolet
iſte homo.Quare et inter quos:niſi quia accepit et cogno
uit a capite ſuo dicente:Abundabit iniquitas et refrigeſcet Math.24
charitas multorum:Si autem abundabit iniquitas et re
frigeſcet charitas multorum:quis remanebit qui parturiat
Sequitur:Qui perſeuerauerit vſq; in finē:hic ſaluus erit
Unde eſſet magnum perſeuerare:niſi inter moleſtias et tē
ptationes et turbationes et ſcandala eſſet perſeuerādum:
Nemo enī iubetur bona tolerare: ſed pro iſto quia dicitur:
et pro iſto quia cantatur:videamus quid ſit. Pro iſto incre
pantur hic homines:inter quos gemitur:inter quos doletur:⁊
conſolatio dolentis et parturientis in pſalmi fine depromi
tur et exprimitur.Qui ſunt ergo inter quos parturimus et
gemimus:Si in corpore chriſti ſumus:ſi ſub illo capite viui
mus:ſi in membris eius deputamur:qui ſunt igitur audi.

¶ Expoſitio pſalmi.

B DIxit impudens in corde ſuo:non eſt deus. ⌋ Tale Al.† inſi
genus eſt hominum inter quos dolet ⁊ gemit corp' piens.
chriſti.Si tale hoc hominum genus eſt:non multos partu ps.13.
rimus:quantum videtur occurrere cogitationibus noſtris:
perpauci ſunt. Et difficile eſt vt incurramus in hominē qui
dicat in corde ſuo:non eſt deus:tamē ſic pauci ſunt:vt inter
multos timendo hoc dicere:in corde ſuo dicant:quia ore di
cere non audent. Non ergo multum eſt quod iubemur tole
rare:vix inuenitur. Rarum hominum genus eſt:qui dicant
in corde ſuo:non eſt deus.Atvero alio intellectu diſcuſſo in
uenitur eſſe in pluribus:quod in paucis et raris et pene in
nullis eſſe putabam'.Prodeāt in mediū qui male viuunt:in
ſpiciamus facta flagitioſorū:faſcinoroſorū:ſceleratorūq; ho
minu3: quorū megna turba eſt:qui fouent quotidie peccata
ſua:qui factis in conſuetudinem verſis etiam verecundiā
perdiderunt.Hec tanta hominū multitudo eſt:vt inter eos
poſitum corpus chriſti:vix audeat reprehendere:quod non
cogitur amittere:et pro magno ſibi putet ſeruari integrita
tem innocentie : ne faciat quod culpare iam per conſuetu
dinem:aut nō audeat:aut ſi auſus fuerit:facilius rumpat
reprehenſio et reclamatio eorum qui male viuunt:q̄ vox li
bera eorum qui bene viuunt.Et iſti tales ſunt:vt dicant in
corde ſuo:non eſt deus.Tales enim conuinco.Unde conuin
co:Facta ſua deo placere arbitrantur.Non aliqui ergo ait:
dicunt:ſed:dixit impudens in corde ſuo:non eſt deus.Qui
vſq; adeo credunt eſſe deum:vt iidem deo arbitrentur pla
cere quod faciunt:atq; ſi intelligas prudens : quia impru
dens dixit in corde ſuo:non eſt deus : ſi aduertas:ſi intelli
gas : ſi diſcutias : qui putat deo placere facta mala: non
eum putat deum. Si enim deus eſt : iuſtus eſt :ſi iuſtus
eſt:diſplicet ei iniuſtitia:diſplicet iniquitas . Tu autem cū
putas ei placere iniquitatem:negas deum . Si enim deus
eſt cui diſplicet iniquitas:tibi autem non videtur eſſe deus
cui diſplicet iniquitas. Non eſt autem deus : niſi cui diſpli
cet iniquitas : cum dicis in corde tuo : fauet iniquitati
bus meis deus:nihil aliud dicis quam non eſt deus. Refe
ramus nos ad illum intellectum:qui et de ipſo chriſto domi
no noſtro de ipſo capite noſtro occurrit. Ipſe enim cum in Phil.2.
forma ſerui appareret in terra:dixerunt qui eum crucifixe
runt:non eſt deus:Quia filius dei erat:vtiq; deus erat. Sz
illi,qui corrupti ſunt et abominabiles facti ſunt : quid dixe
runt: Non eſt deus:Occidamus eum:non eſt deus.Habes Sap.2.
vocem ipſorum in libro Sapientie:ſed primo illos vide cor
ruptos:vt poſſint dicere in corde ſuo:non eſt deus.Premiſ C
ſo enim verſu:Dixit impudens in corde ſuo:non eſt deus:
tanq̄ cauſe quererentur vnde hoc poſſet dicere impudens:
ſubiecit: ⌊ Corrupti ſunt et abominabiles facti ſunt in ini Ps.13.
quitatibus † ſuis. ⌋ Audi illos corruptos. Dixerunt enim Al.† nō hʒ
apud ſe non recte cogitantes: Cepit corruptio a mala fi Sap.2.
de:inde itur in turpes mores:inde in acerrimas iniquita
tes:Gradus iſti ſunt. Quid enim apud ſe dixerunt cogitā
tes non recte:Exiguum et cū tedio eſt vita noſtra. Ab hac Ibidem.
mala fide ſequitur illud quod et Apoſtolus dixit: Mandu 1. Corin.15
cemus et bibamus:cras enim moriemur. Ibi autē latius
luxuria ipſa deſcribitur:Coronemus nos roſis anteq̄ mar Sap.2.
ceſcant:Ubiq; relinquamus ſigna leticie noſtre. Poſt iſtam
deſcriptam latius luxuriam : quid ſequitur: Occidamus Ibidem:
pauperem iuſtum.Hoc eſt ergo dicere:non eſt deus . Tr

nia videbantur iam dudum loqui: Coronemus nos roſis
anteꝗ marceſcant. Quid delicatius: quid lenius? Sperares
de hac lenitate: cruces: gladios? Noli mirari: lenes ſunt et
radices ſpinarum. Si quis eas contrectet nõ pungitur: ſed
quo pungeris: inde naſcitur. Corrupti ergo ſunt iſti et abo-
minabiles facti ſunt in iniquitatibus ſuis. Dixit impudẽs
Math. 27. in corde ſuo: non eſt deus. Si filius dei eſt: deſcẽdat de cru
ce. Ecce aperte dicere: non eſt deus. Sed quomodo inter
illos gemit corpus chriſti? Gemuerunt inter illos apoſtoli
qui tunc fuerũt: et diſcipuli chriſti. Ad nos iſti quid pertinẽt
D Quomodo inter hos nos parturimus? Adhuc ſunt qui di-
cunt: chriſtus non eſt deus. Hoc dicunt pagani qui remãſe-
runt: hocipſum dicunt ipſi iudei: qui ad teſtimonium confu
ſionis ſue vbiꝗ diffuſi ſunt: Hoc dicũt et heretici multi. Nã
ꝗ et arriani dixerũt: nõ eſt deus. Eunomiani dixerunt: nõ
eſt deus. Huc accedit fratres: quia et illi de quib[us] paulo ãte
dixi: qui male viuunt: nihil aliud dicũt ꝗ: Non eſt deus.
Cum enim dicimus eis xp̃m venturum iudicem ad iudicium:
Gen. 3. qđ dicũt ſcripture que nõ fallunt. Illi aũt magis aures pre
bentes ſerpẽti ſuggerẽti: nõ morte morieris: qđ dixerat in
paradiſo: cõtra veritatem dei cõſtituentis et dicentis: mor
te morieris: Ita faciunt mala vt dicant ſibi: veniet chriſtus
Gen. 2. et dabit indulgẽtiam omnibus. Ita ergo mẽdax eſt ille q
dixit: quia ſeparabit iniquos ad ſiniſtram: ſeparabit iuſtos
Math. 25. ad dexteram: Iuſtis dicet: Venite benedicti patris mei: per
cipite regnum quod paratum eſt vobis ab origine mundi:
Iniquis dicet: Ite in ignem eternum qui paratus eſt dia-
bolo et angelis eius? Quomodo ergo omnibus dabit indul
gentiam? Quomodo neminẽ dãnabit? Ergo mentitur: Hoc
eſt dicere: non eſt deus. Vide ergo ne forte tu mẽtiaris. Tu
Ps. 115. enim homo es: ille deus. Deus enim verax: Omnis autem
homo mendax. Sed quid de iſtis o corpus chriſti? Separa
te interim corde et vita: nec imiteris: nec aſſue eas: nec an-
nuas: nec approbes: Magis autem et redargue. Quid eñ
attendis ad iſtos qui hec dicunt? Corrupti ſunt: et abomina
Ps. 13. biles facti ſunt in iniquitatibus ſuis. ⌊ Non eſt qui faciat bo
Als † non num: † non eſt vſꝗ ad vnum. † Dominus de celo proſpexit
habet. ſuper filios hominum: vt † videret ſi eſt intelligens aut re-
† Deus. quirens deum. ⌋ Quid eſt hoc: Corrupti ſunt et abomina-
† Videat. biles facti ſunt? Iſti omnes qui dicũt: nõ eſt deus. Et quid
E hoc latebat deum tales eſſe factos? At vero nobis eorum
interior cogitatio aperiretur: niſi ab illo diceretur? Si ergo
nouerat: ſi ſciebat quid eſt hoc qđ dictum eſt: qđ de celo pro
ſpexit ſuper filios hominum: vt videret ſi eſt intelligẽs aut
requirens deum: Querentis eñ verba ſunt: non ſcientis:
deus de celo proſpexit ſup filios hominum: vt videret ſi eſt
intelligens aut requirens deum. Et tanꝗ inueniret quod
queſiuit inſpiciendo: et de celo proſpiciendo: dicit ſenten-
Ps. 13. tiam. ⌊ Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt: nõ
Roma. 3. eſt qui faciat bonum: non eſt vſꝗ ad vnum. ⌋ Due queſtio-
nes oriuntur aliquãtulum difficiles. Si enim reſpicit de ce
lo deus: vt videat ſi eſt intelligens aut requirens deũ: ſub-
intrat cogitatio imprudenti: quia non omnia nouit deus.
Hec vna queſtio eſt. Que eſt altera? Si non eſt qui faciat
bonum: non eſt vſꝗ ad vnum: quis eſt ille qui parturit iter
malos? Illa ergo ſic ſoluitur queſtio: quia plerũꝗ ita loqui
tur ſcriptura: vt quod dono dei creatura facit: deus facere
dicatur: vt (verbi gratia) cum miſereris pauperis: quia do
Ps. 17. no dei facis: deus miſeretur. Cum cognoſcis qui ſis: quia illo
allucente facis: ſi is es qui dicas: Tu illuminabis lucernam
meam domine: deus meus illumina tenebras meas: quod
deo donante et faciente cognoueris: ille cognoſcit. Nã vn-
Deut. 13. de eſt: Temptat vos dominus deus veſter: vt ſciat ſi diliga
tis illum? Quid eſt vt ſciat: Vt dono ſuo ſcire vos faciat.
Sic ergo et hic: deus de celo proſpexit ſuper filios hominũ
vt videret ſi eſt intelligens aut requirens deum. Aſſit ipſe
F et donet nobis: vt quod cor noſtrum fecit concipere: faciat
1. Corin. 2. et parere. Apoſtolus dicit: Nos aũt nõ ſpiritum huius mũ
di accepimus: ſed ſpiritum qui ex deo eſt: vt ſciamus que a
deo donata ſunt nobis. Hoc ſpiritu ergo quo cognoſcimus
que a deo donata ſunt nobis: diſcernimus inter nos et eos
quibus hec donata non ſunt: et ex nobis illos cognoſcimus:
Quia ſi nos aliquod bonum habere non potuiſſe intelligi-
mus: niſi illo donante et largiente a quo ſunt omnia bona:
ſimul intelligimus nihil tale poſſe habere eos quibus hec
deos nõ donauit. Iſta dinoſcentia nobis et ſpiritu dei eſt:
et eo quo videmus hoc: deus videt: quia id deus videt vt
faciamus. Hinc enim dictum eſt et illud: Spiritus enim oĩa Ibidem.
ſcrutatur etiam altitudinem dei: non quia ille ſcrutatur qui
nouit omnia: ſed quia tibi donatus eſt ſpiritus qui et te ſcru
tari facit. Et quod dono ipſius tu facis: ille facere dicitur
quia ſine illo nõ tu faceres. Ergo deus facere dicitur cum
tu facis. De dono ſpiritus filiorum quibus datus eſt ſpirit[us]
dei: reſpiciunt ſuper filios hominum: vt videant ſi eſt intel-
ligens aut requirens deum. Sed quia id dono dei et ſpi-
ritu dei faciũt: deus hoc facere dicitur: velut proſpicere et
videre. Quare autem de celo: ſi hoc homines faciunt? Quia Philip. 3.
dicit Apoſtolus: Noſtra autem cõuerſatio in celis eſt: Unde
enim hoc facis vt videas: vnde proſpicis vt intelligas? Nõ
ne corde? Si corde hoc facis chriſtiane: vide ſi ſurſum cor
habeas. Si ſurſum cor habes: de celo in terram proſpicis.
Et quia hoc dono dei facis: deus de celo proſpicit ſuper fi-
lios hominum. Illa igitur queſtio pro modulo noſtro ſic ſo
luta eſt. Quid eſt quod proſpiciẽtes agnoſcimus? Quid eſt E
quod proſpiciẽs deus agnoſcit? Quicquid hic donat: agno
ſcit. Audi: quid? Quia omnes declinauerunt: ſimul inutiles
facti ſunt: non eſt qui faciat bonum: non eſt vſꝗ ad vnum.
Que igitur illa queſtio eſt: niſi quã paulo ante commemora
ui. Si non eſt qui faciat bonum: non eſt vſꝗ ad vnũ: Nemo
reſtat qui gemat inter malos. Expecta inquit dominus: no
li cito ferre ſententiã. Donaui hominibus bene facere: ſed
ex me inquit: non ex ſe. Ex ſe eñ mali ſunt. Filij enim ho-
minum ſunt quãdo male faciunt: quãdo bene filij dei: Hoc
enim facit deus et filijs hominum filios dei: quia et filio dei
fecit deus filiũ hominis. Videte que ſit illa participatio: di
uinitatis: Promiſſa quidem eſt nobis participatio diuinita
tis. Mẽtitur ꝗ promiſit: ſi nõ eſt prior factus particeps mor-
talitatis. Filius eñ dei particeps noſtre mortalitatis effe-
ctus eſt: vt mortalis homo fiat particeps diuinitatis ſue.
Qui tibi promiſit cõmunicandũ tecũ bonũ ſuum: prius tecũ
cõmunicauit mala tua. Qui tibi promiſit diuinitatẽ: oſten-
dit in te charitatẽ. Ergo tolle quod homines filij dei ſunt:
remanet quod filij hominũ ſunt. Nõ eſt qui faciat bonum:
non eſt vſꝗ ad vnum. ⌊ Nõne ſcient omnes qui operãtur
iniquitatẽ: qui deuorant † populum meũ in cibo panis. ⌋ Al. † plebẽ
Nonne ſcient? Nonne illis oſtendetur? Comminare loquere meam.
et parturiente et dolente. Populus enim tuus deuoratur D
in cibo panis. Eſt ergo hic populus dei qui deuoratur? Cer
te non eſt qui faciat bonum: non eſt vſꝗ ad vnum. Reſpon
detur ex illa regula. Sed iſte populus qui deuoratur: iſte po-
pulus qui patitur malos: iſte qui gemit et parturit inter
malos: iam et filijs hominum filij dei facti ſunt: ideo deuo-
ratur. Conſilium enim inopis confudiſtis: quoniam domi- Ps. 13.
nus ſpes eius eſt plerumꝗ enim vt deuoret populus dei:
hocipſum in illo contemnitur: quia populus dei eſt. Ra-
piam inquit et expoliem: ſi chriſtianus eſt: quid mihi factu
rus eſt? Loquitur pro illo qui loquitur pro parturiente: et
minatur deuorantibus: dicens: Nõne ſcient omnes qui ope
ciem meam foueam: et ✝ ipſi inciderunt in eam. ⌋ Mihi nocuerūt an ſibi? Ecce ille exaltatus eſt ſuper celos deus: et ecce ſuper omnem terram gloꝛia ipſius. Regnum chriſti videmus: Ubi eſt regnum iudeorum? Quoniam ergo fecerunt quod facere non debuerunt: factum eſt in illos quod pati debuerunt: Ipſi foderunt foueam: ꝛ ipſi inciderunt in eam. Quod enim perſecuti ſunt chriſtum: chriſto nō obfuit: ſed ipſis obfuit. Et nolite putare fratres ipſis ſolis hoc accidiſſe Omnis qui parat foueam fratri ſuo: neceſſe eſt vt ipſe incidat in eam. Intendite fratres mei: chriſtianos oculos habete: nolite decipi viſibilibus. Forte enim aliqui ve/

ſtram qꝫ hoc dixi: ſubuenit modo. Si quis voluit fratri ſuo fraudem facere: ⁊ voluit ei aliquas inſidias machinari: ⁊ machinatus eſt ⁊ impleuit: ⁊ cecidit frater in inſidias eius: ⁊ expoliatus eſt: aut preſſus eſt ſiue carcere: ſiue falſo teſtimonio: ſiue aliqua nefaria criminatione circumuentus: Uidetur autem iſte oppreſſus: ille oppreſſiſſe: iſte victus: ille viciſſe: ⁊ falſum putatur qđ diximus: quoniam quicunqꝫ foueam parauerit fratri ſuo: ipſe cadet in eam. Interrogo vos tanq̃ chriſtianos: vt ſumatis exemplum de his que iam nouimus. Pagani perſecuti ſunt martyres: martyres capti ſunt: ligati ſunt: in carcerē miſſi ſunt: beſtijs ſubiecti ſunt: Alij ferro percuſſi: alij ignibus concremati: vicerunt perſequentes: et victi ſunt martyres? Abſit. Quere gloriã martyrum apud deum: quere foueam paganorum in confoſſa conſciẽtia. Ubi enim eſt fouea quo cadit impius? In cõſcietia mala. Putas eum in foueã non cecidiſſe qui lucem dei ⁊ chriſti perdidit: et cecitate percuſſus eſt? Si non caderet in foueam: videret ante ſe: Neſcit quo eat: quomodo qui ambulat in via cum ceciderit in foueam: perdidit viam. Uidetis ergo omnes malefactores perdidiſſe viam: implicatos facinore. Sed iã te tradidit in manus forte latronis: aut in manus alicuius iniuſti: vel circũuenire te ſatagit apud iudicem: ⁊ tu in preſſura es: ille letatur: ille exultat. Noliite iã dixi: noli habere oculos paganorum: chriſtianos oculos habe. Uide illum qui in te exultat: ipſius exultatio eſt fouea ipſius. Melior eſt enim triſticia iniqua patientis: q̃ leticia iniqua facientis. Ipſa leticia iniqua facientis: ipſa eſt fouea: illuc quiſqꝫ cum ceciderit oculos perdit. Tu doles: quia perdidiſti veſtem: et illum non doles: quia perdidit fidem? Quis veſtrum grauiore dãno percuſſus eſt? Ecce ille occidit: tu occideris. Uiuit ille: tu
Joan.11. mortuus es? Abſit. Ubi eſt fides chriſtianorum? ⁊ vbi eſt ille qui moritur ad tempus: Audiat dominũ ſuum: Qui credit in me licet moriatur, viuit. Ergo qui non credit licet viuat: mortuus eſt. Foderunt ante faciem meam foueam: ⁊ ipſi inciderunt in eam. Omnibus malis neceſſe eſt vt hoc contin-
G gat: Bonorum autem patientia: preparatione cordis exci-
Pſ.107. pit voluntatem dei: ⁊ gloriatur in tribulationibus: dicẽs qđ
Alß† pſalmum dicã domino. ſequitur: Paratum cor meum deus: paratum cor meum: cantabo ⁊ † pſallam. Quid fecit mihi? Parauit foueam: cor meum paratum eſt. Ille parauit foueam ad decipiendũ: ego cor non parabo ad perpetiendum? Ille parauit foueã ad opprimendum: ego cor parabo ad tolerandum. Propterea ille incidet in eam: ego autem cantabo et pſallam. Audi cor paratum in apoſtolo: qui imitatus eſt dominum ſuum.
Ro.5. Gloriamur inquit in tribulationibus: quia tribulatio patiẽtiam operatur: patientia probationem: probatio ſpem: ſpes
2. Cor.11. vero non cõfundit: quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſanctũ qui datus eſt nobis. Erat in preſſuris: in catenis: in carceribus: in plagis: in fame ⁊ ſiti: in frigore, ⁊ nuditate: in omni vaſtatione laborum ⁊ dolore: ⁊ dicebat: gloriamur in tribulationibus. Unde? Quia paratũ eſt
T cor eius: ideo cantabat ⁊ pſallebat: Paratum cor meũ deus paratum cor meũ: cantabo ⁊ pſallã. Exurge gloria mea. Ille qui fugerat a facie ſaul in ſpeluncã: Exurge gloria mea glorificatus ieſus poſt paſſionem. Exurge pſalterium et cithara. Quid vocat ⁊ ſurgat? Duo organa video: corpus autem chriſti vnum video. Una caro reſurrexit: ⁊ duo organa reſurrexerunt. Alterum ergo organum pſalterium: alterum cithara. Organa dicuntur omnia inſtrumenta muſicorum. Nõ ſolum illud organum dicitur qđ grande eſt ⁊ inflatur follibus: ſed quicquid aptatur ad cantilenã: ⁊ corporeũ eſt: quo inſtrumento vtitur qui cantat: organum dicitur. Diſtincta ſunt autem inter ſe iſta organa: ⁊ volo quantum dominus dat: indicare vobis: ⁊ quomodo diſtincta ſunt: ⁊ quare diſtincta: ⁊ quare vtrũqꝫ dicatur: exurge. Iam diximus: vna caro domini reſurrexit: ⁊ dicitur: Exurge pſalterium et cithara. Pſalterium eſt organum qđ quidem manibus fertur percutientis: ⁊ chordas diſtentas habet: ſed illum locum vnde ſonum accipiunt chorde: illud concauum lignum qđ pendet ⁊ tactum reſonat: quia concipit aerem: pſalterium in ſuperiore parte habet. Cithara autẽ genus ligni cauum ⁊ reſonãs in inferiore parte habet. Itaqꝫ in pſalterio chorde ſonum deſuper accipiunt: in cithara autem chorde ſonũ ex inferiore parte accipiunt. Hoc intereſt inter pſalteriũ ⁊ citharam. Quid ergo duo hec organa nobis figurãt? Excitat eñ chriſtus dominus noſter pſalterium ſuum ⁊ citharam ſuam: et dicit. Exurgã diluculo. Puto qꝫ hic iam agnoſciſtis
C
Mat.28. dñm reſurgentem. Legimus in euangelio: videte horam reſurrectionis: Quãdiu per vmbrã querebat chriſtus? Lux ita q̃ agnoſcatur: diluculo ſurrexit. Sed quid eſt pſalterium? quid eſt ⁊ cithara? Per carnē ſuam dominus duo genera factorum operatus eſt: miracula ⁊ paſſiones. Miracula deſuper fuerunt: paſſiones de inferiori fuerunt. Illa eñ que fecit miracula: diuina erant: ſed per corpus fecit: per carnē fecit. Caro ergo diuina operans pſalterium eſt: caro humana patiens: cithara eſt. Sonet pſalterium: illuminent ceci: au- Mat.11.
diant ſurdi: ſtringantur paralytici: ambulent claudi: ſurgãt egroti: reſurgant mortui: iſte eſt ſonus pſalterij. Sonet ⁊ ci- Mat.27.
thara: eſuriat: ſitiat: dormiat: teneatur: flagellet: irrideatur: crucifigatur: ſepeliat. Cum ergo video in illa carne quedam ſonuiſſe deſuper: que dã de inferiori parte: vna caro reſurrexit: ⁊ in vna carne agnoſcimus ⁊ pſalterium ⁊ citharam. Et iſta duo genera factorũ impleuerunt euangelium: ⁊ predicatur in gentibus. Nã ⁊ miracula ⁊ paſſiones dñi predicãtur. Ergo ſurrexit pſalterium ⁊ cithara diluculo: ⁊ confitet dño: Et quid ait? Cõfitebor tibi in populis dñe: † ⁊ pſallam al† ⁊ pſalmus dicã.
tibi in gentibus. † Quia magnificata eſt vſqꝫ ad celos miſe- † quoniã.
ricordia tua: ⁊ vſqꝫ ad nubes veritas tua. Celi ſupra nubes: et nubes infra celos: ⁊ tamen ad hoc celũ proximũ pertinẽt nubes. Sed aliquando nubes recumbunt ſuper montibus vſqꝫ adeo vt proximo aere cõglomerent. Celum aũt ſurſum eſt habitationes angelorũ: ſedium: dominationum: principatuum: poteſtatũ. Illud ergo forte videatur ſuſſiſſe dicendum: Magnificata eſt vſqꝫ ad celos veritas tua: ⁊ vſqꝫ ad nubes miſericordia tua. Etenim in celo angeli laudant deum: vidẽtes ipſam ſpeciem veritatis: ſine vlla caligine viſionis: ſine interpolatione aliqua falſitatis: vidẽt: diligunt: laudant: nõ fatigantur. Ibi veritas: hic autẽ in noſtra miſeria vtiqꝫ miſericordia. Miſero enim prebenda eſt miſericordia: Non enim opus eſt miſericordia ſurſum: vbi nullus eſt miſer. Hoc propterea dixi: quia videtur cõgruentius dici potuiſſe: Magnificata eſt vſqꝫ ad celos veritas tua ⁊ vſqꝫ ad nubes miſericordia tua. Nubes enim intelligimus predicatores veritatis. Homines enim portantes iſtã carnem caliginoſam quodammodo: ſed vnde deus ⁊ coruſcat miraculis: ⁊ tonat preceptis: ⁊ ipſi ſunt ille nubes de quibus dicit eſaias ex perſo- Eſa.5.
na domini: increpans quandã vineam malã: ſterilem: ſpinoſam: Mandabo nubibus meis: ne pluant ſuper eã imbrem: ideſt mandabo apoſtolis meis vt deſerant iudeos: ⁊ nõ illis euangelizent: ſed euangelizent in terra bona gentium: vnde non ſpine: ſed vue procedant. Nouimus ergo nubes dei eſſe predicatores veritatis: prophetas: apoſtolos: omnes recte proferentes verbum veritatis: ⁊ habentes in ſe lumen occultum: ſicut habent nubes vnde coruſcant: Homines ergo nubes. Quid ſibi itaqꝫ vult: domine: quia magnificata eſt vſqꝫ ad celos miſericordia tua: ⁊ vſqꝫ ad nubes veritas tua? Ueritas prepollet in angelis: ſed dediſti illã ⁊ hominibus, ⁊ deduxiſti illam vſqꝫ ad nubes. Surſum miſericordia videntur angeli non indigere: ſed quia hominibus miſeris tu miſereris: ⁊ prebendo illis miſericordiam cõmunicatione reſurrectionis angelos facis: vſqꝫ ad celos ē miſericordia tua. Gloria domino deo noſtro: ⁊ miſericordie ipſius: ⁊ veritati ipſius quia nec deſeruit nos miſericordia facere beatos per gratiã ſuam: nec fraudauit nos veritate: quia primo veritas carne cooperta venit ad nos: ⁊ ſanauit per carnem ſuam oculũ interiorem cordis noſtri: vt eam poſtea facie ad faciem videre poſſemus. Agentes ergo illi gratias: dicamus cum pſalmo 1.Cor.13.
ipſo vltimos verſus quos iam dudum etiam dixi: Exaltare ſuper celos deus: ⁊ ſuper omnem terrã gloria tua. Hoc enim exhibit propheta ante tot annos: hoc modo videmus nos. Hoc ergo dicamus ⁊ nos.

¶ Explicit Tractatus de pſ. lvi.

¶ Incipit Tractatus de pſ. lvij.

A
Uox quam cantauimus audienda nobis magis eſt: q̃ clamanda. Omnibus enim tanq̃ in contione generis humani veritas clamat:

Si vere

Aliꝫ rete. SI vere vtiqꝫ iuſtitiam loquimini: ┼ recta iudicate filij
hominum.] Cui enim iniquo nondum facile eſt loqui
iuſtitiam? Aut quis de iuſtitia interrogatus.quando nõ ha-
bet cauſam:non facile reſpondeat quid ſit iuſtum? Quãdo-
quidem manu formatoris noſtri in ipſis cordibus noſtris ve-
Mat.7. ritas ſcripſit: Quod tibi non vis fieri:ne facias alteri. Hoc
Tob.4. anteꝙ lex daretur nemo ignorare permiſſus eſt:vt eſſet vn-
de iudicarẽtur:⁊ quibus lex non eſſet data. Sed ne ſibi ho-
mines aliquid defuiſſe quererentur:ſcriptum eſt in tabulis
qð in cordibus non legebant. Non enim ⁊ ſcriptum nõ habe-
bant:ſed legere nolebant. Oppoſitum eſt oculis eorum qð
in conſcientia videre cogerentur:⁊ quaſi forinſecus admota
voce dei:ad interiora ſua homo compulſus eſt:dicente ſcri-
Sap.j. ptura: In cogitationibus enim impij:interrogatio erit. Ubi
interrogatio:ibi lex. Sed quia homines appetentes ea que
foris ſunt:etiam a ſeipſis exules facti ſunt. Data eſt etiã cõ-
ſcripta lex:non q: in cordibus ſcripta non erat: ſed, quia tu
fugitiuus eras cordis tui: Ab illo qui vbiqꝫ eſt comprehẽde-
ris:⁊ ad te ipſm intro reuocaris. Propterea ſcripta lex quid
clamat eis qui deſeruerunt legẽ ſcriptam in cordibus ſuis?
Eſa.46. Redite preuaricatores ad cor. Quis eñi te docuit:nolle ac-
cedi ab altero ad vxorem tuã? Quis te docuit nolle tibi fur-
Deut.5. tũ fieri? Quis te docuit:nolle iniuriã pati: ⁊ quicquid aliud
vel vniuerſaliter vel particulariter dici poteſt? Multa enim
ſunt:de quibus ſinguli interrogati homines:clara voce re-
ſpondeant:nolle ſe pati. Age:ſi non vis pati iſta: Nũquid ſo-
Gen.j. lus es homo? Nõne in ſocietate viuis generis humani? Qui
tecum factus eſt:ſocius tuus eſt:⁊ omnes facti ad imaginẽ
dei:niſi terrenis cupiditatibus conterant: qð ille formauit.
Qð ergo tibi nõ vis fieri:noli alteri facere Iudicas eñi ma-
lum eſſe in eo qð pati nõ vis:⁊ hoc te cogit noſſe lex intima:
in ipſo tuo corde ꝯſcripta. Faciebas ⁊ clamabaꝭ inter man⁹
Deut.5. tuas. Quomodo cogeris redire ad cor tuum:cum hoc pate-
ris inter manus alienas? Furtum bonuꝫ eſt? Non. Interro-
go: Adulterium bonum eſt? Et omnes clamant: Non. Ho-
micidium bonum eſt? Omnes clamant deteſtari ſe. Concu-
piſcere rem proximi bonũ eſt? Nõ:vox omniũ eſt. Aut ſi ad-
huc non confiteris:accedit qui concupiſcat rem tuam: Pla-
ceat tibi:⁊ reſpõde qð vis. Omnes ergo de his rebus inter-
rogati:clamant hec bona non eſſe. Rurſus de beneficijs nõ
ſolum,de non nocendo:verũetiam de non preſtando atqꝫ tri-
buendo. Interrogatur omnis anima eſuriens:famem pate-
ris? Alius habet panem:⁊ redundat ei vltra ſufficientiã: No-
uit te egere:non dat: Diſplicet tibi eſurienti:diſpliceat ⁊ ſa-
ciato:cum alterum eſurire cognoueris. Peregrinus tecto in-
digens venit in patriam tuam:non ſuſcipitur ille: Tunc cla-
mat inhumanam eſſe illã ciuitatem:facile apud barbaros ſi-
bi eſſe potuiſſe refugium. Sentit iniquitatem:q: patitur:tu
forte non ſentis. Sed oportet vt ⁊ te cogites peregrinũ:⁊ vi-
deas quomodo tibi poſſit diſplicere qui tibi non preſtiterit:
B qð tu in patria tua non vis peregrino preſtare. Interrogo
omñes:vera ſunt hec? Uera. Iuſta ſunt hec? Iuſta. Sed pſal-
mum audite: Si vere ergo iuſtitiam loquimini:recta iudica-
te filij hominum. Non ſit iuſtitia labiorum:ſed et factorum.
Si enim aliter agis ꝙ loqueris:bona loqueris: ⁊ mala iudi-
cas. Si eñi agis:quomodo iudicas? Interrogatus quid ſit
melius:aurum an fides:non vſqꝫ adeo peruerſus et deuius
es ab omni veritate:vt aurum melius eſſe reſpondeas. Pre-
ponis ergo interrogatus auro fidem. Locutus es iuſtitiam:
audiſti pſalmum: Si vere ergo iuſtitiam loquimini:recta iu-
dicate filij hominum. Et vbi probabo non te ita vt locutus
es iudicare? Iam teneo reſponſionem tuam: preponentem
auro fidem. Ecce neſcio vnde amicus venit:⁊ nullo teſte au-
rum cõmendauit. Solus hoc nouit:⁊ tu quantum ad homi-
nes attinet. Eſt ibi alius teſtis qui non videtur ⁊ videt
et ille tibi aurum in ſecreto ⁊ in cubiculo tuo:forte remotis
omnibus arbitris cõmendauit. Teſtis eſt qui adeſt:non in
cubiculo adeſt parietum:ſed in cubilibus conſcientiarum ve-
ſtrarum. Cõmendauit ille atqꝫ diſceſſit: Nulli ſuorum notũ
fecit.rediturum ſe ſperans:⁊ ab amico qð dederat receptu-
rum. Ut humana ſunt mortuus eſt:filiuꝫ habet:reliquit he-
Eſa.46. redem: Ignorat filius quid pater habuerit:quid tibi com-
mendauerit. Eia tu redi:redi preuaricator ad cor:ibi ſcripta
eſt lex:qð tibi nõ vis fieri:alij ne feceris. Teipſum cogita cõ-
mendaſſe:nulli tuorum dixiſſe: mortuum eſſe: filium reli-
quiſſe: Quid ei velles a tuo amico preſtari? Reſponde: Iu-
dica cauſam:iudicis tribunal eſt in mẽte tua:ſedet ibi deus:
Adeſt accuſatrix conſcientia tortor:timor. In rebus huma-
nis es:in ſocietate hũana detineris:cogita quid velles pre-
ſtari filio tuo ab amico tuo. Nouit quid tibi reſpondeat co-
gitatio tua: Sic iudica:ſicut audis. Iudica: Uox erit. Uox ve-
ritatis non tacet:non labijs clamat:ſed vociferatur ex corde
Adhibe aurem:ibi eſto cũ filio amici tui. Uides fortaſſe etiã
indigẽtem vagari:neſcientem quid pater eius habuerit:vbi
poſuerit:cui cõmendauerit. Cogita ⁊ filium tuum:fac illum
viuere quẽ contẽnis mortuũ:te mortuũ cogita ⁊ viuas. Sed
aliud iubet deus ꝯtra auariciã:aliud auaricia iubet ꝯtra deũ. Gen.3.
deus aliud:auaricia aliud. Aliud in paradiſo cõditor noſter.
aliud de tranſuerſo ſeductor ſerpens. Ueniat in mentẽ prior
caſus tuus: Propterea mortalis: propterea laborans: pro- Ibidem.
pterea in ſudore vultus tui panem comedẽs:propterea ſpi-
nas ⁊ tribulos tibi terra germinat. Experimento diſce: qð
noluiſti precepto. Et vincit cupiditas:cur non potius veri-
tas? Et vbi eſt qð loquebaris? Ecce cogitas aurum negare:
ecce cogitas hereditatem amici tui prorſus abſcondere. In-
terrogaueram pauloante quid ſit charius:⁊ quid ſit melius
aurum an fides. Quare,aliud dicis:aliud agis? Non times
hanc vocem? Si vere vtiqꝫ iuſtitiam loquimini:recta iudica-
te filij hominum? Ecce locutus es mihi meliorem eſſe fidem:
et iudicio tuo melius duxiſti aurum. Nõ ſic iudicaſti vt locu-
tus es. Uera locutus es:⁊ falſa iudicaſti. Ergo ⁊ cum loque-
baris iuſtitiam:non vera loquebaris Si enim vera vtiqꝫ iu-
ſtitiã loquimini:recta iudicate filij hominum. Quando mihi
de iuſtitia reſpondebas:erubeſcendo non fatendo loqueba-
ris. Sed ad cauſam preſentem iam veniamus ſi placet. Uox C
eſt:eñi illa dulcis:⁊ nota auribus eccleſie: Uox domini noſtri
Ieſu chriſti:⁊ vox corporis eius:vox eccleſie laborantis pere-
grinantis in terra:inter maledicentium ⁊ adulantium peri-
cula viuentis. Non timebis cõminatorẽ:ſi non amas ⁊ adula-
torem. Attendit ergo ille cuius hec vox eſt:⁊ videt omnes lo-
qui iuſtitiam. Quis enim audet nõ loqui eam ne dicat iniu-
ſtus? Cum ergo tanꝙ audiret omniũ voces:et intenderet
omniũ labia:clamabat ad eos: Si vere vtiqꝫ iuſtitiam loqui-
mini:ſi non falſo iuſtitiã loquimini:ſi non aliud in labijs per-
ſtrepit:aliud celaꝭ in cordibus:recta iudicate filij hominuꝫ.
Audi ex euangelio propriaꝫ vocem:eandẽ ipſam que in hoc
pſalmo eſt: Hypocrite(ait domin⁹ phariſeis) quomodo po- Mat.12.
teſtis bona loqui:cum ſitis mali? Aut facite arborem bonaꝫ:
et fructum eius bonum:aut facite arborem malam:⁊ fructũ
eius malum? Quid te vis dealbare paries lutee? Noui inte-
riora tua:non fallor tectorio tuo: Noui quid pretendas: no- Ioan.2.
ui quid tegas. Neqꝫ eñi opus ei erat:ait euãgeliſta:vt quiſ-
ꝙ ei perhiberet teſtimonium de homine: Ipſe enim ſciebat
quid eſſet in homine. Sciebat quid eſſet in homine qui fece-
rat hominẽ:⁊ homo factus erat:vt quereret hominẽ. Uide-
te ergo ſi nõ ſequanꝭ ſe voces iſte: Hypocrite:quomodo po-
teſtis bona loqui cũ ſitis mali? Si vere ergo iuſtitiam loqui-
mini:recta iudicate filij hominum. Nõne iuſtitiã locuti eſtis
quando dixiſtis Magiſter ſcimus q: iuſtus es:⁊ nullius per- Mat.22.
ſonam accipis? Quare dolum in corde tegebatis? Quare
imaginem ceſaris creatori veſtro oſtendebatis: et eius
imaginem in veſtris cordibus delebatis? Nonne auditum
eſt quid locuti fueritis:et expertum eſt quemadmodum iu-
dicaueritis? Nonne vos crucifixiſtis eum:quem iuſtum eſſe
dixeratis. Si vere ergo vtiqꝫ iuſtitiã loqmini: recta iudicate
filij hominum. Ut quid audio locutionem veſtram: ſcimus D
quia iuſtus es: cum preuideam iudicium veſtrum: Crucifi- Ioan.19.
ge crucifige? Si vere ergo iuſtitiam loquimini:recta iudica-
te filij hominum. Quid enim feciſtis ſeuiendo aduerſus
deum qui homo erat:⁊ occidendo regẽ veſtrum? Non enim
ideo rex non erat futurus:q: occiſus eſt a vobis reſurrectu-
rus? In titulo vbi ſcriptum erat: Rex iudeorum: poſito ſu- Mat.27.
per crucem domini: linguis tribus: hebraica: greca: et la- Ioan.19.
tina: nouerat dicere iudex homo: quod ſcripſi ſcripſi: et
deus non nouerat dicere quod ſcripſi ſcripſi? Prorſus
rex veſter eſt: viuus rex veſter eſt: occiſus rex veſter eſt.

Ecce reſurrexit:⁊ in celo rex veſter eſt:⁊ ecce venturus eſt.
Ve vobis: qꝛ rex veſter eſt. Ite nunc ⁊ loquimini iuſtitiā:et
nolite recta iudicare filij hominū. Nō vultis recte iudicare
Ro.6. recte iudicabimini. Viuit enī ille rex veſter:⁊ iam nō moꝛit:
Eſa.46. et moꝛs vltra nō dn̄abitur. Ecce venit:redite preuaricato
Pſ̄.94. res ad coꝛ. Ecce veniet:coꝛrigimini anteꝗ̄ veniat:p̄uenite
faciē eius in confeſſione. Ecce veniet:rex veſter eſt:recoꝛda
Joan.19. mini titulū ſuper crucē: ſi nō eum videtis ſcriptū: manet ibi:
In terra nō legit:ſed in celo ſeruat. Putatis enim illam in
ſcriptionē fuiſſe coꝛruptā? Et quid ait titulus pſalmi huius?
⌊ In finem ne coꝛrūpas ipſi dauid:in tituli inſcriptionē. ⌋
Nō ergo coꝛrūpitur illa inſcriptio tituli: Rex veſter eſt chri
ſtus:qꝛ omnium rex chꝛiſtus:cuius ipſius eſt regnū:⁊ ipſe do
minabitur gentium. Si ergo rex eſt:ecce anteꝗ̄ veniat dicit
Pſ̄.21. vobis: Adhuc loquoꝛ inquit:nondum iudico: Qui ſic clamo
cōminando:nolo ferire iudicando. Si vere ergo iuſtitiā lo
E quimini:recta iudicate filij hominū. Nunc aūt quid facitis?
Quare iſta vobis dico? ⌊ Etenim coꝛde iniquitates opera
mini in terra. ⌋ Iniquitatē foꝛte in coꝛde ſolo? Audi quid ſe
quitur: Et coꝛ ſuum ſequunt manus:⁊ coꝛdi ſuo famulantur
manus. Cogitatur:⁊ fit:aut ideo non fit:nō qꝛ nolumus:ſed
qꝛ non poſſumꝰ. Quicquid vis ⁊ nō potes: factum deus cō
Alſ† inin putat. Etenī in coꝛde iniquitates operamini in terra. Quid
ſtitian.† deinde? ⌊ † Iniquitates manus veſtre † connectunt. ⌋
cōcinnant Quid eſt:connectunt? De peccato peccatū ⁊ ad peccatū:pec
catum ꝓpter peccatum. Quid eſt hoc? Furtū fecit:peccatū
eſt. Viſus eſt: Occidere querit eum a quo viſus eſt. Cōnex
um eſt peccatum peccato. Permiſerit deus occulto iudicio
occidere eum:quē voluit occidere: Sentit ſciri::querit ⁊ al
terum occidere:cōnexuit tertium. Dum ea molitur:foꝛte ne
inueniatur: aut quia fecit ne cōuincatur:conſulit mathema
ticum:additum eſt quartum. Reſpondet foꝛte aliqua dura
et mala mathematicus: Curritur ad haruſpicez vt expietur.
Reſpondet haruſpex:non ſe poſſe expiare. Maleficus que
ritur. Et quis ea poſſit numerare:que cōnectunt pctā pecca
tis? Iniquitates manus veſtre connectunt. Quādiu conne
ctis:ligas peccatum peccato:te ſolue a peccatis. Sed non
poſſum inquis: Clama ad illū: Infelix ego homo: quis me
Ro.7. liberabit de coꝛpoꝛe moꝛtis huius? Veniet enim gratia dei vt
delectet te iuſtitia:ſicut delectabat iniquitas:⁊ homo qui ex
vinculis reſolutus es:exclamabis ad deum: Dirupiſti vincu
Pſ̄.115. la mea. Quid eſt:dirupiſti vincula mea:niſi remiſiſti pecca
ta mea? Audi qꝛ vincula ſunt. Reſpondet ſcriptura: Crinicu
Prouer.5. lis peccatoꝛum ſuoꝛum vnuſquiſqꝫ conſtringitur. Nō ſolum
vincula:ſed et criniculi ſunt. Criniculi ſunt:qui fiunt in toꝛ
Eſa.5. quendo:hoc eſt ꝙ peccatis peccata cōnectebas. Ve his qui
trahunt peccata ſua ſicut reſtem longam: Eſaias clamat. Ve
his qui trahunt peccatum ſuum ſicut reſtē longam:quid eſt
aliud:ꝙ ve his quoꝛum manus connectunt iniquitatem? Et
Joan.2. quia vnuſquiſqꝫ peccatis ſuis conſtringitur:ſicut ⁊ peccatis
Pſ̄.115. ſuis ceditur:dominus maleverſantes in templo:flagello de
reſticulis facto excluſit. Sed nō vis modo dirumpi vincula
Mat.22. tua:qꝛ non ſentis:vincula tua:etiam delectant te:⁊ voluptas
ti ſunt:ſenties in fine cum dicet. Ligate illi manus ⁊ pedes
⁊ pꝛoijcite illum in tenebras exterioꝛes:ibi erit fletus ⁊ ſtri
doꝛ dentium. Exhoꝛreſcis:times:pectus tundis:dicis mala
eſſe peccata:bonam eſſe iuſtitiam. Si vere ergo iuſtitiam lo
quimini:recta iudicate filij hominum. In vita veſtra inue
niantur verba veſtra:in factis veſtris:cognoſcant labia ve
ſtra. Nolite ergo connectere iniquitatem. quia vobis ad alli
F gaturam adhibebit quicquid connectitis. Non audiunt:nō
Alſ † ab omnes tamen:⁊ qui non audiunt pꝛecogniti ſunt. ⌊ Alienati
vtero. ſunt peccatoꝛes a vulua:errauerunt † a ventre:locuti ſunt
falſa ⌋. Et cū iniquitatem loquuntur:falſa loquuntur:quia
fallax eſt iniquitas. Et cum iuſtitiam loquuntur:falſa loquū
tur:quia aliud oꝛe pꝛoferunt:aliud in coꝛde obtegunt. Alie
nati ſunt peccatoꝛes a vulua. Quid eſt hoc? Queramus dili
gentius: Foꝛtaſſis enim illud dicit:quia deus pꝛecognouit
Gen̄.25. hoies peccatoꝛes:etiam in vteris matrum. Nam vnde cum
Malac.1. adhuc pꝛegnans eſſet rebecca:⁊ geminos in vtero poꝛtaret:
Ro.9. dictum eſt: Jacob dilexi:eſau autem odio habui. Dictū eſt
enim: Maioꝛ ſeruiet minoꝛi. Occultum ibi iudicium dei:ſed

tamen a vulua.i.ab ipſa oꝛigine:alienati ſunt peccatoꝛes.
Peccatoꝛes vnde alienati? ab ipſa veritate. Vnde alienati?
A patria beata:a vita beata. An foꝛte alienati ab ipſa vulua?
Et qui peccatoꝛes alienati ſunt a vulua? Qui enim naſcerē
tur:ſi nō ibi tenerent? Aut qui hodie viuerēt:vt hec ſine cau
ſa audirent:niſi naſcerent? Foꝛte enī a quadā vulua alienati
ſunt peccatoꝛes:in qua doloꝛes patiebat charitas: per apo
ſtolum dicens: Quos iterū parturio:donec chꝛiſtus foꝛmet
in vobis. Expecta ergo foꝛmari: Noli tibi tribuere iudicium Gal.4.
qd̄ foꝛte nō noſti. Carnalis es adhuc:cōceptꝰ es eo ipſo quo
accepiſti nomē chꝛiſti:ſacramēto quodā natꝰ es in viſceribus
matris. Nō enī ex viſceribus tm̄ homo naſcit:ſed ⁊ in viſce
ribus. Prius naſcit in viſceribꝰ:vt poſſit naſci de viſceribus.
Propterea dictū eſt ⁊ marie: Qd̄ enī natū eſt in te:de ſpiri
tu ſancto eſt. Nondū de illa natū erat:ſed iā i illa natū erat. Luce.1.
Ergo naſcunt intra viſcera eccleſie quidā paruuli:⁊ bonum
eſt vt foꝛmati hereant: ne aboꝛtiui labant. Generet te ma
ter:nō aboꝛtiat. Si patiēs fueris:vſqꝫ quo foꝛmeris:vſqꝫ quo
in te certa ſit doctrina veritatis:cōtinere te debēt materna
viſcera. Si aūt impatiētia tua cōcuſſeris latera matris:cum
doloꝛe quidē te excutit foꝛas:ſꝫ magis tuo malo ꝙ̄ ſuo. Alie
nati ſunt peccatoꝛes a vulua errauerūt a vētre:locuti ſunt fal
ſa. Idō ergo errauerūt a ventre:qꝛ locuti ſunt falſa? An potiꝰ
ideo locuti ſunt falſa:qꝛ errauerūt a vētre? In vētre quippe
eccleſie:veritas manet. Quiſquis ab hoc vētre eccleſie ſepa B
ratus fuerit:neceſſe eſt vt falſa loquat. Neceſſe eſt inquā.vt
falſa loquat:qui aut cōcipi noluit:aut quē ꝯceptū mater ex
cuſſit. Inde heretici clamāt cōtra euangeliū:vt de his potiꝰ
loquamur quos dolemus excuſſos:recitamus eis:ecce chꝛi
ſtus dixit: Opoꝛtebat chꝛiſtū pati:⁊ reſurgere a moꝛtuis ter
tia die. Agnoſco ibi caput noſtrū:agnoſco ibi ſpōſū noſtrū: Mat.24.
agnoſce ⁊ tu mecū ſponſam. Vide quid ſequit: Pꝛedicari in Luce.24.
nomine eius penitentiā ⁊ remiſſionē peccatoꝝ per oēs gen
tes:incipientibꝰ ab hieruſalē. Huc veni:huc veni:eccleſia per
omnes gentes incipientibꝰ ab hieruſalē. Nō dico huc veni:
ipſa ad te venit. Illi aūt obſurdeſcētes aduerſus euangeliū
et non nos permittētes legere verba dei:que ſe iactāt cuſto
diſſe a flāma:⁊ voluīt delere lingua:loquunt ſua: loquuntur
inania:ille tradidit:⁊ ille tradidit:immo ⁊ ego dico:⁊ ille tra
didit:⁊ ille tradidit:⁊ verum dico. Sed quid ad me? Nec tu
mihi quos nominas et euāgelio legis:nec ego quos nomi
no ex euāgelio lego. Auferant de medio charte noſtre: pꝛo
cedat in mediū codex dei. Audi chꝛiſtū dicentē:audi verita
tem loquentē: Pꝛedicari in nomine eius inquit penitentiā ⁊
remiſſionē peccatoꝝ per oēs gētes:incipiētibꝰ ab hieruſalē. Luce.24.
Nō inquiūt:ſed qd̄ nos dicimus. Audi quid dicit euangeliū:
Nolumꝰ audire: Alienati ſunt pctōꝛes a vulua:errauerunt a
vētre:locuti ſunt falſa. Nos loquamur vera:qui audiuimus
vera:qd̄ dn̄s dicit:nō qd̄ homo dicit. Pōt fieri vt homo mē
tiatur:nō pōt fieri vt veritas mentiat. Ex veritatis oꝛe agno
ſco chꝛiſtū:ipſam veritatē ex veritatis oꝛe agnoſco eccleſiam
participē veritatis. Nemo mihi falſa loquat:qui errauit ab
vtero in viſceribꝰ eccleſie: Pꝛimo viderim quid me velles do
cere. Video alienatū a vulua:video erraſſe a ventre:⁊ audi
turus ſum ab eo:quid:niſi falſa? Errauerunt a ventre:locuti
ſunt falſa. ⌊ † Indignatio eis ſcd̄m ſilitudinē ſerpentis. ⌋ D
Magnā rē audituri eſtis. Indignatio eis ſm̄ ſimilitudinē Alſ† Fu
ſerpentis: Quaſi dixerimus:quid eſt qd̄ dixiſti. Sequitur: roꝛ illis.
⌊ Sicut aſpidis ſurde. ⌋ Vnde ſurde? Vnde? ⌊ Et obturan
tis aures ſuas. ⌋ Ideo ſurde:qꝛ obturat aures ſuas. Et ob
turantis aures ſuas. ⌊ Que nō exaudiet vocē incantantiū:
† medicamēti medicati a ſapiente. ⌋ Sicut audiuimꝰ qd̄ ⁊ alſ† venefici
homines dicunt qui ea qua potuerunt hec cognitione di incātātis
dicerunt:ſed tamen quod ſpiritus dei multo melius oibus ſapiēter.
hominibus nouit: Nō enī fruſtra hoc dixit:niſi qꝛ fieri pōt:
vt verū ſit etiā illud quod audiuimꝰ de aſpide. Aſpis cū ce
ceperit pati incātatoꝛem ſuū marſum:q̄ eam q̄buſdam ꝯcar
minibꝰ pꝛopꝛijs euocat:ſicut ſunt multa etiā magica:audire
q̄d faciat. Sed interim in hoc attendite fratres:hoc enī ꝓ
loquēdū eſt:ne quiſꝗ̄ veluti heſitans audiat: Non vndecūqꝫ
datur ſilitudo a ſcripturis:laudatur ipſa res.ſed tantū ide
ſilitudo trahitur. Non enim laudauit iniquum iudicē q̄ no
lebat audi Luce.18.

lebat audire illã viduã: qui nec deum timebat: nec homines
Luce.11. reuerebaẽ: ⁊ tamen inde ſimilitudinẽ dñs traxit. Nec illum
laudauit pigrũ qui tres panes: nõ ꝓpter amicitiã dedit pe-
tenti: ſed tedio victus: ⁊ tamẽ inde ſimilitudinẽ dedit. Et de
rebus ergo nõ laudandis trahunẽ ſm quẽdam modũ non-
nulle ſimilitudines. Aut ſi propterea putatis eundũ eſſe ad
1.Cor.9. marſos: qꝛ hoc audiſtis in ſcriptura dei: eũdũ eſt ad ſpecta
cula theatri: qꝛ dicit apoſtolus: Nõ ſic pugillor quaſi aerem
cedens. Pugillari eñ eſt pancraciũ facere. Jam qꝛ hinc da-
ta eſt ſimilitudo: ſpectacula iſta delectare nos debẽt: aut qꝛ
2.Timo.2. dixit: Qui in agone contẽdit: ab omnibus abſtinens eſt. Pro
pterea agoniſtica iſta vana ⁊ ludicra debet affectare chriſtia
nus? Attende quid tibi dicaẽ ad ſimilitudinẽ: quid moneaẽ
ad prohibitionẽ. Ita ergo⁊ hic data eſt quedam ſimilitudo
de marſo: qui incantat vt educat aſpidẽ de tenebroſa cauer
na: vtiqꝫ in lucẽ vult educere: Illa autem amando tenebras
ſuas: quibus ſe inuoluta occultare dicīẽ: cum exire nolue-
rit: recuſans tamẽ audire illas voces quibus ſe cogi ſentit:
allidit vnã aurem terre: ⁊ de cauda obturat alteraꝫ: atqꝫ ita
I voces illas quantũ põt euitans: nõ exit ad incantantẽ. Huic
ſimiles dixit ſpiritus dei quoſdã nõ audientes verbũ dei: ⁊
non ſolũ nõ audientes: ſed omnino vt nõ valeant audire fa-
cientes. Factũ eſt hoc ⁊ in primis tẽporibus fidei. Stepha-
nus marty: predicabat veritatẽ: ⁊ tanqꝫ tenebroſis mẽtibus
vt eas in lucẽ educeret: incantabat. Ubi venit ad cõmemora
Act.7. tionem chriſti queꝫ illi omnino audire nollent: Quid de eis
ſcriptura dicit? quid de illis narrat? Clauſerũt inquit aures
ſuas. Quid aũt poſtea fecerint: paſſio ſtephani narrat atqꝫ
declarat. Non erant ſurdi: ſed fecerunt ſe ſurdos. Quia eñ
aures patentes in corde non habebant: violentia tamen ver
bi per aures carnis irruens: etiã ipſis auribus cordis vim fa
ciebat: clauſerunt ⁊ aures corporis ⁊ ierunt ad lapides. Ec-
ce aſpides ſurde duriores lapidibus: quibus incãtatorẽ ſuũ
lapidauerunt: Non audierunt vocẽ incantantis: Et medica
menti medicati a ſapiente. Quid eſt: medicamentũ medica
tum a ſapiente? Forte medicamentũ confectũ: dicat medica
mentum medicatum. An querimus ibi aliquid: quomodo iã
ſi medicamentũ eſt: etiã medicatũ ſit? Medicamenta erant
in prophetis: medicamenta erãt in lege. Precepta ipſa om-
nia: medicamenta erant. Et hoc medicamentũ nondũ erat
medicatum: Aduentu dñi: medicamentum eſt medicatum.
Hoc enim illi ferre nõ potuerunt: Quia non curabantur me
dicamento: medicatũ eſt ipſum medicamentũ aduentu do-
mini. Jam ſtephanus medicamentũ medicatũ incantabat:
Hoc illi audire noluerunt: vnde medicatum eſt medicamen
tum: contra hoc aures clauſerunt. Nam ibi hoc fecerunt: vbi
nominatus eſt chriſtus. Indignatio eoꝝ: ſicut indignatio
ſerpentis. Quid aures clauditis? Expectate: audite: ⁊ ſi po
tueritis ſeuite. Quia nolebant niſi ſeuire: noluerunt audire.
Qđ ſi audirent: forte deſeuirent. Indignatio eoꝝ ſicut indi
K gnatio ſerpentis. Tales etiam iſtos patimur. Primo ſibi ve
ritatem tenere videbanẽ: nõ ceſſauit deus: nõ quieuit eccle-
ſia ſua. Predicata eſt veritas in viſceribus matris: aperta
Mat.5. ſunt eoꝝ mendacia: Patefactum eſt qđ lucet: demonſtrata
eſt ciuitas ſuper montẽ conſtituta: que abſcondi nõ poteſt: ⁊
lucerna poſita eſt ſuper candelabrũ: que lucet omnibus qui
in domo ſunt. Ubi eñ latet eccleſia chriſti: vbi latet veritas
Dañ.2. chriſti? Nonne ipſe eſt mons qui creuit ex minimo lapide: et
impleuit vniuerſam faciem terre? Conuincuntur hinc: nõ ha
bent quid dicant cõtra eccleſiã. Et quid eis remanſit? Quid
nos queritis? Quid nos vultis? Dicunt. Recedite a nobis.
Dicunt autem ⁊ ſuis: Nemo cum illis loquatur: nemo illis
coniungatur: nemo illos audiat. Indignatio eorum ſicut in
dignatio ſerpentis. ſicut aſpidis ſurde et obturantis aures
ſuas: que non exaudiet vocem incantantium ⁊ medicamen-
ti: Hoc eſt vocem medicamenti medicati a ſapiente. Nonne
hinc iam intelligitur quale medicamentũ quando vocem di
cit? Nunquid medicamentum habet vocem? Eſt quoddam
medicamentum qđ habet vocem. Medicamentum porta-
mus: vocem eius audite: nõ quomodo aſpides ſurde. Si ve-
re vtiqꝫ iuſticiam loquimini: recta iudicate filij hominũ. Uox
eſt medicamenti: ⁊ hoc medicati a ſapiente. Jam enim ve-
Mat.5. nit chriſtus qui impleret legem ⁊ prophetas. qui veritatem

ipſam firmaret: In quibus duobus preceptis: tota lex pen- L
det ⁊ prophete. An forte querimus aliquid: et in eo qđ dicīẽ Mat.22.
aſpis ita aures claudere: vt vnã earum in terrã premat: alte
ram cauda oppilet? Quid ſibi vult hoc? In cauda: poſterio-
ra vtiqꝫ intelliguntur. Ergo nõ in preterita: quo iam tergus
oportet ponere: vt in ea que nobis promittunẽ tẽdamus:
Ergo nec ex preterita vita noſtra: nec ex preſenti delectari
debemus. Hoc eñ apoſtolus monet dicens: Quem ergo ali Ro.6.
quando fructũ habuiſtis in his in quibus nunc erubeſcitis?
Reuocat a recordandis cũ delectatione preteritis: ⁊ cũ qua Exo.13.
dam concupiſcentia fruẽdis: ne redeamus corde in egyptũ.
Quid de preſentibus? Quõ iubet etiã ipſa contemni? Nõ re 2.Cor.4.
ſpicientibus inquit que videnẽ: ſed que nõ videnẽ. Que eñ
videntur: tẽporalia ſunt: que aũt non videnẽ: eterna. Item
de preſenti vita dicit: Si in hac vita tñ in chriſto ſperantes 1.Cor.15.
ſumus: miſerabiliores ſumus oĩbus hominibus. Obliuiſce-
re ergo preterita quibus male vixiſti: contẽne preſentia qui
bus tẽporaliter viuis: ne te alligãdo preſentia nõ permittãt
peruenire ad futura. Si eñ preſens vita te delectat: aurem
in terra poſuiſti: Si tuis preteritis etiã retro iabẽtibus de-
lectaris: aurẽ de cauda obturaſti. Debes ergo ire in lucẽ: exi
re de tenebris audita voce medicamenti medicati a ſapien- Phil.3.
te: vt iam in luce ambulans: ⁊ exultans dicas: Que retro ob
litus in ea que ante ſunt extentus. Nõ dixit: que retro obli-
tus: ⁊ ex pñtib' delectatus. Cũ dicit: que retro oblitus: nõ
obturat aurẽ de cauda: cũ dicit: I ea que ante ſunt extentus:
his ⁊ preſentib' nõ obſurduit: Merito audiẽs: merito predi M
cans: merito exultat lingua eius: predicans veritatẽ in luce Ephe.4.
noua: depoſita vetere tunica. Et ad hoc eñ valet aſtutia ſer Col.3.
pentis: ad quã nos imitandã dñs adhortaẽ. Ait eñ: Eſtote Mat.10.
aſtuti ſicut ſerpentes. Quid eſt: aſtuti ſicut ſerpẽtes? Offer
omnia mẽbra tua percutiẽti: dũmodo caput in te ſerues. Ca 1.Cor.11.
put viri: chriſtus. Sed grauat quaſi pondus tunica cuiuſdã
et quaſi ſenecta veteris hominis. Audi apſm dicentẽ: Exuẽ Col.3.
tes vos veterem hominẽ: ⁊ induentes nouũ. Et quõ exuo in
quis veterẽ hominẽ? Imitare aſtutiã ſerpẽtis. Quid eñ fa-
cit ſerpens: vt exuat ſe veterẽ tunicã? Coartat ſe per foramẽ
anguſtũ. Et vbi inquis inuenio hoc foramen anguſtũ? Audi:
Arta ⁊ anguſta eſt via que ducit ad vitã: ⁊ pauci ſunt qui in- Mat.7.
grediunẽ per eã. Reformidas eã: ⁊ nõ vis ambulare qꝛ pau
ci ſunt? Ibi ponẽda eſt vetus tunica: ⁊ alibi poni nõ põt. Aut
ſi vis vetuſtate impediri: grauari: premi: noli ire p anguſtã.
Si aũt grauaris vetuſtate quadã peccati tui: ⁊ preterite vie
vel vite: tranſire nõ potes. Quia ergo corpus qđ corrũpiẽ ag Sap.9.
grauat aiam vel cupiditates corporales nõ premãt: vel cõcu
piſcẽtie carnis exuanẽ. Unde exuunẽ: niſi ieris per anguſtũ: N
niſi fueris aſtutus vt ſerpens? Deus cõtriuit dẽtes eoꝝ in al' ꝯteret
ore ipſoꝝ. Quoꝝ? Quibus indignatio eſt ſicut ſimilitudo
ſerpentis: ⁊ aſpidis obturãtis aures ſuas: ne audiant voceꝫ
incantantiũ: ⁊ medicamenti medicati a ſapiente. Quid illis
fecit dñs? Cõtriuit dẽtes eoꝝ in ore ipſoꝝ. Factũ eſt hoc pri
mo: factũ eſt: ⁊ modo fit. Sed ſufficeret fratres mei: vt dice-
retur: Deus cõtriuit dentes eoꝝ. Quare: in ore ipſoꝝ? Nole-
bant audire legẽ. nolebant audire precepta veritatis a xp̃o
pharifei: ſimiles ſerpẽti illi ⁊ aſpidi. Preteritis eñ ſuis pec-
catis delectabanẽ: ⁊ preſentẽ vitaꝫ nolebant amittere: ideſt
gaudia terrena pro gaudijs eternis: Unã autem claudebãt
ex delectatione preteritoꝝ: alterã ex delectatione preſentiũ: Joan.11.
ideo nolebant audire. Nam vnde eſt illud: Si dimiſerimus
eum ſic: venient romani ⁊ tollent nobis ⁊ locum: ⁊ gentem?
Utiqꝫ qui nolebant perdere locũ: ad terrã colliſerunt aureꝫ
ſuam: ⁊ ideo noluerunt audire verba illa medicata a ſapien
te. Dictum eſt de illis ⁊ qꝫ auari erant: ⁊ amatores pecunie: Luce.16.
et omnis vita eoꝝ: etiã preterita: deſcripta eſt a dño in euan
gelio. Qui legit diligẽter euãgeliũ: inuenit: vnde illi ambas
aures obturabant. Intendat charitas veſtra. Dñs quid fe-
cit? Contriuit dentes eoꝝ in ore ipſoꝝ. Quid eſt: in ore ipſo-
rum? Ut ore ſuo contra ſe pronũciarent: coegit illos ore ſuo
ipſe ſentẽtiam dicere. Calũniari volebant ei propter tribu-
tum: Non dixit ille: Licet reddere tributum: aut non licet Mat.22.
reddere: Et volebat dentes eoꝝ quibus inhiabant: vt mor-
derent conterere: ſed in ore ipſorum volebat. Si diceret:
ſoluatur ceſari tributum: calũniarentur illi qđ male dixiſſet

genti iudeoꝝ:eã tributariã faciendo. Ex peccato eñi tribu-
tũ reddebant humiliati:ſicut illis in lege predictũ erat. Te
neamus illũ aũt maledictorẽ gẽtis noſtre:ſi nos iuſſerit tri
butũ perſoluere. Si aũt dixerit:nolite ſoluere:teneamus
eũ qđ cõtradixerit nobis deuotos eſſe ceſari. Tales decipiẽtẽ
Mat. 22. laqueũ:quaſi capiendo dño poſuerũt. Sed ad quẽ venerũt?
Qui nouerat ꝯterere dentes eoꝝ in ore ipſoꝝ: Oſtẽdite mi
hi nummũ inquit: Quid me tẽptatis hypocrite? De tributo
ſoluendo cogitatis? Iuſtitiã facere nõ vultis: conſiliũ iuſti
tie queritis. Si vere vtiq; iuſtitiã loquimini:recta iudicate
filij hominũ. Nũc aũt q2 alia loquimini:alia iudicatis:hypo
crite eſtis: Quid me tẽptatis? Nunc conterã dẽtes veſtros
in ore veſtro. Oſtendite mihi nummũ. Et demonſtrauerũt
ei. Et ille nõ dixit:ceſaris eſt.ſed interrogat cuius eſt:vt eo
rum dentes in ore ipſoꝝ conterant. Querẽte quippe illo cu
Ibidem. ius haberet imaginem et inſcriptionẽ:illi ceſaris dixerunt.
Iaz nũc dñs cõteret dẽtes eoꝝ in ore ipſoꝝ. Iã reſpõdiſtis:
iam contriti ſunt dentes veſtri in ore veſtro. Reddite ceſari
que ceſaris ſunt:ꝛ deo que dei ſunt. Querit ceſar imaginem
ſuam:reddite. Querit deus:imaginem ſuam reddite. Non
perdat ex vobis ceſar nummum ſuum. Non perdat deus in
vobis nummum ſuum. Et illi nõ inuenerunt quid reſponde
rent: Miſſi eñi erant vt calũniarentur ei:ꝛ redierunt dicen
O tes:qđ nemo poſſit ei reſpõdere. Unde? Quia cõtriti erant
Mat. 21. dentes eoꝝ in ore ipſoꝝ. Inde eſt ꝛ illud: In qua poteſtate
Marci. 11. iſta facis? Et ego interrogabo vos vnũ ſermonẽ:reſpondes
te mihi: Et interrogauit de ioanne:vñ eſſet baptiſmus ioan
nis:de celo:an ex hominibus:vt ſi quid reſponderẽt contra
illos eſſet? Noluerunt dicere ex hominibus:timentes homi
nes:ne lapidarent ab eis: eo ꝙ ioannẽ prophetã haberent.
Dicere de celo plus formidabant:ne faterent ipſuz chriſtũ:
Ibidem. q2 ioannes ꝑdicauerat chriſtũ. Coartati vtrinq; ex hac par-
te:ꝛ ex hac parte: Qui parabant obijcere crimen:reſpondes
runt ignorantiã:dixerunt: Neſcimus. Calumniã eñi prepa-
rabant:quãdo dixerunt: In qua poteſtate iſta facis: vt ſi di
ceret chriſtus:ſum:quaſi arrogantẽ:ſuperbũ:ſacrilegũ? inua
derent. Noluit dicere chriſtus:ſum: ſed queſiuit de ioanne
qui dixerat qđ ipſe eſſet chriſtus. Illi nõ ſunt auſi reſpõdes
re ioannẽ:timentes ne a populo occiderent. Non ſunt auſi
dicere:veruz dixit ioannes:ne diceret eis: Credite illi. Ob-
mutuerunt:neſcire ſe dixerũt:iam mordere nõ valebãt. Un-
de non valebant? Iam occurrit vobis:contriti erant dentes
eoꝝ in ore ipſoꝝ. Phariſeo diſplicuit dñs illi qui ad prandiũ
Luce. 7. vocauerat:qđ peccatrix mulier acceſſerit ei ad pedes:ꝛ mur
murauit aduerſus euz dicẽs. Si eſſet hic ꝓpheta:ſciret que
mulier illi acceſſit ad pedes. O tu nõ propheta:vnde ſcis qđ
neſcierit dñs que mulier illi acceſſit ad pedes? Quia ſerua-
bat mundiciã videlicet iudeorũ:que a foris quaſi cuſtodieba
tur in carne:ꝛ nõ colebatur ex corde. Hoc de dño ſuſpicatus
eſt. Dominus aũt qui peccata mulieris nouerat:etiam cogi
tationes hoſpitis audiebat:ꝛ reſpõdit:que noſtis. Et ne diu
Ibidem.. hinc loquar:tamẽ in ore eius voluit conterere dentes eius.
Propoſuit eñi: Duo debitores erant cuidã feneratori: vnus
quingentos debebat denarios:alius quinquaginta: Nõ ha-
bebant ambo vnde redderent:donauit ambobus. Quis eum
plus dilexit? Ad hoc interrogat ille:vt ille reſpõdeat:ad hoc
ille reſpondit:vt dentes eius in ore eius conterant. Reſpõ-
dit cõfuſus:excluſus eſt:admiſſa eſt illa ad percipiendã mi-
ſericordiam que irruperat in habitaculũ alienũ:ſed nõ acceſ
ſerat ad deũ alienum. Contriuit dñs dentes eoꝝ in ore ipſo
Al's † con- rum. ⌊ Molas leonũ † confregit dñs. ⌋ Non tñ aſpidum.
ſtringet. Quid de aſpidibus? Aſpides inſidioſe voluñt venena immit-
P tere et aſpergere ꝛ inſibilare. Aperte iſſime ſeuierunt gentes
ps. 2. ꝛ fremuerunt ſicut leones. Quare fremuerunt gentes:ꝛ po
Math. 22. puli meditati ſunt inania? Quando inſidiabantur dño: Li
cet dare tributum ceſari:an non licet:aſpides erant:ſerpen-
Mat. 27. tes erant: Contriti ſunt dentes eoꝝ in ore ipſoꝝ. Poſtea cla
Joã. 19. mauerunt: Crucifige crucifige. Iam non eſt lingua aſpidis:
ſed fremitus leonis. Sed ꝛ molas leonũ cõfregit dominus.
Forte hic non vacat qđ non addidit:in ore eoꝝ. Inſidiãtes
enim captioſis interrogationibus cogebantur reſponſione
ſua vinci. Iſti aũt qui aperte ſeuiebant:nunquid interroga
tionibus conuincendi erãt? Tamen ꝛ eoꝝ mole cõtrite ſunt.

Crucifixus reſurrexit:aſcendit in celũ:glorificatus eſt chri- Mat. 16.
ſtus:adorat ab oĩbus gẽtib⁹:adorat ab oĩbus regibus. Se Act. i.
uiant mõ iudei ſi poſſunt: Nõ ſeuiũt: Molas leonũ cõfregit
dñs. Habemus ꝛ in hereticis hoc documentũ ꝛ experimen- Q
tum:q2 ꝛ ipſos inuenimus eſſe ſerpentes indignatione ob-
ſurdatos:nolentes audire medicamentũ medicatũ a ſapiẽ-
te:ꝛ in ore ipſoꝝ contriuit dñs dentes eoꝝ. Quid ſeuiebãt in
nos? Reprehẽdẽdo qđ quaſi perſecutores eſſemus:excludẽ
do illos de baſilicis. Mõ illos interroga: Debẽt excludi here
tici de baſilicis:an nõ debẽt? Reſpondeãt mõ:dicãt non de-
bere: Repetãt maximianiſte baſilicas. Ne aũt repetãt ma-
ximianiſte baſilicas dicũt debere. Quid eſt ergo qđ diceba
tis aduerſum nos? An cõtriti ſunt dẽtes veſtri in ore veſtro?
Quid nobis ꝛ regibus inquitis? Quid nobis ꝛ imperatorib⁹?
Vos de imperatorib⁹ preſumitis. Quero ꝛ ego: Quid vobis
ad ꝓcõſules:quos miſerũt imperatores? Quid vobis ad le-
ges:quas ꝯtra vos dederũt imperatores? Imperatores cõ
munionis noſtre:leges aduerſus oẽs hereticos dederũt.
Eos vtiq; appellãt hereticos:q nõ ſunt cõmunionis eoꝝ: in
ter quos vtiq; ꝛ vos eſtis. Si vere ſunt leges:valeãt ꝛ in vos
hereticos:ſi falſe ſunt leges:quare valẽt ꝯtra veſtros hereti
cos? Fratres:paululũ aduertite:ꝛ intelligite qđ dixim⁹. Mi
egerũt cauſas ſuas aduerſus maximianiſtas:vt eos a ſe dã-
natos ꝛ ſchiſmaticos:ſuis eijcerẽt de locis que illi tenebant
antiquitus:ꝛ ſucceſſerũt epiſcopis deceſſorib⁹ ſuis:volentes
illos inde excludere:egerũt legib⁹ publicis:ad iudices vene
runt:dixerunt ſe catholicos:vt poſſent excludere hereticos.
Quare te dicis catholicũ? vt excludat heretic⁹.ꝛ non potius
catholicus:ne ſis excluſus hereticus? Mõ catholicus es:vt
valeas ad excludendũ hereticũ. Iudex eñi nõ poſſet niſi le-
gibus ſuis iudicare. Dixerunt ſe catholicos:admiſſi ſunt age
re:dixerunt illos hereticos:queſiuit vnde probaret. Lectuz
eſt conciliũ bagaitanũ:vbi dãnati ſunt maximianiſte:inſer-
tum eſt actis ꝓcõſularib⁹:probatũ eſt qđ illi dãnati nõ de
berent tenere baſilicas:ꝛ pronũciauit proconſul ex lege. Ex
qua lege? Que lata eſt cõtra hereticos. Si cõtra hereticos:
ꝛ cõtra te. Quare inquit cõtra me? Nõ eñi ego heretic⁹ ſum.
Si tu hereticus nõ es:falſe ſunt ille leges: Ab his eñi impe
ratoribus late ſunt qui nõ ſunt cõmunionis tue. Oẽs q non
ſunt cõmunionis eoꝝ:legibus ſuis hereticos vocãt. Nõ que-
ro vtrum vere an falſe. Sequeſtrata illa ſit queſtio:ſi adhuc
queſtio eſt. Iterũ te ſcđo modo interrogo:vere leges ſunt:
an falſe leges ſunt? Si vere ſunt:credat eis:ſi falſe ſunt:qua
re vteris eis? Dixiſti ꝓcõſuli:catholicus ſum:exclude here
ticum. Queſiuit ille.vnde probaret hereticus. Protuliſti cõ
cilium tuũ:oſtendiſti qđ eũ dãnaueris. Ille vel cohibẽs:vel
non intelligens: vſus eſt tamen lege ſicut iudex: ꝛ feciſti de
iudice qđ de te nõ vis facere. Si eñi iudex vſus eſt lege im-
peratoris ad tuam ſuggeſtionẽ:cur ea nõ vteris ꝛ tu ad tuã
correctionem? Ecce eijcit hereticum tuuz ex lege imperato-
ris ſui:quare tu ex eadem lege non vis vt te eijciat? Repli-
cemus qđ feciſti. Ecce baſilice tenebantur a maximianiſtis:
modo a nobis tenentur: Excluſi ſunt ab eis maximianiſte:
Extant iuſſiones ꝓcõſulum:extat memoria geſtorum: ap-
paritores accipiuntur:ciuitates excitantur: pelluntur homi
nes de locis ſuis. Quare? Quia heretici ſunt. Qua lege pel
luntur? Reſponde. Videamus ſi nondum contriti ſunt den-
tes veſtri in ore veſtro. Falſa lex eſt? non valeat in hereticũ
tuum. Vera lex eſt? valeat ꝛ in te. Non eſt quod reſpondeãt:
Deus contriuit dentes eorum in ore ipſorum. Ideoq; vbi
non poſſunt lubrica fallacia ſerpere vt aſpides:aperta violẽ
tia fremunt vt leones: Proſiliunt ꝛ ſeuiunt armate turbe cir
cumcellionum: dant ſtragem quantam poſſunt:quamcunq;
poſſunt. Sed ꝛ molas leonũ confregit dominus. ⌊ † Sper- R
nentur tanq̃ aqua decurrens. ⌋ Non vos terreant fratres Al † ad ni
quidã fluuij qui dicuntur torrentes. Hyemalibus aquis im- hilum de-
plentur. Nolite timere:poſt paululum tranſit:decurrit aqua uenient.
ad tempus perſtrepit: mox ceſſabit:diu ſtare non poſſunt
Multe hereſes iam emortue ſunt: cucurrerunt in riuis ſuis
quantum potuerunt: Decurrerunt:ſiccati ſunt riui:vix eoꝝ
memoria reperitur:vel quia fuerint. Spernẽtur tanq̃ aqua
decurrẽs. Sed non ſolũ iſti:totũ hoc ſeculum ad tẽpus per
ſtrepit:ꝛ querit quẽ trahat. Oẽs impij:omnes ſuperbi ſo-
nantes ad

rantes ad ſaxa ſuperbie ſue quaſi aquis irruētibus ⁊ cōfluē
tib⁹:nō vos terreāt. Hyemales aque ſunt:ſemꝑ manare nō
poſſunt:neceſſe eſt vt decurrāt:neceſſe defluāt in locū ſuum
in finē ſuū. Et tñ de iſto torrente ſeculi bibit dñs. Paſſus eſt
enī hic:ipſum torrentē bibit:ſed in via bibit: ſed in tranſcur
Pš.109. ſu:q2 in via peccatorꝫ nō ſtetit. Sed qd ait de illo ſcriptura?
De torrente in via bibit:ꝑpterea exaltabit caput: Id eſt pro
pterea glorificat⁹ eſt:q2 mortuus eſt:ꝑpterea reſurrexit: q2
paſſus eſt. Si nollet bibere in via de torrente:nō moreret:ſi
nō moreret nō reſurgeret:ſi nō reſurgeret nō glorificaretur.
Ergo de torrēte in via bibit:ꝑpterea exaltabit caput. Exal
tatū eſt iā caput noſtrū:ſequant eū mēbra ſua. Spernentur
tanꝙ aqua decurrēs. ⌊ Intēdit arcū ſuum donec infirmen
tur. ⌋ Mine dei nō ceſſant:arcus dei mine dei. Intenditur
Act.9. arcus:nondū ferit. Intēdit arcū ſuū donec infirment:⁊ mul
ti infirmati ſunt ipſius intētione arcus territi. Nā hinc infir
matus eſt ille qui dixit:Quid me iubes facere? Ego ſum in
quit ieſus nazarenus quē tu perſequeris. Qui clamabat de
celo:arcū tendebat. Multi ergo qui fuerūt inimici:infirma
ti ſunt ⁊ conuerſi: Noluerūt erigere diu ceruices ſuas aduer
ſus perſeuerantiā extēti arcus. Nā infirmatus eſt et ille qui
1.Cor.12. ait: Ne timeamus infirmari:qñ infirmor tūc potens ſum. Et
Ibidem. cum oraret a ſe tolli ſtimulū carnis:quid ei reſpōſum eſt? Vir
a†q ſunt tus infirmitate perficit. Intēdit arcū ſuū donec infirment.
S ⌊ Sicut cera † liquefacta auferent. ⌋ Dicturus enim eras
nō omnes ſic infirmant:quō ego:vt credāt ꝑſeuerabūt mul
ti in malo ſuo:⁊ in malicia ſua. Et de ipſis nihil timeas: Si
cut cera liquefacta auferent: Nō cōtra te ſtabūt: nō perdu
rabunt:igne quodā concupiſcentiarū ſuarū peribūt. Eſt enī
hic quedā pena occulta:de illa dicturus eſt mō pſalmus vſqꝫ
in finē. Pauci ſunt verſus: Intēti eſtote. Eſt quedā pena fu
tura:gehēne ignis:ignis eternus. Futura enī pena duas ſpe
cies habet:aut inferorum eſt:vbi ardebat diues ille qui vole
Luce.16. bat ſibi ſtillā aque ſtillari in linguā de digito pauperis:quē
ante ianuā ſuam ꝯtempſerat:quando ait:Quī crucior in hac
Mat.25. flāma: Et altera eſt illa in fine. de qua audituri ſunt qui ad
ſiniſtrā ponendi ſunt: Ite in ignē eternū qui preparatus eſt
diabolo ⁊ angelis eius. Ille pene manifeſte erunt eo tēpo
re quando exitū fuerit ex hac vita:aut finito ſeculo peruen
tum ad reſurrectionē mortuorꝫ. Modo ergo nulla pena eſt
et proſſus impunita ſinit deus peccata vſqꝫ ad illū diē? Nō.
Eſt ⁊ hic quedā pena occulta:de ipſa modo tractat: Hāc vult
cōmendare ſpiritus dei:hanc intelligamus:hāc caueamus:
hanc euitemus:⁊ in illas multū terribiles nō incidam⁹. For
te dicturus eſt mihi aliquis:Sunt ⁊ hic pene:carceres: exi
lia:tormenta:mortes:diuerſa genera dolorꝫ ⁊ tribulationū.
Sunt quidem ⁊ iſte:⁊ dei iudicio diſpenſant?ſed multis ad
probationē:multis ad dānationē. Videmus tamē aliquādo
in his penis iuſtos affligi: et ab his penis iniuſtos eſſe alie
Pš.72. nos:vnde nutauerunt pedes illi: qui poſtea gratulatus ait:
Quā bonus iſrael deus:rectis corde: Mei autē pene moti
ſunt pedes:q2 zelaui in peccatoribus:pacē peccatorꝫ intuēs.
Viderat enim felicitatē malorum: ⁊ delectatus erat eſſe ma
lus:Videns regnare malos:bene illis eſſe:abundare eos in
omni copia rerū temporalium:qualia adhuc ipſe paruulus
Ibidem. deſiderabat a domino. Et nutauerunt illi pedes:vſqꝫquo vi
deret quid in finem vel ſperādum vel timendum ſit. Ait enī
in eodem pſalmo: Hoc labor eſt ante me:donec introeam in
ſanctuarium dei:⁊ intelligam in nouiſſima. Nō ergo penas
inferorum:non penas illius poſt reſurrectionem ignis eter
ni:non penas iſtas que adhuc in hoc ſeculo promiſcue ſunt
iuſtis ⁊ iniuſtis:⁊ plerumqꝫ grauiores iuſtorum:ꝙ iniuſtorꝫ.
Sed neſcio quam penam preſentis vite vult cōmendare ſpi
ritus dei. Aduertite:audite hoc me dicturum quod nouera
tis. Sed dulcius eſt qđ in pſalmo oſtenditur:qui obſcurus
anteꝙ oſtenderetur:putabatur. Ea enim profero que iam
noueratis. Sed quia inde proferuntur vbi nondum ea vide
x batis:fit vt etiā nota tanꝙ noua delectēt. Audite penam im
piorum:Sicut cera inquit liquefacta auferētur. Dixi per cō
cupiſcentias ſuas hoc eis fieri. Concupiſcentia mala: quaſi
ardor eſt ignis. Ignis conſumit veſtē:libido adulterij nō cō
ſumit animam? De cogitatu adulterij cū loqueretur ſcriptu
Puer.6. ra ait: Alligabit quis ignem in ſinu ſuo:⁊ veſtimenta ſua nō

combureret? Geſtas in ſinu prunas: perforat tunica. Geſtas
in corde adulterium: et integra eſt anima? Sed iſtas penas
pauci vident:propterea iſtas maxime cōmēdat ſpiritus dei.
Audi apoſtolū dicentem: Tradidit illos deus in cōcupiſcen Ro.1.
tias cordis illorum. Ecce ignis a cuius facie tanꝙ cera lique
ſiunt. Soluuntur enim a quadam conſtantia caſtitatis: pro
pterea ⁊ ipſi euntes in libidines ſuas:ſoluti ⁊ fluxi dicūtur.
Unde fluxi? vnde ſoluti? Ab igne cōcupiſcentiarū. Tradidit
illos deus in concupiſcentias cordis eorū:vt faciant que nō
conueniunt:repleti omni iniquitate. Et numerat multa que
peccata ſunt:⁊ penas dicit eſſe peccatorꝫ. Nam dicit primā
penam ſuperbiā:immo non penā:ſed primū peccatū ſuper
biā. Primū peccatū ſuperbia eſt:vltima pena eſt ignis eter
nus:aut ignis infernus iam damnatorū. Inter illud primū Eccli.10.
peccatum ⁊ hanc vltimam penam:media que ſunt:⁊ peccata 2.ſent.diſt.
ſunt ⁊ pene peccatorꝫ. Tā multa enī dicit apoſtolus fieri ab 36.ca.1.
eis:que peccata ſunt deteſtabilia:et tñ penas ea dicit. Pro
pter hoc inquit deus tradidit eos in concupiſcentias cordis
eorum in immundiciam:vt faciant que non conueniunt. Et
ne putaret quiſꝙ ipſis penis tātum ſe affligi quibus modo
delectat ⁊ nō timere qđ venturū eſt in fine:ꝯmemorauit vlti
mam penam. Qui cū iuſticiā dei cognouiſſent:nō intellexe Ro.1.
runt inquit:qñ qui ea agūt:digni ſunt morte:nō ſolū qui fa
ciunt:ſed etiā qui ꝯſentiūt facientib⁹. Qui ea agūt digni ſunt
morte:Que? Que ſuperius enumerauit in penis eſſe. Nam
tradidit illos deus:dixit:in cōcupiſcentias cordis eorꝫ:vt fa
ciant que nō cōueniunt. Vt adulter ſit:iā pena eſt:vt mēdax
vt auarus:vt fraudulentus:vt homicida: iā pene ſunt: Cui⁹
peccati pene? Prioris apoſtaſie illius ſuperbie. Initiū pecca Eccli.10.
ti hominis apoſtatare a deo: Et initiū omnis peccati ſuper Ro.1.
bia. Propterea ipſum peccatū prius dixit: Qui cum cogno
uiſſent deum:nō vt deū glorificauerunt:aut gratias egerūt:
ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis:⁊ obſcuratum eſt in
ſipiens cor eorum. Iā iſta pena eſt obſcuratio cordis. Sed
vnde contigit? Dicētes enī ſe eſſe ſapientes: ſtulti facti ſunt. Ibidem.
Quia a ſe habere dicebant:qđ a deo acceperant. Aut ſi co
gnouerunt a quo acceperant:non eum glorificauerunt a quo
ſe accepiſſe cognouerunt. Hoc eſt:Dicentes ſe eſſe ſapiētes.
Et ibi ſtatim pena ſecuta eſt Stulti facti ſunt:⁊ obſcuratū
eſt inſipiens cor eorum. Dicentes ſe eſſe ſapientes: ſtulti fa
cti ſunt. Parua iſta pena eſt? Ut de iſta ſola loquamur:obſcu
ratio cordis:et cecatio mentis:parua eſt pena? Si quis fur
tum faciens:ſtatim oculum perdidiſſet:omnes dicerent deū
preſentē vindicaſſe. Oculum cordis amiſit:⁊ ei peperciſſe pu
tatur deus? Sicut cera liquefacta auferentur. ⌊ Superceci V
dit ignis:et non viderunt ſolem. ⌋ Videtis quomodo dicit 2.ſen.diſt.
quandam penā obſcurationis. Ignis ſupercecidit:ignis ſu 36.ca.1.
perbie:ignis fumoſus: ignis concupiſcentie: ignis iracun
die. Quantus ignis eſt? Super quem ceciderit non videbit Ephe.4.
ſolem? Ideo dictum eſt: Non occidat ſol ſuper iracundiam
veſtram. Ergo fratres:ignem male concupiſcentie timete:
ſi non vultis liqueſieri ſicut cera:⁊ perire a facie dei. Super
cadit enim ignis iſte:⁊ ſolem non videbitis. Quem ſolem?
Non iſtum quem tecum vident ⁊ pecora:⁊ muſce: et boni et
mali:Quia facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos ⁊ malos. Eſt Matth.5.
et alius ſol: de quo dicturi ſunt illi: Et ſol non ortus eſt no Sap.5.
bis:tranſierunt omnia illa tanꝙ vmbra. Ergo errauimus a
via veritatis:⁊ iuſticie lumen non luxit nobis: ⁊ ſol nō ortus
eſt nobis. Quare:niſi ſupercecidit ignis:⁊ non viderunt ſo
lem? Vicit illos concupiſcentia carnis. Et iſta concupiſcen
tia carnis vnde venit? attendite: De traduce natus es:cum
eo q vincas. Noli tibi hoſtes addere: vince cum quo natus
es. Ad ſtadium vite huius cum illo veniſti:congredere cum
eo qui tecum proceſſit. Ipſo non victo:quare prouocas ca
teruas concupiſcentiarū? Delectatio enim carnalis fratres
cum homine naſcitur. Sed qui bene eruditur:cito videt ho
ſtem ſuū:⁊ aggreditur ⁊ luctatur:⁊ cito vincit: Idoneus eſt
enim nondum creſcentibus hoſtibus. Qui autem illam con
cupiſcentiā cum qua de peccati propagine natus eſt: cōtem
nit vincere:⁊ multas adhuc excitat exteriſqꝫ libidines: diffi
culter eas ſuperat:et aduerſus ſe ipſe diuiſus: igne proprio
concrematur. Ne itaqꝫ ſperes quaſi illas ſolas penas futu
ras:preſentes vide. Supercecidit ignis:⁊ nō viderūt ſolem.

X [Priuſq̃ † producat ſpinas veſtras rhamnus † tanq̃ viuē
al' † intelli tes tanq̃ in ira † combibit eos.] Quid eſt rhamnus? Spi
gerent ſpi narum genus eſt: denſiſſime quedā ſpine eſſe dicuntur. Pri
ne veſtre mo herba eſt: et cū herba eſt: mollis et pulchra eſt: ibi ſunt ta
rhamnū men ſpine poſtea proceſſure. Modo ergo delectant pecca
Al' † ſicut. ta: et quaſi nō cōpungunt: herba eſt rhamnus: et modo tamē
† ſic † ab eſt ſpina: priuſq̃ producat ſpinas rhamnus: priuſq̃ miſera
ſorbet. rum delectationū et voluptatū manifeſta tormenta procedāt
Interrogēt ſe q̄ aliquid amāt: et ad id peruenire nō poſſunt
videant ſi non cruciantur deſiderio. et cū peruenerint ad id
qđ illicite deſiderant: attendant ſi non cruciātur timore. Ui
deant ergo hic penas ſuas anteq̃ veniat illa reſurrectio: cū
1. Co. 15. in carne reſurgentes nō immutabunt. Omnes reſurgemus
ſed non omnes immutabimur. Habebunt quippe corruptio
nem carnis in qua doleant: non in qua moriant: alioquin et
illi dolores finientur. Tunc ſpine illius rhāni: ideſt dolores
Sap. 5. omnes et cōpunctiones tormentoꝝ producent. Quales ſpi
nas patiētur illi qui dicturi ſunt: Hi ſunt quos aliquādo ha
buimus in riſum? Spine cōpunctionis penitentie: ſed fere et
infructuoſe ſunt: ſicut ſpinarū ſterilitas. Penitētia huius tē
Ps. 31. poris: dolor medicinalis eſt: penitētia illius temporis: dolor
Ps. 50. penalis eſt. Non vis illas pati ſpinas: hic cōpungere ſpinis
Ps. 31. penitētie: vt facias qđ dictū eſt: Cōuerſus ſum i erūna mea:
dum configit ſpina. Peccatum meū cognoui: et iniquitatem
meā nō operui. Dixi pronunciabo aduerſus me delictū meū
dño: et tu remiſiſti impietatem cordis mei. Modo fac: modo
compungere: ne in te fiat qđ dictū eſt de quibuſdam deteſta
Ps. 34. bilibus. Diſciſſi ſunt: nec compuncti ſunt. Attendite qui di
ſciſſi ſunt: nec cōpūcti ſunt. Uidetis diſciſſos: et nō videtis cō
punctos. Ecce preter eccleſiam ſunt: et nō eos penitet vt re
deant vnde diſciſſi ſunt: producet poſtea ſpinas eorum rhā
nus. Nolunt modo habere cōpunctionē medicinalem: habe
Y bunt poſtea penalē. Sed etiā modo priuſq̃ producat ſpinas
rhamnus: ſupercecidit ignis: qui eos nō permittit videre ſo
lem: qui eos adhuc viuētes in ira dei combibit: Ignis concu
piſcentiarū malarū: honorū vanorū: ſuperbie: auaricie ſue: Et
quicquid eos premit ne cognoſcant veritatē: ne victi videan
tur: ne ſubijciat illos vel ipſa veritas. Quid enim glorioſius
fratres q̃ ſubijci et vinci a veritate? Superet te veritas volē
tem. Nam et inuitum ipſa ſuperabit. Ergo ille ignis concu
piſcentiarū malarū q̄ ſupercecidit vt nō videāt ſolē: cōbibit
rhamnū priuſq̃ producat ſpinas eoꝝ. i. occultat eoꝝ malā vi
tā priuſq̃ pariat eadē vita manifeſtos i fine cruciat⁹: ſed in
ira dei occultat rhamnū ignis iſte. Nō enim parua pena eſt
q̄ modo nō vident ſolē: nec ſpinas penarū credūt et hac vi
ta malas ſibi poſtea proceſſuras. Uos enim inquit rhamnos
eſtis: quē rhānus: ideſt voſipſos: viuētes: ideſt adhuc in hac
vita conſtitutos: priuſq̃ in futuro iudicio ſpinas penarū ve
ſtrarum manifeſtas producat: nunc in ira cōbibit: ideſt quaſi
ſi abſorbendo apparere nō ſinit. Hic itaq; ordo verboꝝ quā
tum puto: planꝰ ita cōteritur. Supercecidit ignis: et nō vide
rant ſolē: et ignis tanq̃ in ira tāq̃ viuētes vos rhamnū cōbi
bit: priuſq̃ producat ſpinas veſtras: ideſt voſipſos quos rhā
nū inuenit: cōbibit ante mortē: priuſq̃ eadem rhamnus ſpi
nas veſtras poſt mortē in illa penali reſurrectiōe producat.
Quare autē nō dixit viuētes ſed tāq̃ viuētes: niſi q: falſa eſt
hec vita ipſoꝝ? Neq; enī viuūt: ſed viuere ſibi vident. Et qua
Sap. 12. re nō in ira: ſed tāq̃ in ira: niſi q: trāquillius hoc facit deus.
Nam et hoc ſcriptū eſt: Tu autem dñe virtutū: cū tranquilli
tate iudicas. Ille ergo et cū minatur non iraſcitur. Neq; enī
Gen. 3. perturbatur: ſed tāq̃ iraſcit: q: punit et vindicat. Et qui cor
rigi nolunt: tanq̃ viuunt: ſed non viuunt. Uindicta enim pri
mi peccati et eoꝝ que addiderunt manet ſuper eos: Et ipſa
Ioh. 3. vocatur ira dei: q: de iudicio dei venit. Unde dño de nō cre
Ephe. 2. dente ait: Sed ira dei manet ſuper eum. Cum ira enim dei
mortales naſcimur. Unde dicit apoſtolus. Fuimus et nos ali
quādo natura filij ire: ſicut et ceteri. Quid eſt: natura filij ire:
niſi q: portamus nobiſcū penā primi peccati? Sed ſi conuer
tamur nos: aufertur ira: prebet gratia. Non vis conuerti: ad
dis etiam ſuper id qđ natus es: tanq̃ in ira cōbiberis in pre
ſenti tempore. Agnoſcite ergo iſtam penā: et gaudete vos nō
eſſe in hac pena omnes qui proficitis: omes qui intelligitis
et amatis veritatē: omnes qui plus in vobis vultis victoriā

veritatis q̃ veſtrā: qui non clauditis aduerſus veritatē fau
ces veſtras: De preſentiū delectatione: et de preteritoꝝ recor 2. Pet. 2.
datione: ne ſitis canis reuerſus ad ſuum vomitum. Omnes
tales qui eſtis: videte penas eoꝝ qui tales nō ſunt: et gaude
te: Adhuc inferorū pene non venerūt: adhuc ignis eternus
non venit. Comparet qui proficit in deo ſe modo cū impio:
cecum cor cum illuminato corde: Cōparate duos: videntē et Tob. 4.
non videntē in carne. Et quid magnū eſt: viſio carnis? Num
quid tobias habebat carneos oculos? Filiꝰ ipſius habebat:
et ille non habebat: et viam vite cecus: videnti oſtēdebat. Er
go iſtam penam quando videtis gaudete: q: in illa nō eſtis:
Propterea dicit ſcriptura. [Letabitur iuſtus cum viderit Z
vindictam. [† Non illā futurā. Nam vide quod ſequitur: al' † impio
[Manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.] Quid eſt rum.
hoc? Intendat charitas veſtra: Nunquid quando feriuntur
homicide: debent illuc innocentes ire et lauare manus ſuas?
Sed quid eſt: in ſanguine peccatoris lauabit manus ſuas?
Iuſtus quādo videt penam peccatoris: proficit ipſe: et mors
alterius valet ad vitā alterius. Si enī ſpiritualiter ſanguis
currit de his qui intrinſecus moriunt: tu vidēs talem vindi
ctam: laua illic manus tuas: de cetero mundius viue. Et quo
modo lauabit manus ſuas qui iuſtus eſt? Quid enim habet Ro. 1.
in manibus qđ lauetur: ſi iuſtus eſt? Sed iuſtus ex fide viuit
Iuſtos ergo dixit fideles: et ex quo iam credidiſti: iam inci
pis vocari iuſtus: Facta eſt enim dimiſſio peccatoꝝ. Et ſi de
iſta reſidua vita quedā peccata tua ſunt: que non poſſunt ni
ſi tanq̃ aqua de mari in ſentinā influere: tamē q: credidiſti
cum videris eū qui omnino auerſus eſt a deo occidi in illa ce
citate: ſupercadēte illo igne: nō videre ſolem: tu qui iam per
fidem vides chriſtū: vt videas per ſpeciē: q: iuſtus ex fide vi
uit. Attende impiū morientem: et purga te a peccatis: Ita
lauas quodammodo manus tuas in ſanguine peccato Al' † vtiq;.
ris. Manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. [Et dicet et
homo: ſi † ergo eſt fructus iuſto?] Ecce anteq̃ veniat quod Mat. 25.
promittitur: anteq̃ detur vita eterna: anteq̃ impij proijcian Ro. 12.
tur in ignem eternum: hic in hac vita eſt fructus iuſto. Qui Ro. 5.
fructus? Spe gaudentes: in tribulatione patientes. Qui
fructus iuſto? Gloriamur in tribulationibus: ſcientes q: tri
bulatio patientiam operatur: patientia autem probationē:
probatio vero ſpem: Spes autē nō cōfundit: q: charitas dei
diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctū qui datus Mat. 5.
eſt nobis. Gaudet ebrioſus: et nō gaudet iuſtus? In charita
te eſt fructus iuſto. Miſer ille etiā cum ſe inebriat: beatus
iſte etiam cum eſurit et ſitit. Illū ingurgitat vinolentia: iuſtū
ſpes paſcit. Uideat ergo illius penā: ſuum gaudium: et cogi
tet deum: Qui tale gaudium modo dedit de fide: de ſpe: de
charitate: de veritate ſcripturarum ſuarum: quale preparat
in finem? Qui in via ſic paſcit: in patria quomodo ſaginabit?
Et dicet homo: Si ergo eſt fructus iuſto? Credāt qui vidēt:
videant et intelligant. Letabitur enim iuſtus cū viderit vin
dictam. Si autem nō habet oculos vnde videat vindictam:
contriſtabitur: nec corrigetur ex illa. Si autē videt illam: videt
quid interſit inter cōtenebratum oculū corporis: et oculū illu
minatum cordis: Inter refrigeriū caſtitatis: et flammā libi
dinis: Inter ſecuritatē ſpei: et timorē facinoris. Cum viderit
hoc: diſcernat ſe: et lauet manus ſuas in ſanguine impius: Pro Al' † vtiq;.
ficiat ex cōparatione: et dicat: Ergo eſt fructus iuſto. [† Er 5
go eſt deus iudicans eos in terra.] Nondum in illa vita:
nondum in igne eterno: nondum apud inferos: ſed hic in ter
ra. Ecce diues ille adhuc induitur purpura et byſſo: et adhuc
epulatur quotidie ſplendide: Nondū produxit ſpinas rham Luce. 16.
nus: nondū dicit: crucior in hac flamma: Sed iam eſt mētis
cecitas: iam oculus mētis extinctus eſt. Si cecus oculis car
nis ad menſam ſuam qualibet optimā diſcumberet: miſerū
eum diceres. Cecus interius panē chriſtum nō videt: et bea
tus eſt? Hoc non dicit niſi pariter cecus. Ergo eſt fructus iu
ſto: ergo eſt deus iudicans eos in terra. Si aliquantum pro
lixiores fuimus: date veniam. Exhortamur vos in nomine
chriſti: vt hec que audiſtis: ad fructum cogitetis: Quia et pre
dicare veritatem: nihil eſt: ſi cor a lingua diſſentiat: Et audi Mat. 7.
re veritatem nihil prodeſt: ſi homo non ſupra petram edifi
cet. Qui edificat ſupra petram: ipſe eſt qui audit et facit: Qui
autem audit et non facit: edificat ſuper harenā: Qui nec au
dit nec fa

dit nec facit:nihil edificat. Sed quõ qui edificat ſuper are
nã:ruinã ſibi edificat: Sic ille qui nõ edificat ſup petram:
veniente fluuio:ſine domo rapitur. Nõ eſt aliud facere niſi
⁊ edificare ⁊ ſup petram edificare.i.⁊ audire ⁊ facere. Nec
aliqs dicat:Ut quid pcedo ad eccleſiã? Ecce q̃ quotidie ad
eccliam pcedunt:nõ faciũt quod audiũt:Faciũt tñ vt audi
ant:ſic poſſunt facere vt audiant ⁊ faciant. Tu aũt quãtum
longe es a faciendo:qui tantũ fugis ab audiẽdo? Sed ego
inquit nõ edifico ſup barenã. Nudũ te inuenturus eſt flu
uius: Nũquid ideo te nõ ablaturus eſt?nũquid iõ pluuia nõ
necabit?nũquid venti pp terea non abripient? Ergo veni et
audi. Sed cum audieris:fac. Nã ſi audieris ⁊ non feceris:
edificaſti quidẽ: ſed ſup barenam. Quia ergo ſine edificio
conſtituti nudi ſumus:in edificio autem ſup barenam poſi
to:ſub ruina ſumus. Reſtat vt ſupra petram edificemus: ⁊
quod audiuimus:faciamus.

¶ Explicit tractatus de pſ̃.lvij.
¶ Incipit Tractatus de pſalmo.lviij.

¶ Sermo primus de prima parte pſalmi.

A Sicut ſolet ſcriptura pſalmoꝝ myſteria in titulis pone
re:⁊ frontẽ pſalmi ſublimitate ſacramẽti decorare: vt
ſciamus qui intraturi ſumus:cũ tanq̃ ſup poſtẽ quid intus
agatur legerimus:vel cuius domus ſit: vel quiſnã ſit illius
predij poſſeſſor:ita ⁊ in hoc pſalmo ſcriptus eſt titulus de ti
tulo. Habet enĩ: [In finem:ne corrũpas ipſi dauid in tituli
inſcriptionẽ.] Hoc eſt qõ dixit titulus de titulo. Quenam
enĩ ſit tituli huiꝰ inſcriptio:quã corrumpi vetat:euãgelium
nobis indicat. Nam cũ dñs crucifigeretur: titulus inſcripꝰ
Mat.27 eſt a pilato:⁊ poſitꝰ rex iudeoꝝ:tribus linguis:hebrea:gre
Joan.19. ca:⁊ latina:que lingue toto orbe maxime excellunt. Igitur
ſi rex iudeoꝝ crucifixus eſt:⁊ iudei regem ſuũ crucifixerũt:
crucifigendo eum etiam regem gentium fecerũt:magis q̃
occiderunt. Et quidẽ quãtum in illis fuit pdiderunt xp̃m:
ſed ſibi nõ nobis:⁊ mortuꝰ eſt ille pro nobis:⁊ ſanguine ſuo
redemit nos: Et modo non eſt corruptus titulus: quia ille
rex eſt:non ſolum gentiũ:ſed etiã ipſoꝝ iudeoꝝ. Quid enĩ?
Quia cõtradixerunt:ideo regis ſui dñationẽ euertere po
tuerunt? Rex eſt ⁊ ſupra illos. Nam ille rex virgam ferreã
Pſ̃.2. gerit:qua ⁊ regit ⁊ frangit. Ego inquit conſtitutus ſum rex
ab eo ſup ſion montem ſanctum eius:pdicans pceptũ dñi:
Dominꝰ dixit ad me:filius meus es tu:ego hodie genui te:
Poſtula a me:⁊ dabo tibi gentes hereditatem tuam:⁊ poſ
ſeſſionem tuã terminos terre. Reges eos in virga ferrea:
⁊ tanq̃ vas figuli contereſ eos. Quos regit? quos cõterit?
Regit obedientes:conterit reſiſtentes. Ergo ne corrũpas
optime ⁊ pphetice: quãdoquidem ⁊ illi iudei ſuggeſſerunt
tunc pilato:⁊ dixerunt: Noli ſcribere rex iudeorum:ſed ſcri
Joan.19 be:quia ipſe ſe dixit regem iudeorũ. Nam ⁊ iſte titulus in
quiũt confirmauit illum regem nobis. Et pilatꝰ: Qõ ſcripſi:
ſcripſi. Et impletum eſt: Ne corrũpas. Nec iſte ſolus pſal
mus habet huiuſmodi inſcriptionẽ vt titulus nõ corrũpatur.
Pſ̃ 55.et Aliqui pſalmi ſic prenotati ſunt: ſed tamen in oĩbus paſſio
56.et.57 dñi prenũciatur: Ergo ⁊ hic intelligamus dñi paſſionem:et
B loquatur nobis chriſtus caput ⁊ corpus. Sic ſemp:aut ppe
1.Timo.2. ſemper audiamus voces chriſti de pſalmo:vt nõ ſolum in
tueamur:caput illud vnũ mediatorem dei ⁊ hominũ: homi
Joan.1. nem chriſtum ieſum:qui etiam ſm diuinitatem in principio
erat verbũ deus apud deum:quod verbum caro factũ eſt:⁊
Matth.1. habitauit in nobis:caro ex ſemine abrahã: ex ſemine dauid:
de maria virgine. Non ergo illum ſolum qui eſt caput no
ſtrum cogitemus quãdo audimus chriſtũ loqui:ſed cogite
mus chriſtũ caput ⁊ corpus totum integrum quẽdam virũ.
1.Cor.12. Nobis enĩ dicitur: Uos autem eſtis corpus chriſti ⁊ mẽbra:
Ephe.1. ab apoſtolo paulo. Et de illo dicitur ab eodẽ apoſtolo: qui
Col.1. eſt caput eccleſie: Si ergo ille caput:nos corpus:totus chri
ſtus caput ⁊ corpus. Aliquãdo enĩ inuenis verba que nõ cõ
gruũt capiti:⁊ niſi ea coaptaueris corpori: nutabit intelle
ctus tuus. Rurſus inuenis verba que nõ apta ſunt corpori:
⁊ chriſtus tamen loquitur: Ibi non timendum eſt ne erret
quiſq;: cito enĩ peragit vt capiti aptet:qõ videt corpori nõ
puenire. Ipſe deniq; in cruce pendẽs:ex pſona corporis lo

cutus eſt: Deus meus deus meus reſpice me:quare me de Pſ̃.21
reliquiſti? Non enĩ dereliquerat chriſtũ:a quo derelictꝰ non Mat.27
eſt. Aut vero ſic ad nos venit:vt illũ dereſeret:aut ſic illum
dimiſit:vt ab illo diſcederet? Sed q: hõ deſertus eſt a deo
adam ſcꝫ peccans: Qui cũ ſoleret gaudere ad faciẽ dei: con Geñ.3.
ſcientia peccati deterritus fugit a gaudio ſuo: Et vide dereli
quit illum deus:q: ipſe deſeruit deũ. Ex quo adã chriſtus
cũ carnẽ accepiſſet:hoc ex perſona ipſius carnis ait:q: tunc
vetus homo noſter:ſimul crucifixus eſt cum illo. Audiamꝰ Roma.6
ergo qõ ſequit. Quãdo miſit ſaul ⁊ cuſtodiuit domũ eiꝰ: vt C
eum interficeret: Hoc nõ ad crucẽ dñi:ſed tñ ad paſſionem
dñi ptinet. Crucifixus enĩ chriſtus:⁊ mortuꝰ:⁊ ſepultus eſt.
Erat ergo illa ſepultura tanq̃ domus:ad quã cuſtodiendã
miſit regnum iudeoꝝ:quãdo cuſtodes adhibiti ſunt ſepul
chro chriſti. Eſt quedã hiſtoria in ſcriptura regnoꝝ:qñ miſit Mat.28
ſaul ad cuſtodiendã domũ vt interficeret dauid: Sed ⁊ quã 1.Reg.19
tum inde ſumpſit qui pſalmũ ſcripſit: tantũ debemꝰ diſcu
tere:cum titulum pſalmi tractamus. Hoc nobis ſignificare
tantũ voluit:q: miſſum eſt ad domũ vt cuſtodiretur: et ille
interficeret. Quõ ergo ad hoc cuſtodita eſt domꝰ: ſi dauid
figurabat chriſtũ:vt chriſtus interficeretur: quãdo in ſepul
tura xp̃o poſitus nõ eſt niſi in cruce interfectus? Refer hoc
ergo ad corpus chriſti:q: interficere xp̃m: erat tollere no
men chriſti:ne crederet in xp̃m:dum mendaciũ pualeret cu
ſtodum:q̃ corrupti ſunt vt dicerent: Quia cũ dormirent:ve Mat.28
nerunt diſcipuli eius:⁊ abſtulerunt eũ. Hoc eſt vere chriſtũ
velle interficere:nomen reſurrectionis eius extinguere: vt
mendaciũ euãgelio pferretur. Sed quomõ illud nõ effecit
ſaul vt interficeret dauid:ſic ⁊ hoc nõ potuit regnũ iudeo
rum efficere: vt plus valeret teſtimoniũ cuſtodũ dormien
tium:q̃ apoſtoloꝝ vigilantiũ. Quid enim edocti ſunt cuſto
des vt dicerent? Damus vobis inquiũt quãtum vultis pecu Ibidem
nie:⁊ dicite:quia cum dormiretis:venerũt diſcipuli eius:et
abſtulerunt eum. Ecce quales teſtes mendacij contra veri
tatem ⁊ reſurrectionem chriſti: inimici eius per ſaul figura
ti produxerũt. Interroga infidelitatis teſtes dormientes:
reſpondeant tibi q̃d actum ſit in ſepulchro. Qui ſi dormie
bant:vñ ſciuerũt? Si vigilabãt:fures quare nõ tenuerũt? Di
cat ergo quod ſequitur.

¶ Expoſitio prime partis pſalmi.

E †Rue me de inimicis meis deus meus:⁊ ab inſurgẽ D
tibus †ſup me†redime me. Factum eſt hoc in carne Al.†eripe
chriſti:fiet ⁊ in nobis. Neq; enĩ ceſſant inimici noſtri:diabo Alſ†in.
lus ⁊ angeli eiꝰ inſurgere ſup nos quotidie:⁊ illudere velle Alſ†ſuba.
infirmitati ⁊ fragilitati noſtre:deceptionibus:ſuggeſtioni
bus:tentationibus:⁊ quibuſcũq; laqueis irretire:cũ in ter
ra adhuc viuimꝰ. Sed vox noſtra vigilet ad deũ: ⁊ clamet
in membris xp̃i:ſub capite in celo cõſtituti. Erue me de ini
micis meis deus: ⁊ ab inſurgentibus ſup me: redime me.
[†Erue me de operantibus iniquitatẽ:⁊ †de viris ſangui Al.†eripe
nũ†ſaluũ me fac.] Erant illi quidã viri ſanguinũ:q̃ iuſtum Alſ†a.
occiderũt:in quo nullam culpã inuenerũt. Erant illi viri ſan Al.†ſalua
guinũ:q: cum vellet alienigena lotis manibꝰ dimittere chri me.
ſtum:clamauerũt: Crucifige crucifige. Erãt viri ſanguinũ: Mat.27
quibus cum iam obijceretur crimen ſanguinis chriſti:reſpõ Joan.19.
derunt:ppinantes poſteris ſuis: Sanguis eius ſup nos: ⁊
ſuper filios noſtros. Sed nec in eius corpus exurgere: viri
ſanguinũ ceſſauerũt. Nã ⁊ poſt reſurrectionẽ:aſcenſionẽq;
chriſti:pſecutiones paſſa eſt eccleſia. Et illa quidẽ primo que
efflouit de gente iudeoꝝ:de qua ⁊ apſti noſtri fuerunt. Ibi
primo ſtephanus lapidatus eſt:⁊ qõ vocatur accepit. Ste Actuũ.7
phanus enĩ corona dicitur: Humiliter lapidatus:ſed ſubli
miter coronatus. Deinde vere in gentibus exurrexerũt re
gna gentium:anteq̃ in eis impleretur qõ pdictũ erat: Ado
rabunt eũ omnes reges terre:omnes gentes ſeruient ei: ⁊ Pſ̃.21.
fremuit impetus regni illiꝰ aduerſus teſtes chriſti: effuſus
eſt magnus ⁊ multus martyrũ ſanguis. Quo effuſo: tanq̃
ſeminata ſeges eccleſie fertilius pullulauit:⁊ totum mũdum
ſicut nunc cõſpicimus:occupauit. Ab his ergo viris ſangui
nũ eruitur chriſtus:nõ ſolũ caput:ſed etiam corpus. A viris
ſanguinũ eruitur chriſtus:⁊ ab his qui fuerunt:⁊ ab his qui

ſunt: ⁊ ab his qui futuri ſunt. Eruitur chriſtus: ⁊ qui ꝓceſſit:
⁊ qui eſt: ⁊ qui venturus eſt. Chriſtus enī eſt totum corpus
chriſti: ⁊ quicūqȝ nūc chriſtiani boni: ⁊ qui ante nos: ⁊ q̄ poſt
nos futuri ſunt: totus chriſt⁹ eruitur a viris ſanguinū. Nec
Al's † cepe- vacat hec vox: ⁊ a viris ſanguinū ſaluū me fac. [Quia ecce
runt. † venati ſunt animā meam.] Potuerunt tenere: potuerūt
E occidere: venati ſunt animā meā. Sed vbi eſt: Dirupiſti vin
Pſ̄.115. cula mea? Ubi eſt: Muſcipula cōminuta eſt: ⁊ nos eruti ſu-
Pſ̄.123. mus? Ubi eſt qd benediximus deum: qui nō dedit nos in ve
Ibidem nationem dentibus eorū? Illi quidem venati ſunt: ſed in ma
nibus venantiū non dimittit qui cuſtodit iſrael. Quia ecce
Al's † in venati ſunt animā meā. [Irruerūt † ſuper me fortes.] Nō
vtcūqȝ tranſeūdum eſt ab his fortibus: Diligenter inſinuan
dum eſt qui ſint fortes inſurgētes. Fortes ſuper quos: niſi
ſuper infirmos: ſup inualidos: ſuper nō fortes? Et laudan-
Mat.12. tur tamen infirmi: ⁊ dānantur fortes. Si intelligantur qui
ſunt fortes: ꝓmo ipſum diabolum dn̄s fortem dixit: Nemo
(inquit) poteſt intrare in domum fortis. ⁊ vaſa eius eripere:
niſi prius alligauerit fortem. Alligauit ergo fortem vinculis
dn̄ationis ſue: ⁊ vaſa eius abripuit: ac vaſa ſua fecit. Erant
Ephe.5. enī oēs iniqui: vaſa diaboli: q̄ credentes facti ſunt vaſa xp̄i:
Roma.9. quibus apl's dicit: Fuiſtis enī aliquādo tenebre: nunc autē
lux in dn̄o: qui notas facit diuitias ſuas ī vaſa miſericordie.
Poſſunt ergo iſti fortes intelligi. Sed ſunt in hominib⁹ qui
dam fortes reprehenſibili ⁊ damnabili fortitudine: qui preſu
munt quidem: ſed de temporali felicitate. Non vobis vide-
Luce.12. tur fuiſſe fortis diues iſte: qui nunc ex euangelio recitatus
eſt: quoniā ſucceſſit ei regio in opulentia fructuū? Perturba
tus conſiliū reconditionis inuenit: vt deſtructis veteribus
apothecis: nouas conſtrueret ampliores: eiſqȝ cōpletis: ani
Ps.51. me ſue diceret: Habes multa bona aīa: epulare: iocundare:
ſatiare. Qualem fortē vides? Ecce hō qui non poſuit deum
F adiutorē ſuum: ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſua-
rum. Uide ꝙ fortis ſit: ⁊ preualuit inq̄t in vanitate ſua. Sūt
⁊ alij fortes: non de diuitijs: non de viribus corporis: non de
aliqua in tempore precellenti potentia dignitatis: ſed preſu
mentes de iuſtitia ſua. Hoc genus fortiū cauendū: metuen-
dum: aduerſandum: nō imitandum. Preſumentium inquā
non de corpore: nō de opibus: nō de genere: non de honore:
Omnia enī iſta quis nō videat tēporalia: fluxa: caduca: vola
Matth.19 tica? Sed ꝑſumentiū de iuſtitia ſua. Talis fortitudo impe-
diuit iudeos: ne per foramen acus intrarent. Cum enī de ſe
preſumūt qd iuſti ſint: ⁊ tanq̄ ſani ſibi videntur: medicinā
recuſauerunt: ⁊ ipſum medicū necauerunt. Tales ergo for-
Matth.9. tes: non infirmos: non venit vocare qui dixit. Non eſt opus
ſanis medicus: ſed male habentib⁹. Non veni vocare iuſtos
ſed peccatores in penitentiā. Iſti erant fortes q̄ inſultabāt
Ibidem diſcipulis chriſti: quia magiſter eorū ad infirmos intrabat
⁊ conuiuabatur cum infirmis. Quare inquiunt magiſter ve-
ſter cum publicanis ⁊ peccatoribus manducat? O fortes: q̄-
bus medicus opus non eſt. Fortitudo iſta non ſanitatis eſt
ſed inſanie. Nā ⁊ phreneticis nihil fortius: valentiores ſunt
ſanis: ſed quanto maiores vires: tanto mors vicinior. Auer-
tat ergo deus ab imitatione noſtra fortes iſtos. Timendū
eſt enim ne eos quiſqȝ velit imitari. Doctor aūt humilitatis
Iohā.14. particeps noſtre infirmitatis: donās participationē ſue di-
uinitatis: ad hoc deſcendens vt viā doceret: ⁊ via fieret: ma
xime ſuā humilitatē nobis cōmendare dignatus eſt: ⁊ ideo
Matth.3. a ſeruo baptizari non dedignatus eſt: vt nos doceret con-
fiteri pctā noſtra. ⁊ infirmari vt fortes ſimus: habere pot⁹
2.Cori.12. apoſtoli vocē dicentis: Quū infirmor tunc potens ſum. Quo
modo ergo noluit eſſe fortis? Iſti aūt qui fortes eſſe volue-
Ro.9. runt: ideſt qui de ſua virtute preſumere voluerunt tanq̄ iu-
ſti: offenderūt in lapidem offenſionis: ⁊ hedus viſus eſt eis
agnus: ⁊ quia veluti hedum occiderunt: ab agno redimi nō
meruerunt. Ipſi ſunt ergo fortes qui irruerunt ſuper chri-
ſtum commendantes iuſtitiā ſuam. Audite fortes iſtos. Cū
quidam hieroſolymite dicerēt: miſſi ab eis ad apprehendē-
dum chriſtum: ⁊ non audentes apprehendere: quia quando
voluit tunc apprehenſus eſt. Qui vere fortes erant. Quare
Iohan.7. ergo inquiunt: non eum potuiſtis apprehendere? Et reſpō-
derunt: Nemo vnq̄ hominum ſic locutus eſt ſicut ille. Et il-
li fortes. Nūquid aliquis phariſeorum in illum credidit. aut
aliquis ſcribarum: niſi populus iſte neſciens legem? Prepo
ſuerunt ſe turbe infirme ad medicum currēti. Unde niſi q2
ipſi fortes erant: ⁊ fortitudine ſua quod eſt grauius: omnē
etiam turbam in ſe traduxerunt: ⁊ medicum omnium occi-
derunt? Sed ⁊ ille eo ꝙ occiſus eſt: de ſanguine ſuo medica
mentum fecit egrotis. Irruerunt ſuper me fortes. Hos ma
xime fortes aduertite: ⁊ videte vtrum de vlla re preſumen-
dum ſit homini: quando nec de iuſtitia preſumendū eſt. Iā
videte vbi iaceant preſumentes de diuitijs: de viribus cor-
poris: de nobilitate generis: de dignitate ſeculi. Si quiſq̄s
de ipſa iuſtitia tanq̄ de ſua preſumpſerit: cadit. Irruerunt
ſuper me fortes. Et illis fortibus fuit ille vires ſuas iactās Luce.18.
Gratias tibi inquit ago: quia non ſum ſicut ceteri homines
iniuſti: raptores: adulteri: ſicut ⁊ publican⁹ iſte: Ieiuno bis
in ſabbato: decimas do omnium que poſſideo. Uide fortē
iactantem vires ſuas. contra vero longe ſtantem infirmum
attende: ⁊ per ipſam humilitatem propinquantem. Publi-
canus autem inquit de longinquo ſtabat: ⁊ nec oculos ſuos
audebat in celum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum di-
cens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Amen dico vobis
deſcēdit iuſtificatus publicanus ille: magis ꝙ ille phariſe⁹.
Et vide iuſtitiam: Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur Ibidem
⁊ qui ſe humiliat exaltabitur. Irruerunt iſti fortes: ideſt ſu
perbi: qui ignorantes dei iuſtitiam: ⁊ ſuam iuſtitiam volen- Rom.10
tes conſtituere: iuſtitie dei non ſunt ſubiecti. Quid deinde? G
[neqȝ iniquitas mea: neqȝ peccatum meū domine] Irrue
runt quidem fortes de iuſtitia ſua preſumentes: irruerunt:
ſed peccatum in me non inuenerunt. Nam vtiqȝ illi fortes:
ideſt veluti iuſti: quare poſſent perſequi chriſtum niſi quaſi
peccatorem? Sed tamen illi viderint ꝙ fortes ſint immani-
tate febris: nō firmitate ſanitatis: Uiderint illi ꝙ fortes ſint
⁊ tanq̄ iuſti contra iniquum ſeuierunt: Sed tamē neqȝ ini-
quitas mea: neqȝ peccatum meum domine. [Sine iniqui-
tate cucurri: ⁊ † dirigebar.] Illi ergo fortes currentem me Al's † di-
ſequi non potuerunt: ideo peccatorem putauerunt: quia ve rexi.
ſtigia mea non viderunt. Sine iniquitate cucurri ⁊ dirige-
bar. [Exurge in occurſu⁹ † mihi ⁊ vide]. Deo dicitur: ſine Al's † meū
iniquitate cucurri ⁊ dirigebar. Exurge in occurſum mihi. ⁊ H.
vide. Quid enim? Si non occurrat: videre non potes: Tāq̄
ſi ambulares viam: ⁊ de longinquo ab aliquo cognoſci non
poſſes: clamares ad eū ⁊ diceres: Occurre mihi ⁊ vide quē-
admodum ambulem. Nam quando de longinquo me attē-
dis: greſſum meum videre non potes. Ita ne ⁊ deus niſi oc
curreret non videret: ꝙ ſine iniquitate iſte dirigebatur: ⁊ ꝙ
ſine peccato currebat? Accipere quidē ⁊ hoc poſſum⁹. Exur
ge in occurſum mihi: adiuua me. Quod autem addidit: ⁊ vi-
de: intelligēdum eſt: fac videri quod curro: fac videri quod
dirigor: et illa figura qua ⁊ illud dictum eſt ad abraā. Nunc Gen.22.
cognoui ꝙ times deum. Deus dicit. Nūc cognoui. Unde: ni-
ſi quia nunc te feci cognoſcere? Ignot⁹ enim ſibi quiſqȝ eſt
ante interrogationem tentationis. Sicut ſe Petrus preſu Matt.26.
mendo ignorabat: ⁊ negando didicit quales vires haberet ⁊.27.
in ſua ipſa titubatione intellexit: falſo ſeſe preſumpſiſſe: fle-
uit ⁊ flendo meruit fructuoſe noſſe quod fuit: ⁊ eſſe qd non
fuit: Ergo probatus abraam factus eſt cognit⁹ ſibi: ⁊ dictū
eſt a deo: Nūc cognoui: hoc eſt: nūc te feci cognoſcere. Quo Gen.22.
modo letus dies ꝙ facit letos: ⁊ triſtis amaritudo: qd con-
triſtat guſtantem: ſic videns deus: videre faciens. Exurge
ergo inquit in occurſum mihi. ⁊ vide. Quid eſt: ⁊ vide? Ad-
iuua me: ideſt in illis vt videant curſum meum ſequant me
non eis videatur prauum eſſe quod rectum eſt: non eis vi-
deatur diſtortum eſſe: quod tenet regulam veritatis: Quo
niam ſine iniquitate cucurri ⁊ dirigebar. Exurge in occur-
ſum mihi: ⁊ vide. Aliquid etiam me dicere admonet in hoc I
loco capitis ipſius noſtri ſublimitas: quoniam infirmatus
eſt vſqȝ ad mortem: ⁊ aſſumpſit infirmitatis carnem: vt pul
los hieruſalem colligeret ſub alas ſuas: tanq̄ gallina infir- Matt.23.
mata cum paruulis. Non enim in aliqua aue: hoc aliquan-
do conſpeximus: earū etiam que nidificant ante oculos no
ſtros: ſicut parietum paſſeres: ſicut hirundines tāq̄ annue
noſtre hoſpites: ſicut ciconie: ſicut alie atqȝ alie aues q̄ ante
oculos noſtros nidificant: ⁊ oua incubāt: pullos alunt: ſicut
ipſe columbe: quas quotidie videmus: aliquādo auem in-
firmari

firmari cum paruulis non agnouimus:non aſpeximus:nō
vidimus. Gallina quomodo hoc habet? Certe notam rem
dico que in conſpectu noſtro quotidie verſatur: quomodo
rauceſcit vox:quomodo fit hiſpidum totum corpus:dimit-
tuntur ale:laxantur plume. Et vides circa pullos neſcio qđ
egrotum:⁊ ea eſt materna caritas que inuenit infirmitas.
Obi.3. Quare ergo dominus:niſi propter hoc gallina eſſe voluit
in ſancta ſcriptura dicens. Hieruſalem hieruſalem quotiēs
volui congregare filios tuos tanꝙ̄ gallina pullos ſuos ſub
alas:⁊ noluiſti? Congregauit autem omnes gētes tanquã
gallina pullos ſuos:q̄ infirmatus eſt propter nos accipiēs
Mat.27 carnem a nobis:id eſt a genere humano:crucifixus:contem-
Joan.19 ptus:alapis ceſus:flagellatus:ligno ſuſpenſus: lancea vul-
Roma.9 neratus. Ergo hoc materne infirmitatis eſt:nō amiſſe ma-
ieſtatis. Cum ergo talis eſſet chriſtus:⁊ ideo contemptus:
1.Pet.2. ⁊ ideo lapis offenſionis ⁊ petra ſcandali:ideo multi offen-
derunt in eum: Cum talis ergo eſſet chriſtus:⁊ tamen car-
nem ſine peccato ſuſcepiſſet factus eſt particeps noſtre in-
firmitatis:non iniquitatis:vt ex eo quod nobiſcum commu-
K nicauit infirmitatem:ſolueret noſtram iniquitatem. Ideo
ſine iniq̄tate cucurri ⁊ dirigebar. Quid ergo? Sc̄dm id qđ
deus eſt:non eſt agnoſcendus:⁊ illud ſolū in eo conſideran-
dum eſt:quod propter nos factus eſt:nō illud quod nos fe-
cit? Plane etiam illud conſiderandum eſt:quia magnū pie-
tatis indicium eſt:noſſe quis pro te:quid ſuſtinuit. Nō qui-
Phil.2. cunq̄ paruus pro te magno:ſed pro te infirmo ille ſummus:
quid? Factus paruulus:humiliauit ſe: factus obediēs vſq̄
ad mortem. Quis eſt iſte qui ſe humiliauit: factus obediēs
vſq̄ ad mortem? Quis? Supra audi: Qui cum in forma dei
eſſet:non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe equalem deo. Er-
go equalis deo:ſemetipſum exinaniuit: formā ſerui accipiēs
in ſimilitudinē hominū factus:⁊ habitu inuentus vt homo:
⁊ ita exinaniuit:vt aſſumeret quod nō erat: non vt amitte-
ret qđ erat. Quō ergo ſe exinaniuit? Quia tibi talis appa-
ruit:quia tibi dignitatem quā apud patrem habet: nō de-
monſtrauit:quia tibi nūc obtulit infirmitatē: ſeruauit pur-
gato poſtea claritatem. Ille ergo patri equalis: talis eſt
factus:⁊ tamen in ipſa infirmitate agnoſcendus eſt: non
viſione:ſed fide:vt qđ videre nōdum poſſumus:ſaltē cre-
Joan.20. damus:⁊ credēdo qđ nō videmus:etiā videre mereamur.
L Merito poſtea ꝙ̄ reſurrexit ait marie magdalene: cui di-
gnatus eſt primitus apparere: Noli me tangere: nondum
Mat.28 enī aſcendi ad patrem. Quid eſt hoc? Paulopoſt eum mu-
Joan.21. lieres tetigerunt. Nam redeūtes a monumento: obuiam
ſibi factum adorauerūt: ⁊ pedes eius tenuerūt: Diſcipuli
Joan.20 etiam cicatrices palpauerūt. Quid eſt ergo: Noli me tan-
gere:nondū enī aſcendi ad patrem:niſi noli qđ vides:hoc
ſolum me credere:ne ⁊ hic remaneat aſpectus tuus:quaſi
tactus tuus? Humilis enī tibi videor:nōdum aſcēdi ad pa-
trē: vnde ⁊ ad vos deſcendi:⁊ inde nō receſſi: Nondū illuc
aſcendi:quādo vos nō deſerui. Veni nō recedens:aſcendi
nō deſerens. Sed quid eſt qđ aſcendit ad patrem? Quan-
do nobis innoteſcit equalis patri. Nos enī aſcēdimus pfi-
ciendo:vt hoc videre:vt hoc intelligere:vt hoc vtcūq̄ cape-
re valeamus. Ideo ergo diſtulit tactum:non abſtulit:non
repulit:nō negauit. Nondū enī inquit aſcendi ad patrē.
Pſ.18 A ſummo celo egreſſio eius:dicit alius pſalmus: et occur-
ſus eius vſq̄ ad ſummū celi. Summū celi.i.ſummū omni-
bus ſpiritualibus pater eſt: Inde excurſus eius: ⁊ occur-
ſus vſq̄ ad ſummū celi. Occurrit vſq̄ ad ſummū. Sūmū
nō dicitur niſi de equali. Deniq̄ cum aliqua inequalia cō-
paramus:⁊ aliquid breue ad aliquid magnū applicamus:
videre quātū ad quātū ſit:ſi inequale inuenerimus: ita ſo-
lemus loq̄: Non occurrit: Si aūt equale ſit:occurrit. Ergo
occurſus eius vſq̄ ad ſummū celi:q2 equalis eſt patri. Ta-
lem ſe volebat innoteſcere fidelibus ſuis:qui dixerat: No-
li me tangere: hoc volebat pſtari a patre fidelibus ſuis: q̄
dicebat: Exurge in occurſum mihi ⁊ vide: innoteſce ꝙ tibi
Joan.14 equalis ſim ⁊ vide. Quid eſt:⁊ vide? Fac videri ꝙ tibi equa-
lis ſim. Quādiu mihi philippus dicit: Oſtende nobis pa-
trem ⁊ ſufficit nobis: q̄diu ego dicā: Tanto tpe vobiſcum
ſum:⁊ patrē nō noſtis? Philippe:q̄ me videt:videt ⁊ patrē.
Non credis quia ego in patre:⁊ pater in me eſt? Et adhuc

forte nō credit equalem: Exurge in occurſum mihi ⁊ vide.
Fac me videri:fac te videri:fac notā hoībus equalitatem
noſtrā. Nō putēt iudei ſe hoīem crucifixiſſe: Quāuis in eo
nō crucifixū ſit:niſi inquātum hō erat:tñ non cognouerunt
quē crucifixerūt. Si enī cognouiſſent:dñm glorie nūꝙ̄ cru- 1.Joan.2
cifixiſſent. Hunc dñm glorie vt nouerint fratres mei fide-
les. Exurge in occurſum mihi ⁊ vide. [Et tu dñe deus vir-
tutum: deus iſrael.] Tu deus iſrael qui non putaris niſi
deus iſrael ſolius: qui nō putaris niſi deus vnius gentis:q̄
te colit: cū oēs gentes idola colant: Tu deus iſrael. [In- M
tende ad † viſitandū oēs gentes.] Impleatur iſta pphe- Alb † viſi
tia in qua eſaias ex pſona tua alloquit eccliam tuam ſan- tandas
ctam:ciuitatem tuā ſterilem:illā cuius multi filij deſerte ma-
gis ꝙ̄ eius que habet virū. Ei quippe dictū eſt: Letare ſte- Eſa.54.
rilis que nō paris:erumpe ⁊ exclama q̄ non parturis:quia Gala.4.
multi filij deſerte magis ꝙ̄ eius que habet virū: magis ꝙ̄
gentis iudee: que habet virum que accepit legē magis ꝙ̄
eius gētis q̄ habuit euidentē regem. Nam tuus rex latet:
⁊ plures tibi filij ſunt ex occulto ſponſo. Ergo ei dicitur:
Multi filij deſerte: magis ꝙ̄ eius que habet virū. Deinde Eſa.54
adiūgit ppheta: Dilata locū tabernaculi tui: ⁊ aulas tuas
confige: Non eſt qđ parcas: extende longius funiculos tu- Mat.3.
os:⁊ paxillos validos conſtitue etiam atq̄ etiā in dexteram Mat.22.
atq̄ ſiniſtram. In dextera tene bonos:in ſiniſtra tene ma-
los:donec veniat ventilabrū:poſſide tamen oēs gētes. In-
uitentur ad nuptias boni ⁊ mali:impleant nuptie recūbē-
tium. Seruoꝝ eſt inuitare:dñi ſeparare. Etiam atq̄ etiam Eſa.54.
in dexterā atq̄ ſiniſtrā extende. Semen enī tuū heredita-
bit gentes:⁊ ciuitates q̄ deſerte erant inhabitabis. Deſer-
te a deo:deſerte a pphetis:deſerte ab apoſtolis: deſerte ab
euāgelio:plene demonijs. Ciuitates q̄ deſerte erant inha-
bitabis:non eſt quod metuas: Preualebis enī nec erube-
ſcas qđ deteſtabilis fueris. Ergo q2 inſurrexerunt ſuper te
fortes:ne erubeſcas: qñ ↄtra nomen chriſtianū leges fere-
bantur:qñ ignominia ⁊ blaſphemia erat eſſe chriſtianum: Eſa.54.
Nec erubeſcas qđ deteſtabilis fueris. Confuſionem enī in
perpetuū obliuiſceris: ignominie viduitatis tue non eris Pſ.67
memor:qm ego ſum dñs qui facio te: Dñs nomē eſt ei:et q̄
eruit te:ipſe dñs deus iſrael vniuerſe terre vocabitur. Et
tu dñe deus virtutū: deus iſrael: intēde ad viſitandas oēs N
gentes. Intēde inquā ad viſitandū oēs gentes. [Non mi- Alb † oīb9
ſerearis † omnib9 q̄ operant iniq̄tatē.] Hic plane terruit.
Quē nō terreat? Quis ad ſuā cōſcientiā rediēs nō cōtremi-
ſcat? Que etiā ſibi cōſcia eſt pietatis: mirū niſi aliq̄d ↄſcia 1.Joan.3
ſit etiam iniq̄tatis? Quicūq̄ enī pctm facit: ⁊ iniquitatem Pſ.129.
facit. Si enī iniquitates obſeruaueris dñe: dñe quis ſuſti-
nebit? Et ſi verū eſt:nec fruſtra dictū: nec vacare omnino
pōt:aut poterit: Non miſerearis omniū qui operant iniq̄-
tatem. Sed ecce miſertus eſt pauli:qui pmo ſaulus opera-
batur iniquitatē. Quid enī fecit boni:vnde pmereret deū?
Nōne ſanctos eius ad mortē attrahebat: Nōne epiſtolas
a principib9 ſacerdotum ferebat:vt vbicūq̄ chriſtianos inue-
niret:ad penā raperet? Nōne id agens eo tendens:cedem
ſpirans ⁊ anhelans:ſicut de illo ſcriptura atteſtatur:de ce- Actuū.9.
lo vocatus eſt:voce ſublimi deiectus:erectus:excecatus:il-
luminatus:occiſus:viuificatus:pditus:redditus? Quo me- 1.Timo.1.
rito? Nihil nos dicamus:ipſum potius audiamus. Qui prius
fui inquit blaſphemus:⁊ pſecutor:⁊ iniurioſus: ſed miſeri-
cordiā cōſecutus ſum. Certe nō miſerearis oīm qui operā-
tur iniquitatē. Hoc duobus modis intelligi pōt: Siue quia
omnino nulla peccata impunita relinquit deus: Siue ꝙ eſt
quedā iniquitas:quā qui operantur:oīno eorum deus non
miſeretur. Sc̄dm iſtos duos modos breuiter quātum tem- O
poris ſufficit aliq̄d loquamur charitati veſtre. Iniquitas
omnis parua magna ve ſit puniatur:neceſſe eſt:aut ab ipſo
homine penitente:aut a deo vindicante. Nam ⁊ quē peni- De ṽa et
tet:punit ſeipſm. Ergo fratres puniam9 noſtra peccata: ſi falſa pnia
querimus miſericordiā dei: Non poteſt deus miſereri oīm ca.10.
operantiū iniquitatem quaſi blādiens pctis: aut nō eradi-
cans pctā: Prorſus aut punis: aut punit. Uis non puniat?
Puni tu. Nam ⁊ illud feciſti qđ impunitum eſſe non poſſit:
ſed a te puniatur potius:vt facias qđ in illo pſalmo ſcriptū Pſ.54.
eſt: Preueniamus faciem eius in confeſſione. Quid eſt pre-

ueniamus faciē eius in cōfeſſione? Anteq̄ ipſe attendat vt
puniat:tu p̄ueni confitendo ꝛ puni. Non ille inueniat quod
puniat:q: cū tu punis iniquitatē:facis equitatem: Et ideo
tui miſerebit deus: q: iam te operantem equitatē inuenit
deus. Quid eſt:operantē equitatē? Quia h̄ in te odiſti:qd̄ ꝛ
odit ille:vt incipias placere deo: dum hoc in te punis quod
diſplicet deo. Nam nō pōt impunitū relinqui pctīm:q: verū
P eſt: Non miſerearis oim qui operant̄ iniquitatē. Sz videa-
mus iam alium modum: quo hec ſententia poſſit intelligi.
Eſt quedam iniquitas:quā qui operatur nō pōt fieri vt mi-
ſereat̄ ei deus. Queritis forte quenā illa ſit? Ipſa eſt defen-
ſio pctōꝝ. Quādo quiſq; defendit pctā ſua:magnā iniquita-
tem operat̄: Hoc defendit qd̄ deus odit. Et videte q̄ puer-
ſe.q̄ inique: Si quid boni fecerit:ſibi vult imputari:ſi quid
mali:deo. Nam hoc modo defendūt hoīes pctā ſua ex dei
pſona:quod peius eſt. Quid eſt hoc? Nemo eſt qui audeat
dicere:bonū eſt adulteriū:bonū eſt homicidiū:bona fraus:
Q bonū periuriū:nullus pro:ſus hoīm. Nam qui illa etiam fa-
ciunt:clamant mala hec eē quādo patiūtur. Omnino ergo
non inuenies aīam tam peruerſam:tam extorrē a ſocietate
generis humani:ꝛ a participatione cōmunis ſanguinis ex
adā:cui videatur bonū eſſe adulteriū ſicut dixi: fraus:rapi-
nā:periuriū. Sed quō ea defendunt? Si deus noluiſſet:nō
id feciſſem. Quid vis faciā fato meo? Iam queris quid ſit
Señ.1. fatum. Curris ad ſtellas: Queris quis fecerit:ꝛ ordinaue-
rit ſtellas. Deus eſt. Ergo ad hoc pctīm tuum defendis: vt
deū accuſes. Ideo excuſatur reus:vt culpetur iudex. Pro-
ſus talem iniquitatem operantiū:nō miſeretur deus. Non
miſerearis oim qui operātur iniquitatem. Perſequere in-
R quit pctā eoꝝ:puni:compunge:cōuerte illos:ante ſe qui po-
Alś†Con nūt poſt ſe:ꝛ erubeſcant de ſe.vt gaudeant de te. Non miſe-
uertenſ. rearis omniū qui operantur iniquitates. ⌊†Conuertantur
al.†veſpā ad†veſperum.⌋ Neſcio quos dicit quōdā operatores iniq̄-
tatis:ꝛ quondā tenebras cōuerti ad veſperū. Quid eſt: ad
veſperū? Poſtea. Quid eſt:ad veſperū? Serius. Poſtea:qd
Marci.16 eſt? Ad veſperū. Ante eñ debuerant q̄ crucifigerent xp̄m
medicū agnoſcere. Quare iam eo crucifixo:reſurgente: in
Actuū.2. celum aſcendente:poſtea q̄ miſit ſpiritū ſuū ſanctū quo re-
pleti ſunt illi qui in vna domo erant:ꝛ ceperunt loq̄ linguis
omniū gentiū:expauerūt crucifixores chriſti: Cōpūcti ſunt
de cōſcientia ſua:conſiliū ſalutis ab apl̄is petierunt: audie-
runt: Agite penitentiā:ꝛ baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in
noīe dñi noſtri ieſu chriſti:ꝛ dimittentur vobis peccata ve-
ſtra. Poſt occiſum chriſtū:poſt effuſum chriſti ſanguinē di-
mittuntur peccata veſtra. Ille ſic voluit mori: vt ſanguine
ſuo etiam effuſores eiuſdē ſanguinis redimeret. Fudiſtis
ſeuientes.bibite confitentes. Merito ꝯuertentur ad veſpe-
S rum. ⌊Et famem patientur vt canes.⌋ Canes gentes iu-
dei dixerunt:tanq̄ immūdos. Nam inde ꝛ ipſe dñs cū poſt
eum clamaret chananea:quedā mulier nō iudea: ad ſuam
filiam curandā cōuertere volens eius miſericordiam: Ille
oīa p̄uidens:omnia ſciens:ſed fidē eius oſtendere volens:
diſtulit beneficiū:ꝛ eā ſuſpendit. Et quō diſtulit? Non ſum
Mat.15. inquit miſſus:niſi ad oues que perierūt domus iſrl̄. Iſrael
oues. Gentes quid? Non eſt bonū panem ſumere filioꝝ: et
mittere canibus. Gentes ergo canes appellauit: propter
immūdiciam. Quid aūt illa mulier eſuriens: hoc magis nō
repulit? Suſcepit humiliter cōuicium:ꝛ meruit beneficiū.
Neq; eñ cōuitium illud dicendū erat qd̄ a dño dictū erat.
Seruus ſi aliquid tale deo dicat:cōuiciū eſt: Dñs autē cuz
tale aliquid ſeruo dicat:dignatio potius dici pōt. Ita inq̄t
dñe: Quid eſt: ita? Uerum dicis: Prorſus verū dicis:canis
ego ſum. Sed ꝛ canes inquit edunt de micis que cadunt de
menſa dñoꝝ ſuoꝝ. Et cōtinuo dñs: O mulier:magna eſt fi-
des tua: Iam dudū canis:modo mulier. Uñ iam mulier: q̄
pauloante canis? Confitendo humiliter: nō repellendo qd̄
a dño dictū erat. Ergo gentes canes:ꝛ ideo eſuriētes. Bo-
nū eſt ꝛ iudeis vt agnoſcant ſe pctōres. Et licet ad veſperā
Luce.16 conuertantur:ꝛ famē patiant̄ vt canes. nā male ſaturatus
erat ille qui dicebat: Ieiuno bis in ſabbato: Ille autem pu-
blicanus canis erat famem patiens:ꝛ inde beneficium dñi
eſuriebat:cū dicebat: Propitius eſto mihi pctōri. Conuer-
tantur ergo ꝛ illi ad veſperā:ꝛ famem patiantur vt canes:

Deſiderent gratiā dei:intelligāt ſe pctōres. Fortes illi fiāt
infirmi:diuites illi fiant pauperes: iuſti illi agnoſcāt ſe pec-
catores:leones illi canes fiant. Cōuertantur ad veſperam:
ꝛ famē patiant̄.vt canes. ⌊Et circuibūt ciuitatem.⌋ Quā
ciuitatem? Mundū iſtum: quē q̄buſdā locis vocat ſcriptu-
ra ciuitatem circūſtantie.i.q: in oībus, gentibus vndiq; cir-
cūfuderat:mūdus vnam gentem iudeoꝝ: vbi talia gerebā- Pš.59
tur:ꝛ appellabatur ciuitas circūſtantie. Iſtā ciuitatem cir-
cuibunt illi iam canes facti eſurientes. Quare circuibunt?
Euāgelizando. Saulus ex lupo canis factus eſt ad veſpe- Actuū.9.
ram.i.ſero cōuerſus: De micis dñi ſui in gratia eius cucur- T
rit:ꝛ circuiuit ciuitatem. ⌊Ecce†ipſi loquētur in ore ſuo:et Al†nō h̄z.
gladius in labijs eoꝝ.⌋ Iam ille gladius bis acutus.de q̄ Apocal.1.
apl̄s dicit: Et gladiū ſpūs:qd̄ eſt verbū dei. Quare bis acu- Ephe.6.
tus? Quare:niſi q: ex vtroq; teſtamēto feriens? Hoc gladio Actuū.10.
mactabātur:de q̄bus dicebat̄ petro: Macta ꝛ māduca. Et
gladius in labijs eoꝝ. ⌊Qm̄ quis audiuit.⌋ Loquentur in
ore ſuo:q̄s audiuit? id eſt ſtomachabūtur aduerſus pigros
ad fidem:qui paulo ante ꝛ ipſi credere nolebant: tediū de
nō credentibus patiūtur. Et vere fratres contingit. Uides
hoīem pigrū anteq̄ ſit chriſtianus: Clamas ad illū quoti-
die:vix cōuertitur. Tandem cōuerſus:cōuertere vult etiā
oēs ꝛ facere chriſtianos:ꝛ miratur q: nōdum ſunt. Excidit
illi:q̄ ad veſperā cōuerſus eſt. Sed q: factus eſt eſuriens
ſicut canis:habet etiam in labijs gladiū: Dicit: Quis audi-
uit? Quid eſt:quis audiuit? Quis credidit auditui noſtro: Eſa.53
ꝛ brachium dñi cui reuelatū eſt? Qm̄ quis audiuit? Nō cre-
dunt iudei:ꝛ cōuerſi ſunt ad gentes ꝛ annūciauerūt. Iudei
nō credebant:ꝛ tñ p credētes iudeos euāgeliū circuibat ci-
uitatem:ꝛ dicebant: Qm̄ quis audiuit? ⌊Et tu dñe deride-
bis eos⌋ Quis audiuit? Oēs gentes chriſtiane future ſunt
tuos dictis:quis audiuit? Quid eſt:deridebis eos? †⌊Pro Alś † Ad
nihilo habebis omnes gentes.⌋ Nihil ante te erit:quia fa- nihilū de-
cillimum erit vt credant in te omnes gentes. ⌊Fortitudinē duces eos
meam ad te cuſtodiam:⌋ Illi enim fortes ideo ceciderunt: U
quia fortitudinem ſuam ad te non cuſtodierunt: ideſt illiq̄
ſuper me inſurrexerunt ꝛ irruerunt:de ſe p̄ſumpſerūt. Ego
autem fortitudinem meam ad te cuſtodiam:quia ſi recedo
cado:ſi accedo:fortior fio. Uidete enim quid eſt fratres in
anima humana. Non habet ex ſe lumen:non habet ex ſe vi-
res. Totum autem quod pulchrum eſt in anima:virtus ꝛ ſa-
pientia eſt. Sed nec ſapit ſibi:nec valet ſibi:nec ipſa lux ſi-
bi lux eſt:nec ipſa ſibi virtus eſt. Eſt quedam origo fonſq;
virtutis:eſt quedam radix ſapientie:eſt quedam vt ita di-
cam:ſi ꝛ hoc dicendum eſt regio incommutabilis veritatis.
Ab hac anima recedens tenebratur:accedens illuminatur:
Accedite ad eum ꝛ illuminamini:q: recedendo tenebrami- Pš.33
ni. Ergo fortitudinem meam ad te cuſtodiam. Non a te re-
cedam:nō de me preſumam: Fortitudinem meam ad te cu-
ſtodiam. ⌊Quia deus ſuſceptor meus es.⌋ Ubi enim eram
ꝛ vbi ſum? Unde me ſuſcepiſti? Quas iniquitates meas di-
miſiſti? Ubi iacebam? Quo erectus ſum? Ergo hoc meminiſ-
ſe non debeo quod in alio pſalmo dicitur: Quoniam pater Pš.26
meus ꝛ mater mea dereliquerūt me:dominus autē aſſum-
pſit me? Fortitudinem meam ad te cuſtodiam:q: deus ſu-
ſceptor meus es. ⌊Deus meus miſericordia eius preueniet
me.⌋ Ecce quid eſt:fortitudinem meam ad te cuſtodiam?
De me oīno nihil preſumas. Quid enim attuli boni: vt mei
miſerearis:ꝛ me iuſtifices? Quid in me inueniſti:niſi ſola pec-
cata? Tuum nihil aliud niſi natura quam creaſti:cetera ma-
la mea que deleuiſti. Non ego prior ad te exurrexi:ſz tu ad
me excitandum veniſti. Nā miſericordia eius preueniet me
Anteq̄ aliq̄d boni ego faciā:miſericordia eī preueniet me.
Quid hic reſpondebit infelix pelagius? ⌊†Deus meus de- X
monſtrauit mihi in inimicis meis. Quid ait? Quantam cir- Alś † de
ca me exhibuerit miſericordiam:in inimicis meis mihi de- oſtēdit mi-
monſtrauit. Relictis comparet ſe collectus:et repulſis ele- hi ſup ini-
ctus: Cōparet ſe vaſis irevas miſericordie:ꝛ videat quia ex micos meꝯ
vna maſſa fecit deus:aliud vas in honorē:aliud in ꝯtume-
liā. Quid eſt:demonſtrauit mihi in inimicis meis? Si enim Ro.9.
deꝰ volens oſtēdere irā:ꝛ demonſtrare potentiā ſuā:attulit
in multa patiētia vaſa ire:q̄ pfecta ſunt in pditionē. Et pro-
pter qd̄ hoc? Ut notas faceret diuitias ſuas in vaſa miſeri-
cordie

cordie. Si ergo vaſa ire attulit: in q̃bus notas faceret diui
tias ſuas in vaſa miſericordie: rectiſſime dictũ eſt. Miſeri
cordia eius preueniet me. Deus meus demõſtrauit mihi in
inimicis meis. i. quantã circa me habuit miſericordiã: in illis
mihi demõſtrauit circa quos nõ habuit. Niſi enim debitor
ſuſpẽdat: minus agit grãs cui debitũ relaxat. Deus meus
demõſtrauit mihi in inimicis meis. De ipſis autẽ inimicis
y
q̃d? ⌊ Ne occideris eos: neq̃n obliuiſcant †legis tue. ⌋ Ro
Alš †occi gat p inimicis ſuis: implet p̃ceptũ. Quid eſt: ne miſerearis
das. oim qui operant iniquitatẽ. ꝛ ne occideris eos ne obliuiſcã
Alš † ppli tur legis tue? Quõ nõ miſeret oim q̃ operant iniq̃tatem: ꝛ
mei. quõ nõ occidit eos ne obliuiſcant legis tue? Sed hic de ini
micis ſuis dixit. Quid ergo? Inimici eius equitatẽ operan
tur: Sed q̃ ei inimicant equitatẽ operãtur. Ergo ipſi iniq̃
tatem nõ operãtur? Sed q: ipſe equitatẽ opatur. Porro qui
equitatẽ opatur: pfecto iniq̃tatẽ ab inimicis patitur. Reſtat
vt q̃ iuſto inimicant: iniquitatẽ operent. Unde q̃ paulo ſu
perius: Nõ miſerearis oim q̃ operant iniquitatẽ: ꝛ nunc de
inimicis ſuis ne occideris eos: neq̃n obliuiſcant legis tue:
Non ergo miſerearis eoꝝ: vt occidas pctã eoꝝ: Ne occidas
eos quoꝝ peccata occidis. Quid eſt aũt occidi? Obliuiſci le
gis dñi. Ipſa eſt vera mors: in pfundũ ire pcti. Põt quidẽ
ꝛ hoc de iudeis intelligi. Quid de iudeis? Ne occideris eos:
neq̃n obliuiſcãtur legis tue. Iſtos inimicos meos ipſos q̃
18. de ciui. me occiderũt: noli tu occidere: Maneat gens iudeoꝝ. Cer
ca. 48. i fi. te victa eſt a romanis: certe deleta ciuitas eoꝝ: nõ admittũ
tur ad ciuitatẽ ſuã iudei: ꝛ tñ iudei ſunt. Nam oẽs iſte prouin
cie a romanis ſubiugate ſunt. Quiſnã nõ cognoſcit gentes
ſubiectas imperio romano? Que quidẽ erant qñ oẽs roma
ni facti ſunt: ꝛ oẽs romani dicuntur? Iudei tñ manent cũ ſi
gno: Nec ſic victi ſunt vt a victorib⁹ abſorberẽt. Nõ ſine cau
Geñ. 4 ſa Cain ille eſt q̃ cũ fratrẽ occidiſſet: poſuit in eo de⁹ ſignũ:
ne quis eũ occideret. Hoc eſt ſignũ qõ habent iudei: Tenẽt
omnino reliquias legis ſue: circũcidunt: ſabbata obſeruãt:
paſcha immolant: azyma comedunt. Sunt ergo iudei: non
ſunt occiſi: neceſſarij ſunt credentib⁹ gentibus. Quare hoc?
Ut demonſtret nobis in inimicis noſtris miſericordiã ſuã.
Deus meus demõſtrauit mihi in inimicis meis. In ramis
Roma. 11. ſupbie p̃ciſis: inſerto miſericordiã ſuã demõſtrat oleaſtro.
Ecce vbi iacent q̃ ſupbi erãt: ecce vbi inſert⁹ es q̃ tunc ia
cebas: ꝛ tu noli ſupbire ne p̃cidi merearis. Deus meus ne
Z occideris eos: neq̃n obliuiſcãtur legis tue. ⌊ Diſperge †eos
Alš †illos in virtute tua. ⌋ Iã factũ eſt p oẽs gentes: diſperſi ſunt iu
dei teſtes iniquitatis ſue: ꝛ veritatis noſtre. Ipſi habẽt co
dices: de q̃bus pphetatus eſt xp̃s: ꝛ nos tenemus xp̃m. Et
ſi forte qñ aliquis pagan⁹ dubitauerit: cũ ei dixerimus pphe
tias de chriſto: quarũ euidẽtiã obſtupeſcit: ꝛ admirãs puta
uerit a nobis eſſe cõſcriptas: de codicibus iudeoꝝ pbamus:
q: hoc tantũ ante p̃dictũ eſt. Uidete quẽadmodũ de inimicis
vnius hominis caput eſt in celo: ⁊ membra adhuc laborant
in terra. Et quia laborant: videte quid dicat:

B

¶ Expoſitio pſalmi.]

Exaudi deus deprecationem meam: intende orationi
mee.] Quis dicit? Quaſi vnus. Vide ſi vnus. [A fi
nibus terre ad te clamaui.] Iam ergo nō vnus: ſed ideo
vnus: quia chriſtus vnus: cui⁹ oēs mēbra ſumus. Nā quis
Ps.2. vnus homo clamat a finibus terre? Non clamat a finibus
terre: niſi hereditas illa de qua dictū eſt ipſi filio: Poſtula
a me et dabo tibi gentes hereditatem tuā: et poſſeſſionem
tuā terminos terre. Hec ergo xpi poſſeſſio: hec xpi heredi
tas: hoc xpi corp⁹: hec vna xpi eccleſia: hec vnitas que nos
ſumus clamat a finibus terre. Quid aūt clamat? Quod ſu
pra dixi: Exaudi deus deprecationē meā: intēde orationi
mee: A finib⁹ terre ad te clamaui: id eſt hoc ad te clamaui.
A finibus terre: id eſt vndiq;. Sed quare clamaui hoc?
Al. † anxia [Dum † angeretur cor meum.] Oſtēdit ſe eſſe p oēs gen
retur. tes toto orbe terrarū: nō in magna gloria: ſed in magna tē
ptatione. Nāq; vita noſtra in hac pegrinatione nō pōt eſſe
ſine tēptatione: q: profectus noſter p tēptationē noſtrā fit:
nec ſibi quiſq; innoteſcit niſi tēptatus: nec pōt coronari niſi
vicerit: nec pōt vincere niſi certauerit: nec pōt certare niſi
inimicum et tēptationes habuerit. Angitur ergo iſte a fini
bus terre clamās: ſed tamē nō relinqtur. Quoniā noſipſos
qō eſt corp⁹ ſuū: voluit prefigurare: ⁊ in illo corpe ſuo in quo
iā ⁊ mortuus eſt ⁊ reſurrexit ⁊ in celū aſcēdit: vt quo caput
preceſſit: illuc ſe mēbra ſecutura cōfidāt. Ergo nos trāſfigu
Math.4 rauit in ſe: quādo voluit temptari a ſathana. Modo legeba
tur in euāgelio: q: dñs ieſus chriſtus in heremo temptaba
tur a diabolo. Prorſus chriſtus temptabatur a diabolo. In
chriſto enim tu tēptabaris: q: xps de te ſibi habebat carnē:
de ſe tibi ſalutē: de te ſibi mortē: de ſe tibi vitā: de te ſibi cō
tumelias: de ſe tibi honores. Ergo de te ſibi tēptationem:
de ſe tibi victoriā. Si in illo nos tēptati ſumus: in illo nos
diabolum ſuperamus. Attēdis q: chriſtus tēptatus eſt: et
nō attēdis q: vicit? Agnoſce te in illo tēptatum: et te in illo
agnoſce vincentem. Poterat a ſe diabolum prohibere: ſed
ſi nō temptaretur: tibi tēptādo vincendi magiſterium non
preberet. Itaq; nō mirum ſi inter tēptationes poſit⁹ iſte
clamat a finibus terre. Sed quare nō vincitur? [In petra
exaltaſti me.] Iam ergo hic agnoſcimus quis clamat a fi
Math.16. nibus terre. Recolamus euangelium: Sup hāc petrā edifi
cabo eccleſiam meā. Ergo illi clamat a finibus terre quam
voluit edificare ſup petrā. Ut aūt edificaretur eccleſia ſup
petram: quis factus eſt petra? Paulum audi dicentem: Pe
1. Corin.10 tra autē erat chriſtus. In illo ergo edificati ſum⁹. Propter
ea petra illa in qua edificati ſumus: prior percuſſa eſt vētis
Math. 7. flumine: pluuia: quādo chriſtus a diabolo tēptabatur. Ecce
Math. 4. in qua firmitate te voluit ſtabilire. Merito non vacat vox
noſtra: ſed exauditur. In magna enī ſpe poſiti ſumus. In
C petra exaltaſti me. [Deduxiſti me q: fact⁹ es ſpes mea.]
Ille ſi noſtra ſpes factus nō eſſet: nō nos deduceret. Dedu
cit tāq̄ dux: et in ſe ducit tāq̄ via: et ad ſe perducit tāq̄ pa
tria. Deducit ergo nos. Unde? q: factus eſt ſpes noſtra. Vn
factus eſt ſpes noſtra? Ecce ſic quomodo nūc audiſtis quia
Math. 4. temptatus eſt: q: paſſus eſt: q: reſurrexit: fact⁹ eſt ſpes no
et.27. ſtra. Quid enim nobis dicimus quādo hec legim⁹? Nō enim
perdet nos deus propter quos filium ſuum miſit temptari
crucifigi: mori: reſurgere. Non enim vere nos deſpicit deus
propter quos filio proprio nō pepercit: ſed pro nobis oīb⁹
tradidit eum. Sic ergo factus eſt ſpes noſtra. In illo vides
et laborem tuum: et mercedem tuam. Laborem in paſſiōe:
mercedē in reſurrectione. Sic ergo factus eſt ſpes noſtra.
Habemus enim duas vitas: ſed vnam in qua ſum⁹: alterā
quam ſperamus. In qua ſumus: nota nobis eſt: quam ſpe
ramus ignota nobis eſt. Tolera in qua es: et habebis quā
nōdum habes. Quomodo toleras? Ut nō vincaris a tem
ptatore. Laboribus ſuis: tēptationibus: paſſionib⁹: morte
ſua demonſtrauit tibi vitam xps in qua es: reſurrectione
ſua demōſtrauit tibi vitā in qua eris. Nos enim non noue
ramus niſi naſci hominem et mori: reſurgere hominē ⁊ viue
re in eternū: nō noueram⁹. Suſcepit qō noueras: et demon
ſtrauit qō nō noueras. Ideo ergo factus eſt ſpes noſtra in
tribulationibus: in tēptationibus. Vide apoſtolū dicentē:
Non ſolum autem ſed et gloriamur inquit in tribulationi Ro.5.
bus: ſcientes quia tribulatio patientiam operatur: patien
tia probationē: probatio ſpem: Spes autem nō confundit.
Quoniā charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris p ſpiri
tūſanctum q̄ datus eſt nobis. Ergo fact⁹ eſt ſpes noſtra q̄
dedit nobis ſpiritūſanctum: ⁊ ambulamus modo ad ſpem.
Non enim ambularem⁹ niſi ſperarem⁹. Quid ait ipſe apls?
Qō enim videt quis q̄d ſperat? Si aūt qō nō videm⁹ ſpera Ro.8.
mus: p patientiam expectamus. Et item. Spe enim ſalui
facti ſumus. Deduxiſti me: q: factus es ſpes mea. [Turris
fortitudinis a facie inimici.] Angitur cor meū inquit iſta D.
vnitas a finibus terre: ⁊ laboro inter temptationes et ſcan
dala. Inuident pagani quia victi ſunt: inſidiantur heretici
pallio velati nominis chriſtiani: int⁹ in ipſa eccleſia vim pa
titur frumentum a palea. Inter hec omnia cū angitur cor Math.3.
meum: clamabo a finib⁹ terre. Sed nō me deſerit ipſe qui Ps.60.
me exaltauit ſuper petram vt deducat me vſq; ad ſe: quia ⁊
ſi laboro: diabolo per tot loca et tempora ⁊ occaſiones inſi
diante aduerſus me: hic eſt mihi turris fortitudinis: Quo
cum fugero nō ſolum vitabo tela inimici: ſed etiam in illum
que voluero ſecur⁹ ipſe iaculabor. Ipſe enim chriſt⁹ eſt tur
ris: ipſe nobis factus eſt turris a facie inimici: qui eſt et pe
tra ſuper quam edificata eſt eccleſia. Caue ne feriaris a dia Math.16.
bolo: fuge ad turrim. Nūq̄ te ad illam turrim diabolica ia
cula ſecutura ſunt: Ibi ſtabis munitus et ſecurus. Quomodo
autem fugies ad turrim? Ne forte quiſq; in temptatione
poſitus corporaliter querat turrim iſtam: et cum eam non
inuenerit fatigetur ac deficiat in temptatione: Ante te eſt
turris: recordare chriſtum: et intra in turrim. Quomodo re
cordaris chriſtum vt intres in turrim? Quicquid pateris co
gita quia prior paſſus eſt: et cogita quo fine paſſus eſt: vt
moreretur et reſurgeret. Talem et tu finem ſpera qualis in
illo preceſſit: et intraſti in turrim non conſentiendo inimi
co. Si enim conſenſeris inimico: tunc ad te peruenit oppu
gnantis iaculum. Tu potius in illum iaculare tela: quibus
feriatur: quibus vincatur. Que ſunt iſta tela? Verba dei: fi
des tua: ſpes ipſa: tua bona opera. Non dico ſic eſto in iſta
turri: vt vaces ibi: et ſufficiat tibi: ad te hoſtis tela nō quod
perueniant: age ibi aliquid: non ceſſent manus. Opera bo
na tua gladij ſunt interficientes inimicum. [† Inquilinus E
ero in tabernaculo tuo † vſq; in ſecula.] Videtis quia ille Al. † Inha
de quo diximus: eſt qui clamat: Quis noſtrum eſt inquili bitabo.
nus vſq; in ſecula? Paucis diebus hic viuimus: et tranſim⁹. Al. † nō hꝫ
Inquilini enim hic ſumus: habitatores in celo erimus.
Ibi es inquilinus: vnde auditurus es vocē domini dei tui:
Migra. Nam de domo illa eterna in celis nemo te videbit
migrare. Hic ergo inquilinus. Unde etiam dicitur in alio
pſalmo. Inquilinus ego ſum apud te: et peregrinus ſicut
omnes patres mei. Hic ergo inquilini ſumus: ibi dominus Ps.38.
nobis manſiones dabit eternas. Multe inquit manſiones Ioā.14.
ſunt apud patrem meum. Manſiones illas non tanquam
inquilinis dabit: ſed tanq̄ ciuibus in eternum manſuris.
Hic tamen fratres quia non modico tēpore futura erat ec
cleſia in hac terra: ſed hic erit eccleſia vſq; in finem ſeculi:
ideo hic dixit: Inquilin⁹ ero in tabernaculo tuo: vſq; in ſe
cula. Seuiat q̄tūlibet inimic⁹: oppugnet me: inſidias mihi
preparet: ſcādalis crebreſcat: faciat angi cor meū: inquili⁹ ero
in tabernaculo tuo: vſq; i ſcl'a. Nō vīcet̄ eccl'a: nō eradicabit̄

nec cedet quibuſlibet temptationibus:donec veniat huius
ſeculi finis.Et nos ab iſta temporali eterna illa habitatio
ſuſcipiat:ad quã nos deducet qui fact⁹ eſt ſpes noſtra.In
quilinus ero i tabernaculo tuo:vſq; i ſecula. Si diu eris in
quilinus:quaſi hoc illi diceremus: Laboratur⁹ ergo es in
terra inter tantas temptationes:Nam ſi paucorum dierũ
hic eſſet eccleſia:cito finirentur temptatoris inſidie.Bene
paucorum dierum velles eſſe temptationes.Sed quomo
do colligeret natos oẽs niſi diu hic eſſet:niſi vſq; in finem
procederetur⁹ Noli inuidere ceteris poſt futuris:noli quia
iam tranſiſti pontem miſericordie velle precidere. Sit hic
vſq; in ſecula. Et quid de temptationibus que neceſſe eſt
Math. 24 vt abundent quãto magis veniunt ſcandala⁹ Etenim ipſe
ait: Quoniam abundabit iniquitas:⁊ refrigeſcet charitas
multorum. Sed illa eccleſia que clamat a finibus terre:in
Ibidem. his eſt de quibus ſequitur dicens:Qui autem perſeueraue
rit vſq; in finem:hic ſalu⁹ erit.Sed vnde pſeuerabis⁹Que
vires tue inter tanta ſcandala:inter tantas temptationes:
inter tantas pugnas⁹Quibus viribus vincis hoſtẽ quẽ nõ
vides⁹ Nunquid tuis⁹Ergo quia vſq; in ſecula erit inquili
Al.† Pro nus iſte hic:que illi ſpes eſt vt duret⁹ ⌊ † Cooperiar in vela
tegar. mento alarum tuarum. ⌋ Ecce quare ſecuri ſumus inter
tãtas tẽptationes donec veniat finis ſeculi:⁊ ſuſcipiãt nos
in ſecula eterna:quia cooperimur in velamento alarũ ipſi⁹.
Eſtus eſt ſeculi:ſed magna vmbra eſt ſub alis dei. Coope
riar in velamento alaruꝫ tuarũ. ⌊ Quoniã tu deus † exau
Al.† me⁹. diſti orationem meã. ⌋ Quã⁹ A qua cepit. Exaudi deus de
precationẽ meã:intende orationi mee:A finib⁹ terre ad te
clamaui. Hoc ad te clamaui a finibus terre: Ideo coope
riar in velamento alarũ tuaruꝫ:quia exaudiſti deprecatio
nem meam. Admonemur ergo fratres non ceſſare orando.
q̃diu tempus eſt temptationum. ⌊ Dediſti hereditates ti
mentibus nomen tuũ. ⌋ Perſeueremus ergo in timore no
minis dei:eternus pater non nos fallit. Laborãt filij vt ſu
ſcipiant parentum ſuorũ hereditatem:quibus mortuis ſuc
ceſſuri ſunt:Nos non laboram⁹ accipere hereditatẽ ab illo
patre:cui nõ morienti ſuccedamus:ſed cum illo in ipſa he
reditate in eternũ viuam⁹.Dediſti hereditatẽ timentibus
nomẽ tuũ. ⌊ Dies ſup dies regis adijcies annos eius. ⌋ Hic
eſt ergo rex noſter:cuius mẽbra ſumus. Rex chriſt⁹ eſt:ca
put noſtrũ rex noſter.Dediſti illi dies ſup dies:non ſolum
iſtos dies in iſto tẽpore cu fine:ſed dies ſup iſtos ſine fine.
Ps.22. Habitabo inquit in domo dñi:in longitudinẽ dierũ. Qua
re in lõgitudinẽ dierũ⁹ Quia modo eſt breuitas dierũ.Om
nis enĩ res que finẽ habet:breuis eſt:ſed regis huius dies
ſuper dies:vt non diebus ſolũ iſtis trãſeũtibus regnet chri
ſtus in eccleſia ſua:ſed regnent cũ illo ſancti in diebus illis
qui non habẽt finẽ. Ibi dies vn⁹ eſt:⁊ multi dies ſunt:quia
multi ſunt. Dixi iam in longitudinẽ dieruꝫ:quia vnus dies
Ps.2. ſic intelligitur:Filius meus es tu:ego hodie genui te.Unũ
dieꝫ dixit hodie: ſed iſte dies non ponitur in medio inter
heſternum et craſtinum:nec initium eius finis eſt heſterni:
nec finis eius eſt initiũ craſtini. Nã ⁊ anni dicti ſunt:Tu au
tem idẽ ipſe es:⁊ anni tui nõ deficient. Quomodo anni:ſic
Ps.101. dies:ſic dies vn⁹. Quicq̃d vis dicis de eternitate: Ideo q̃c
quid vis dicis:quia quicquid vis dixeris:minus dicis:Sed
ideo neceſſe eſt aliquid dicas:vt ſit vnde cogites quod nõ
poteſt dici.Dies ſup dies regis adijcies annos ei⁹: ⌊ Uſq;
in diẽ generationis ⁊ generationis. ⌋ Generationis huius
⁊ generationis future. Generationis huius que cõparatur
lune:ppter quod luna naſcitur:creſcit:perficitur:ſeneſcit ⁊
occidit:Sic ſunt generationes iſte mortales: et generatio
q̃re generamur reſurgẽdo:⁊ pmanebim⁹ in eternũ cũ deo:
Math.13. quãdo iaꝫ nõ ſicut luna:ſed quomodo ait dñs:Tũc iuſti ful
gebunt ſicut ſol in regno patris ſui. Luna enim figurate in
ſcripturis:pro mutabilitate hui⁹ mortalitatis ponit. Ideo
ad hiericho deſcẽdebat ille ab hieruſalẽ qui incurrit in la
trones:quia hiericho: ciuitas verbũ eſt hebreũ:⁊ interp̃tat
Luce.10. latine:luna. Deſcẽdebat ergo tãq̃ ab immortalitate ad mor
talitatẽ:⁊ merito in itinere vulneratus a latronib⁹ ⁊ ſemiui
uus relict⁹ eſt ille adã:ex quo eſt totũ gen⁹ humanũ. Ergo
dies ſup dies regis adijcies:annos eius vſq; in diem gene
rationis generationis. Generationis mortalis accipio:

cuius generatiõis alterius mentionẽ feciſti. Cuius⁹ Audi. B
⌊ † Permanebit in eternum in cõſpectu dei. ⌋ Secundũ Al.† Per
quid:aut propter q̃d⁹ ⌊ Miſericordiã ⁊ veritatẽ eius quis manet.
requiret † ei⁹ ⌋ Dicit et alio loco:Uniuerſe vie domini mi Al.† nõ hꝫ
ſericordia ⁊ veritas requirentibus teſtamentũ ei⁹:⁊ teſtimo
nia ei⁹. Magn⁹ ſermo de veritate ⁊ miſericordia:ſed verita Ps. 24.
tem pmiſimus. Breuiter accipite q̃d ſit veritas ⁊ miſericor
dia:quia nõ paruũ eſt qd̃ dictũ eſt:Uniuerſe vie dñi miſeri
cordia ⁊ veritas. Miſericordia dicitur:quia nõ merita no
ſtra attẽdit de⁹:ſed bonitatẽ ſuam:vt peccata nobis oĩa di
mitteret:et vitã eternã pmitteret. Ueritas aũt quia nõ fal
lit reddere que pmiſit. Agnoſcam⁹ hic eã ⁊ nos faciam⁹:vt
quomodo nobis deus exhibuit miſericordium ſuã ⁊ verita
tem ſuam:miſericordiam dimittendo peccata noſtra:veri
tatẽ exhibẽdo pmiſſa ſua:ſic ⁊ nos faciam⁹ hic miſericordiã
⁊ veritatem: Miſericordiam circa infirmos:circa egentes:
circa inimicos etiã noſtros: Ueritatẽ nõ peccãdo:nec adij
ciendo pctm̃ ſup pctm̃:qm̃ qui multũ ſibi pollicetur de mi
ſericordia dei:ſurrepit in animũ ipſius vt faciat iniuſtũ deũ
et putet q; ſi permanſerit peccator:et noluerit recedere ab
iniquitatibus ſuis:veniat ille et ibi eũ poſiturus ſit vbi po
nit ſeruos ſuos qui ei obtẽperãt. Et iuſtũ hoc erit vt ibi te
ponat pſeuerãtem in peccatis:vbi poſitur⁹ eſt illos q̃ receſ
ſerũt a pctis⁹ Sic vis iniuſtus eſſe:vt et deũ facias iniuſtũ⁹
Quid vis ergo cõuertere deũ ad volũtatẽ tuã⁹ Tu cõuertere
re ad volũtatem dei. Quis eſt ergo q̃ hoc facit:niſi ex illis
paucis de quib⁹ dr̃:Qui pſeuerauerit vſq; in finẽ:hic ſaluus
erit⁹ Merito et hic miſericordiam ⁊ veritatẽ ei⁹ quis requi
ret ei⁹ Quid eſt ei⁹ Sufficeret:quis requiret. Quare addi
dit:ei:niſi quia multi requirũt miſericordiam ei⁹:et verita
tem diſcere in libris ei⁹. Et cum didicerint: ſibi viuunt non 2.Corin.5.
illi: ſua querunt.nõ que ieſu chriſti. Predicant miſericordiã Philip.2.
et veritatem:et nõ faciunt miſericordiam et veritatem:ſed
predicãdo illam:norũt illam. Nõ enim predicarent illam:ſi
nõ nouiſſent illã. Sed q̃ deũ amat ⁊ xp̃m: in predicãdo mi
ſericordiã ⁊ veritatẽ ipſius:ipſe illã requiret ei:nõ ſibi:ideſt
nõ vt ipſe habeat ex hac predicatiõe cõmoda tpalia: ſed vt
proſit mẽbris ipſius:id eſt fidelibus eius:cũ veritate mini
ſtrãdo qd̃ nouit. vt qui viuit:nõ iam ſibi viuat: ſed ei qui p
omnibus mortuus eſt. Miſericordiam ⁊ veritatem ei⁹ q̃s Ibidem.
requiret ei⁹ ⌊ Sic † pſallam nomini tuo † deus in ſeculũ ſe Al. † pſal
culi:vt reddam vota mea de die in diẽ. ⌋ Si pſallis nomini mum dicã.
dei ne pſallas ad tempus. Uis in ſeculũ ſeculi pſallere⁹ vis Al.† nõ hꝫ
in eternum pſallere⁹ Redde ei vota tua de die in diẽ. Quid
eſt:redde ei vota tua de die in diẽ⁹ De die iſto in diẽ illũ:p
ſeuera reddere vota in iſto die donec venias ad illũ diem:
Hoc eſt:Qui pſeuerauerit vſq; in finẽ:hic ſaluus erit. Math. 10.

¶ Explicit tractatus de ps lx.

¶ Incipit tractatus de ps.lxi.

Delectatio diuinorum eloquiorũ:⁊ dulcedo intelligen A
di verbi dei:adiuuante ipſo qui dat ſuauitatẽ vt terra
noſtra det fructum ſuũ:et nos ad loquẽdum:⁊ vos ad au
diendum exhortatur. Uideo vos ſine faſtidio audire: ⁊ gau Ps.84.
deo palato cordis veſtri:a quo id qd̃ ſalubre ẽ nõ reſpuitur:
ſed cũ auiditate pcipitur et vtiliter cõtinetur. Loquamur
ergo vobis et hodie quãtum dñs donat de iſto pſalmo quẽ
modo cãtauim⁹. Titulus ei⁹ eſt. ⌊ In finẽ pro idithun pſal 1.Paral.25
mus ipſi dauid. ⌋ Iã vobis inſinuatũ eſſe quid ſit idithun
recolo. Ex interpretatione enim hebree lingue vt ad nos p
uenit:latine dr̃ idithun:trãſiliens eos. Trãſiliit ergo iſte q̃
cãtat quoſdam:quos deſuper deſpicit. Uideamus quonſq;
trãſilierit:et quos trãſilierit:et vbi q̃uis quoſdam trãſilie
rit poſitus ſit:De quo ſpirituali quodã ⁊ ſecuro loco intuea
tur imu:nõ ita reſpiciẽs vt cadat:ſed vt moneat q̃ trãſiliuit
pigros vt ſequãtur:et laudet locuꝫ quo trãſiliendo puenit.
Ita enĩ iſte trãſiliens ſup aliq̃d eſt:vt ſub aliquo ſit:vñ pa⁹
nobis inſinuare voluit:ſub quo tut⁹ ſit:vt illud qd̃ trãſiliuit
nõ ſit ſupbie ſ; pfect⁹. In q̃da ergo loco munito poſit⁹ ait.

¶ Expoſitio pſalmi.

Nonne deo † ſubijcieƚ aĩa mea⁹ ⌋ Audierat enĩ: Qui B
ſe exaltat humiliabiƚ:⁊ q̃ ſe humiliat exaltabiƚ. Et re Al.† ſubie
pid⁹ ne trãſiliẽdo ſupbiret:ne elat⁹ ex his q̃ infra eẽnt. ſ; hu cta erit.
milis ex eo q̃ ſupra eſſet tãq̃ minãtib⁹ ei ruinam inuidis q̃ Math. 23.
eũ trãſiliuiſſe

eum tranſiliuiſſe doluerāt:reſpondit:Nōne deo ſubijcietur
anima mea? Quid eſt quod mihi velut tranſilientes queritis
laqueos: Inſultatione deijcere me vultis:aut ſeductione
decipere? Nunquid ita memini ſupra quod ſum vt oblitus
ſim ſub quo ſum? Nōne deo ſubiecta erit anima mea? Quā
tumcunq; accedam:q̄tumcunq; aſcendam:q̄tumcūq; trā
ſiliam:ſub deo ero:non contra deum. Securus ergo trāſcē
do cetera:quādo ille me ſub ſe tenet qui eſt ſup omnia. Nō
ne deo ſubiecta erit anima mea? ⌊ Ab ipſo enim ſalutare
Al.†Nā. meum. † Etenim ipſe eſt deus meus et ſalutaris meus: †
Al.† adiu ſuſceptor meus non mouebor amplius. ⌋ Scio quis ſupra
toꝛ. me ſit: ſcio quis pretendat miſericordiam ſuam ſcientibus
pſ.56. ſe:ſcio ſub cuius alarum tegmine ſperem:non mouebor am
plius. Agitis quidem vos ait quibuſdam tranſiliens eos
ipſos quibus dicit: Agitis quidem vos vt mouear:ſed non
veniat mihi pes ſuperbie. Et hoc enim fit quod et in ipſo
pſalmo ſequitur: Nec manus peccatorum dimoueat me:cui
pſ.35. conſonat: Non mouebor amplius. Ad illud enim quod ibi
dictum eſt:nec manus peccatorum dimoueat me:reſpōde
tur hic:non mouebor amplius. Ad illud autem quod ibi
dictum eſt: non veniat mihi pes ſuperbie: reſpondet hic:
Nōne deo ſubiecta erit anima mea. Ergo de ſuperiori loco
pſ.89. munitus et tutus cui factus eſt domin⁹ refugiū:cui eſt ipſe
deus in locum munitū:reſpicit ad eos quos trāſiluit:et de
ſpiciens eos loquitur tanq̄ de turri excelſa. Nā et hoc dictū
pſ.60. eſt de eo: Turris a fortitudinis a facie inimici. Attendit er
£ go ad eos:et dicit: ⌊ Quouſq; † apponitis ſup hominē? ⌋
Al.†irrui Inſultando:opprobria faciendo:inſidiando:perſequendo:
tis in. apponitis ſuper hominem onera. Apponitis ſup hominē
q̄tum poteſt ferre homo:ſed vt ferat homo ſub illo eſt q̄ fe
cit hominē. Quouſq; apponitis ſup hominē? Si ad homi
nem attenditis: ⌊ † Interficite omnes. ⌋ Ecce apponite:
Al.† inter ſeuite:interficite omnes. ⌊ Tanq̄ parieti inclinato et ma
ficitis vni ceriē † impulſe. Inſtate:impellite:quaſi deiecturi. Et vbi
uerſi vos. eſt:non mouebor amplius? Sed quare nō mouebor ampli⁹
Al.†depul Quia ipſe eſt deus ſalutaris meus:ſuſceptor meus. Ergo
ſe. homines poteſtis apponere hominem ſuper hominem:nūſ
quid ſuper deum qui tuetur hominem: Interficite omnes
Quod tantum ſpacium corporis in vno homine:vbi poſſit
interfici ab omnibus? Sed debemus intelligere perſonā
noſtrā:perſonā eccleſie noſtre:perſonā corporis chriſti. Vn⁹
enim homo cū capite et corpore ſuo ieſus chriſtus ſaluator
corporis et mēbra corporis:duo in carne vna:et in voce vna:
Gen.2. et in paſſione vna:et cū tranſierit iniquitas:in requie vna.
Ephe.5. Paſſiōes itaq; chriſti nō in ſolo chriſto:immo paſſiōes chri
ſti: nō niſi in chriſto. Si enim chriſtum intelligas caput et
corpus:paſſiones chriſti non niſi in chriſto. Si autem chri
ſtum intelligas ſolum caput:paſſiones chriſti non niſi in ſo
lo xp̄o: Si eñ paſſiōes xp̄i in ſolo xp̄o:immo in ſolo capite:
vñ dicit quoddā mēbrū ei⁹ paul⁹ apl's:vt ſuppleā q̄ deſunt
pꝛeſſurarū xp̄i in carne mea? Si ergo in mēbris xp̄i es q̄cūq;
Col.1. hō:q̄ſq;s hec audis:quiſq;s hec nūc nō audis:ſed tñ audis ſi
in mēbris chriſti es: quicq̄d pateris ab eis qui nō ſunt i mē
bris xp̄i:deerat paſſionibus xp̄i. Ideo additur: q2 deerat:
menſurā implens:nō ſuperfundens. Tātum ergo pateris:
quātum et paſſionibus tuis inferendum erat vniuerſe paſ
ſioni xp̄i:qui paſſus eſt in capite noſtro:et patitur in mem
bris ſuis:id eſt in nobiſipſis ad cōmunem hāc quaſi rēpubli
cam. Nam quiſq; pro modulo noſtro exoluimus quod debe
mus:et pro poſſe virium noſtrarum quaſi canonem paſſio
num inferimus:paratoria plenaria: Paſſionum omnium nō
D erit finis:niſi cum ſeculū finitum fuerit. Quouſq; apponi
Math.23. tis ſup hoiem? Quicquid paſſi ſunt pꝛophete a ſanguine abel
iuſti:vſq; ad ſanguinem zacharie:appoſitū eſt ſup hoiem:
q2 pceſſerūt aduētum incarnationis xp̄i:q̄dam mēbra xp̄i:
ſicut in naſcente quodam nōdum quidē procedente capite
pꝛeceſſit manus:ſed tñ capiti cōnectebatur et manus. Noli
te ergo putare fratres oēs iuſtos q̄ paſſi ſunt pſecutionem
impiorum:etiā illos qui venerūt miſſi ante dñi aduētū pre
nūciare dñi aduentum:nō ptinuiſſe ad mēbra chriſti. Abſit
vt nō pertineat ad mēbra xp̄i: qui ptinet ad ciuitatem que
regem habet chriſtum. Illa vna eſt hieruſalē celeſtis:ciui
tas ſancta: hec vna ciuitas: vnum habet regem. Rex hu⁹

ciuitatis:chriſtus eſt. Ipſe enim dicit: Mater ſyon: dicet
homo:dicit ei mater:ſed homo. Mater enim ſyon dicet ho pſ.86.
mo:et homo factus eſt in ea:et ipſe fundauit eam altiſſim⁹.
Ille ergo rex eius qui eā fundauit altiſſimus:ipſe in ea ho
mo factus eſt humillim⁹. Ipſe ergo ante aduentum incar
nationis ſue pꝛemiſit quedam mēbra ſua:poſt que pꝛenun
ciat ſe venturum: Venit et ipſe cōnexus eis:refert ad ſimi
litudinem naſcentis illius:quia manus ante caput pꝛecedēs
et cum capite eſt:et ſub capite. De chriſto enim dictum eſt Roma.11.
Cum laudaretur excellentia populi primi et dolerentur fra Roma.9.
cti rami naturales:quorum adoptio inquit et teſtamenta et
legis conſtitutio:quorum patres ex quibus chriſtus ſcdm
carnem qui eſt ſup oīa benedictus in ſecula deus. Ex quib⁹ pſ.86.
xp̄s ſm carnem tanq̄ et ſyon:q2 homo factus eſt in ea: quia
chriſtus ſuper oīa deus benedictus in ſecula: quia ipſe fun
dauit eam altiſſimus. Ex quibus chriſtus ſm carnem filius
dauid:qui eſt ſuper oīa deus benedictus in ſecula:dñs da
uid. Tota ergo illa ciuitas loq̄tur a ſanguine abel iuſti:vſq; Math.23.
ad ſanguinem zacharie: Inde et deinceps a ſanguine iohā
nis:p ſanguinem apoſtolorum: p ſanguinem martyrum:p
ſanguinem fidelium chriſti:vna ciuitas loquitur: vn⁹ homo
dicit: Quouſq; apponitis ſuper hominem? Interficite oēs
Videamus ſi deletis:videamus ſi extinguitis:videamus ſi
tollitis de terra nomē eius: videamus ſi nō populi inania
meditamini: dicētes: Quādo morietur et peribit nomē ei⁹?
Tanq̄ parieti inclinato:et macerie impulſe:incūbite:impel pſ.40.
lite. Audite ſupra: Suſceptor meus non mouebor amplius
quia tanq̄ cumulus harene impulſus ſum vt caderem:et do E
minus ſuſcepit me. ⌊ Veruntamen † honorem meum cogi Al.†pciū.
tauerunt repellere. ⌋ Victi dum interficiunt cedentes:ſan
guine interfectorum multiplicantes fideles: cedentes his
etiam nō valentes occidere. Verūtamē honorem meum co
gitauerūt repellere. Modo q2 nō poteſt occidi chriſtianus
agitur vt exhonoretur chriſtianus. Nunc enim honore chri
ſtianorum corda torquētur impiorum. Iam ioſeph ille ſpi
ritualis poſt venditionem a fratribus:poſt trāſlationem de Gen.37.
patria ſua ad gentes tanq̄ in egyptum:poſt humiliationem
carceris:poſt factionem falſe teſtis: poſtq̄ factum eſt quod
de illo dictum eſt: Ferrum pertrāſiuit alam eius: Iam hono pſ.104.
rificatus eſt:iā nō eſt ſubditus fratribus vendētib⁹:ſed fru Gen.41.
menta erogat eſurientibus. Victi eius humilitate et caſtita
te:incorruptione:tēptationibus:paſſionibus: iam eum ho
noratum vident:et honorē ipſius cogitāt repellere. In co
gitationibus quippe eorū eſt illud:peccator videbit: Neq;
enim nō videbit quādo nō poteſt ciuitas abſcōdi ſupra mō
tem cōſtituta? Peccator ergo videbit et iraſcetur: dētibus Math.5.
ſuis frendet et tabeſcet. Latet in corde:et tegitur fronte ve pſ.111.
nenum in ſentiētibus et in idignātibus. Propterea et hic co
gitationi eorū dicit: Honorē inquit meum cogitauerunt re
pellere. Nō eñ audēt verbis pꝛoferre q̄d cogitāt. Optemus
illis bona etiā ſi optāt mala. Iudica illos deus: decidant a pſ.5.
cogitationibus ſuis. Quid enim illis melius: quid vtilius:
q̄ vt inde cadant vbi male ſtant:vt poſſint ipſi correcti dice
re: Statuiſti pedes meos ſupra petram? Verūtamē cogita pſ.39.
uerunt honorem meum repellere. Omnes contra vnum: F
an vnus contra omnes? An omnes contra omnes:an vnus
contra vnum? Interim cum dicit: Apponitis ſuper hominē
tanq̄ ſuper vnum:et cū dicit: Interficite omnes:quaſi oēs
cōtra vnum:ſed tamē et oēs cōtra oēs:quia et chriſtiani oēs:
ſed in vno. Quid autem illi diuerſi errores inimici xp̄i:oēs
tātum dicēdi ſunt? Nōne et vnus? Plane audeo et vnum di
cere:quia vna ciuitas et vna ciuitas:vnus populus et vn⁹
populus:rex et rex. Quid eſt:vna ciuitas et vna ciuitas? Ba
bylonia vna:hieruſalē vna. Quibuſlibet alijs etiā miſticis
nominib⁹ appelletur:vna tamē ciuitas et vna ciuitas: Illa
rege diabolo:iſta rege chriſto. Intēdo eñ euāgelio quodā Math.22.
loco et monet me: puto q̄d et vos. Poſteaq̄ inuitati ſunt
multi ad nuptias boni et mali:et implete ſunt nuptie recū
bētiū:ſerui eñ miſſi vt pꝛeceptū erat inuitauerūt et bonos et
malos. Et ingreſſus eſt rex:reſpicere recūbētes: et inuenit
hoiem nō habētē veſtem nuptialē:et ait illi q̄d noſtis Amice
quō huc veniſti:nō habēs veſtē nuptialē? At ille obmutuit.
Et iuſſit ei ligari man⁹ et pedes:et pꝛoijci eū ī tenebras exterio

res. Leuatus eſt de cōuiuio:et miſſus eſt in penas: Neſcio
quis homo in tam magna turba recumbentiū. Sed tamē
dominus volens oſtēdere vnū illum hominē: vnū corp⁹ eſſe
quod conſtat ex multis:vbi iuſſit eum proijci foras:et mit
ti in debitas penas:ſubiecit continuo: Multi enim ſunt vo
Pſ̄.39. cati:pauci vero electi. Quid eſt hoc? Conuocaſti turbas:ve
nit ingens multitudo:annunciaſti:locutus es:multiplicati
Math.22. ſunt ſuper numerum:implete ſunt nuptie recumbentiū:pro
iectus eſt inde ſolus vnus:et dicis: Multi enim ſunt voca
ti:pauci vero electi. Cur non potius omnes vocati : multi
electi:vnus proiectus? Si diceret:multi enim ſunt vocati ⁊
plures electi:pauci vero reprobi:in paucis forte veriſimili⁹
intelligeremus vnum illum . Nunc vero dicit ꝙ vnus inde
proiectus eſt:et ſubdit: Multi enim ſunt vocati:pauci vero
electi. Qui ſunt electi niſi qui remanſerunt? Proiecto vno:
electi remanſerunt. Quomodo proiecto vno de multis pau
ci electi:niſi quia in illo vno multi? Omnes qui terrena ſa
Phil.2. piunt:omnes qui felicitatem terrenam deo preferunt om
nes qui ſua querunt:non que ieſu chriſti:ad vnam illam ci
uitatem pertinent que dicitur babylonia myſtice:et habet
regem diabolum. Omnes autem qui ea que ſurſum ſunt ſa
piunt:qui celeſtia meditantur:qui cū ſollicitudine in ſeculo
viuunt:ne deum offendant:qui cauent peccare:quos peccā
tes non pudet confiteri:humiles:mites:ſancti:iuſti:pij:bo
ni:omnes ad vnam ciuitatē pertinent:que regē habet chri
ſtum. Illa enim in terra quaſi maior eſt tempore:non ſubli
Gen.4. mitate:non honore. Ciuitas illa prior nata:ciuitas iſta po
15.de.Ciui. ſterior nata. Illa enim incepit a cain: hec ab abel. Hec duo
cap.4. corpora ſub duobus regibus agentia ad ſingulas ciuitates
Math.25. pertinentia:aduerſantur ſibi vſq̧ in finē ſeculi:donec fiat
ex commixtione ſeparatio:et alij ponantur ad dexterā:alij
ad ſiniſtram:dicatur ꝗ; illis: Venite benedicti patris mei:p
cipite regnum quod vobis paratum eſt ab exordio mundi.
Ibidem. Illis autē: Ite in ignem eternū:qui parat⁹ eſt ⁊ diabolo
⁊ angelis eius. Chriſt⁹ enim hoc dicit: Venite benedicti pa
tris mei percipite regnum quod vobis paratum eſt ab ini
tio mundi. Rex ciuitatis ſue:victor ſuper omnia. Illis au
B tem ad ſiniſtrā conſtitutis tanꝗ̄ ciuitati iniquorū: Ite inq̄t
in ignem eternū. Nunquid ſeparat ab eis regem? Nō. Addi
dit enim:qui paratus eſt diabolo et angelis eius . Inten
dite fratres:intendite rogo vos . Delectat enim me pauca
Pſ̄.36. adhuc loqui vobis de ciuitate hac dulci. Glorioſiſſima enī
Pſ̄.136. de te dicta ſunt ciuitas dei: Et ſi oblitus fuero tui hieruſa
lem:obliuiſcatur me dextera mea. Dulcis eſt enim vna pa
tria:et vera vna patria:ſola patria:preter illā quicquid no
bis eſt:peregrinatio eſt. Dicam ergo quod agnoſcatis : qđ
1.Cor.15. approbetis:commemorabo quod noſtis:non docebo quod
15.de.Ciui. ignoratis. Non prius inquit apoſtolus quod ſpirituale eſt:
cap.1. ſed quod animale:poſtea quod ſpirituale. Ideo ciuitas il
Gen.4. la maior etate:quia prior natus eſt cain:et poſtea abel:ſed
1.Cor.15. in his maior ſeruiet minori. Illa maior etate:iſta maior di
gnitate. Quare illa maior etate? Quia non prius quod ſpi
Gen.25. rituale eſt:ſed quod animale eſt. Quare iſta maior dignita
Gen.4. te? Quia maior ſeruiet minori. Edificauit autem ciuitatem
15.de.Ciui. cain (ſicut legimus) anteꝗ̄ eſſet vlla ciuitas in primordio
8.et.9. rerum humanarum:edificauit ciuitatē cain. Proculdubio
intelligis iam natos fuiſſe multos homines ex illis duob⁹:
et ex his quos genuerant:vt poſſit eſſe aptus ⁊ cōgruus nu
merus cui nomen ciuitatis imponeret. Edificauit ergo ciui
tatem cain vbi non erat ciuitas. Edificata eſt ⁊ poſtea hie
ruſalem:regnum:dei:ciuitas ſancta:ciuitas dei:⁊ poſita in
ſpecie quadam vmbre ſignificātis futura. Intelligite itaq̧
magnum myſterium:et tenete qđ prelocutus ſum:non pri⁹
quod ſpirituale:ſed quod animale:poſtea ſpirituale. Ideo
Joſue.18. ergo cain prior edificauit ciuitatē:et ibi edificauit vbi nul
2.Regū.5. la erat ciuitas. Ut vero edificaretur hieruſalem non ibi edi
ficata eſt vbi nō erat ciuitas:ſed erat ciuitas primo que ap
pellabatur iebus:vnde iebuſei. Ea capta:deuicta:ſubie
cta:edificata eſt noua ciuitas tanꝗ̄ deſtructa vetere:et ap
pellata hieruſalem:viſio pacis:ciuitas dei. Unuſquiſq̧ er
go natus ex adam:nondum pertinet ad hieruſalē. Portat
enim ſecum traducem iniquitatis:penamq̧ peccati:depu
tatus morti:et pertinet quodammodo ad veterem quan

dam ciuitatem: Sed ſi futurus eſt in populo dei:deſtruitur
vetus et edificabitur nouus. Ideo ergo cain ciuitatē edi
ficauit vbi non erat ciuitas: A mortalitate enim ⁊ a malicia
quiſq̧ incipit vt fiat bonus poſtea. Sicut enim per inobe Ro.5.
dientiam vnius hominis:peccatores conſtituti ſunt multi:
ita ꝑ obediētiā vni⁹ hoīs:iuſti cōſtituētur multi. Et omnes 1.Cor.15.
in adam morimur:et vnuſquiſq̧ noſtrum ab adā natus eſt
Tranſeat ad hieruſalem:deſtruetur vetus : et edificabitur
nouus. Tanꝗ̄ deuictis iebuſeis vt edificetur hieruſalem:
dicitur: Exuite vos veterem hominem et induite nouum. Eph.4.
Iamq̧ edificatis in hieruſalem:et gratie luce fulgentibus D
dicitur: Fuiſtis aliquando tenebre:nunc autem lux in domi Eph.5.
no. Mala ergo ciuitas ab initio vſq̧ in finem currit:et bo
na ciuitas mutatione malorum conditur. Et ſunt iſte due ci
uitates permixte interim : in fine ſeparande : aduerſus ſe
inuicem confligentes: Una pro iniquitate:altera pro iuſti
cia:vna pro vanitate:altera pro veritate . Et aliquādo ipſa
commixtio temporalis facit:vt quidam pertinentes ad ci
uitatem babyloniam:adminiſtrent res pertinentes ad hie
ruſalem. Et rurſum quidam pertinentes ad hieruſalē:admi
niſtrent res pertinentes ad babyloniam. Difficile aliquid ꝓ
miſiſſe video: Patientes eſtote donec demonſtrē exēplis 1.Cor.10.
Omnia enim in vetere populo:ſicut ſcribit apoſtolus:in fi
gura contingebant eis:ſcripta ſunt autem ad correctionem
noſtram:in quos finis ſeculi obuenit. Reſpicite ergo popu
lum illum primum poſitum etiam ad ſignificandum popu
lum poſteriorem:et videte ibi que dico: Fuerunt reges ma
gni in hieruſalē:notum eſt:numerantur:nominantur. Oēs
ergo iniqui ciues erāt babylonie:⁊ adminiſtrabant res hie
ruſalem: Oēs in finē inde ſeparandi:non niſi ad diabolum
pertinent. Rurſus inuenimus ciues de hieruſalem admini Dan.2.
ſtraſſe res quaſdam pertinentes ad babyloniam. Nā tres
illos pueros victus miraculo nabuchodonoſor regni ſui ad
miniſtratores fecit: et conſtituit eos ſuper ſatrapas ſuos:
et adminiſtrabant res babylonie ciues de hieruſalem. Re
ſpicite nunc impleri hoc et agi in eccleſia:et his temporib⁹.
Omnes de quibus dictū eſt:que dicunt:facite:que autē fa Math.23.
ciunt:facere nolite:ciues ſunt babylonie adminiſtrātes rē
publicam ciuitatis hieruſalē. Si enim nihil adminiſtrarēt
ciuitatis hieruſalē:vnde eſt: Que dicūt facite? Unde cathe Ibidem.
dra moyſi ſedent? Rurſus ſi ciues ſunt ipſius hieruſalē qui
regnabunt in eternum cū chriſto:vnde: Que faciunt facere
nolite:niſi quia audituri ſunt: Recedite a me omnes q̄ ope Luce.13.
ramini iniq̄tatē? Notū eſt ergo vobis ciues male ciuitatis I
adminiſtrare quoſdā act⁹ bone ciuitatis. Videam⁹ ſi ⁊ nūc
ciues bone ciuitatis adminiſtrēt quoſdā act⁹ male ciuitatis.
Terrena ergo oīs reſpublica qñq̧ vtiq̧ ꝑitura:cuius regnū
trāſitoriū eſt cū veniet illud regnū de quo oram⁹: Adueniat
regnū tuū: Et de quo predictū eſt: Et regni ei⁹ nō erit finis. Math.6.
Terrena ergo reſpublica:habet ciues nr̄os adminiſtrantes Luce.1.
res eius. Quam multi enim fideles:ꝗ̄ multi boni et magi
ſtratus ſunt in ciuitatib⁹ ſuis:et iudices ſunt:⁊ duces ſunt:
et comites ſunt:et reges ſunt. Omnes iuſti et boni:non ha Pſ̄.36.
bētes in corde niſi glorioſiſſima que de te dicta ſunt ciuitas
dei: Et quaſi angariam faciunt in ciuitate trāſitoria:⁊ illic 1.Pet.2.
a doctoribus ciuitatis ſancte:iubentur ſeruare fidē prepo
ſitis ſuis:ſiue regi quaſi precellēti:ſiue ducibus tanꝗ̄ ab eo
miſſis ad vindictam malorum:laudem vero bonorum:ſiue
ſerui:vt dominis ſuis ſubditi ſint:et chriſtiani paganis:et
ſeruet fidē melior deteriori ad tempus ſeruiturus:in eter Ibidem.
num dominaturus. Fiunt enim iſta:donec tranſeat iniqui Eph.6.
tas: Iubentur ſerui ferre dominos iniquos et difficiles:ci Pſ̄.56.
ues babylonie iubentur tolerari a ciuibus hieruſalē:⁊ am
plius obſequiorum exhibentibus : ꝗ̄ ſi ciues eſſent et ipſi
babylonie:tanꝗ̄ implentib⁹: Qui te angariauerit mille paſ Math.5.
ſus:vade cum illo et alia duo. Hanc totam ciuitatē diſper
ſam:diffuſam:permixtā:alloquit͛ his verbis ⁊ dicit: Quouſ
q̧ apponitis ſuper hominem? Interficite omnes:et qui fo Math.3.
ris eſtis tanꝗ̄ ſpine in ſepibus:aut tanꝗ̄ ligna infructuoſa et.13.
in ſyluis:quiq̧ intus eſtis tanꝗ̄ zizania vel tāꝗ̄ palea: Om
nes quotquot eſtis:ſeparati:permixti:tolerandi:ſeparan
di:interficite oēs:tanꝗ̄ parieti inclinato et macerie depul
ſe. Veruntamen honorem meū cogitauerūt repellere. Nō di

xerunt:

ſerunt:ſed tamen cogitauerunt .¶Cogitauerunt repellere
R bonorē meū. ⌊Cucurri in ſiti. ⌋ Retribuebāt eñi mala pro
ps.34. bonis. Illi interficiebāt:illi repellebant:ego eos ſitiebam.
Illi honorem meum cogitauerunt repellere:ego eos in cor
pus meum ſitiebam traijcere. Bibendo enim quid facimus
niſi humorem foris poſitum in membra mittimus:et in cor
pus ducimus noſtrum? Hoc fecit moyſes in illo capite vitu
li. Caput vituli:magnū ſacramētū. Caput eni vituli corpus
erat impiorum:in ſimilitudine vituli manducantis fenū et
Eſa. 40. terrena querentium:Quia omnis caro fenum. Erat ergo
Exo.32. vt dixi corpus impiorum: Iratus moyſes in ignes miſit:cō
minuit:in aqua ſparſit: bibendum populo dedit:et ira pro
phete adminiſtratio facta eſt prophetie. Corpus enim illud
in ignem mittitur tribulationum: et verbo dei comminuitur
Paulatim enim deſiſtūt ab vnitate corporis eiꝰ. Sicut eñi
veſtimētum per tempus abſumitur:ita ⁊ vnuſquiſqꝫ qui fit
chriſtianus ſeparatur ab illo populo:⁊ quaſi a maſſa cōminui
tur. Cōſpirati oderunt:cōminuti credunt: Et quid iam eui
dentius ꝙ in corpus ciuitatis hieruſalem:cuiꝰ imago erat
populuſqꝫ iſrael:per baptiſmum traijciendi erant homines?
Ideo in aqua ſparſum eſt:vt in potū daretur. Hoc vſqꝫ in
finem ſitit iſte:currit et ſitit. Multos enim bibit: ſed nūꝙ
Ioā.4. erit ſine ſiti. Inde eſt enim: Sitio:mulier da mihi bibere.
Samaritana illa ad puteum ſitientem dñm ſenſit:et a ſitiē
te ſatiata eſt. Senſit prior illa ſitientem:vt biberet ille cre
Ioā. 19. dentem:Et in cruce poſitus. Sitio dixit:Quis illi non hoc
Math.9. dederint quod ſitiebat. Ipſos enim ille ſitiebat:At illi ace
tum dederunt:nō vinum nouū:quo implentur vtres noui:
ps.74. ſed vinum vetus et malum vetus. Dicitur enim ⁊ vinum ve
Ioſue.18. tus.veteres homines:de quibus dictū eſt: Non eñi eſt illis
2.Regū.5. cōmutatio vt euerſis iebuſeis edificaretur hieruſalē. Sic
et corpus capitis huius vſqꝫ in finem ab initio cucurrit in
ſiti. Et quaſi ei diceretur.quid in ſiti:quid tibi deeſt o corpꝰ
chriſti:o eccleſia chriſti? In tāto honore:in tāta ſublimitate:
ps.71 in tanta celſitudine etiā et in hoc ſeculo cōſtituta: quid tibi
deeſt? Impletur de te quod predictum eſt: Adorabunt eū
oēs reges terre:omnes gētes ſeruiēt illi. Quid ergo ſitis?
Quid ſitis? Tātis populis nō ſatiaris? Quos populos di
L cis? ⌊Ore ſuo benedicebāt:et corde ſuo maledicebant. ⌋
Math.20. Multi vocati:pauci autem electi. Mulier fluxum ſangui
nis patiens:veſtis eius fimbriam tetigit:et ſanata eſt: Et
cum miraretur dñs tāgentem ꝙ de ſe ſenſerat:exiſſe virtu
tem ſcꝫ ad ſanandam mulierem:dixit: Quis me tetigit? Et
Luce. 8. admirati diſcipuli dicunt:Turbe te comprimūt:et dicis:ꝗs
me tetigit? Et ille:Tetigit me aliquis:tāꝗ diceret:Una me
tetigit:turbe premunt: Qui ſolēnitatibus hieruſalem im
plent eccleſias:ſolēnitatibus babylonie implent theatra:
et tamē ſeruiūt:honorāt:obſequūtur:nō ſolū ipſi qui portāt
ſacramenta chriſti:⁊ oderūt precepta chriſti: verūetiam illi
qui nec ſacramēta ipſa portāt: Pagani licet ſint:iudei licet
ſint:honorāt:laudāt:predicāt:ſed ore ſuo benedicebāt. Nō
attēdo ad hos:nouit ille qui me inſtruit:corde ſuo maledi
cebant. Ibi maledicebant vbi honorem meū cogitauerūt
repellere. Quid tu o idithun corpus chriſti:trāſiliens eos?
Quid tu inter hec omnia? Quid tu? Deficies:nō perſeuera
Math. 24 bis vſqꝫ in finem? Non audies: Qui perſeuerauerit vſqꝫ in
finē:hic ſaluus erit: Oꝫ in quātū abūdat iniquitas:refrigeſcet
charitas multorum? Et vbi eſt qd trāſiliſti eos? Ubi eſt ꝙ cō
Philip.3. uerſatio tua in celis eſt? Illi aūt inherēt terrenis:tāꝗ terri
Geñ.3. gene ſapiūt terrā:et ſunt terra ſerpētis cibus. Quid tu in
ter hec? Uerūtamē ꝗuis hec faciāt:ꝗuis hec cogitēt: ꝗuis
impellant:ꝗuis quaſi inclinatos inſtent: ꝗuis iā erectū ſen
tiant:ei honorem meū repellere cogitēt:ꝗuis ore ſuo bene
dicat et corde ſuo maledicāt:ꝗuis inſidientur vbi poſſunt:
Al.† ſubie calūniētur vbi poſſunt. ⌊Uerūtamē deo † ſubijcietur anima
cta eſt. mea. ⌋ Et quis tāta toleret:vel aperta bella: vel occultas
inſidias? Quis tāta toleret inter apertos hoſtes: inter fal
ſos fratres? Quis tāta toleret? Nūquid homo? Et ſi homo:
nunqd a ſeipſo homo? Nō ſic tranſilui vt extollar ⁊ cadam.
Al.† nō hꝫ Deo ſubijcietur anima mea. ⌊Quoniā ab ipſo † eſt patien
Roma.3. tia mea. ⌋ Que patiētia mea inter tāta ſcādala: niſi qꝛ ſi id
quod nō videmus ſperamus: per patiētiam expectamus?
Uenit dolor meus:veniet et requies mea:Uenit tribulatio

mea:veniet et purgatio mea. Nunquid non lucet aurum in
fornace aurificis? In monili lucebit:in ornamento lucebit:
patiatur tamē fornacem:vt purgatum a ſordibus veniat ad
lucem. Fornax iſta:ibi palea: ibi aurum:ibi ignis: ad hanc
flat aurifex. In fornace ardet palea:et purgatur aurū. Illa
in cineres vertitur:a ſordibus illud eruitur. Fornax mūdꝰ:
palea iniqui:aurū iuſti:ignis tribulatio:aurifex deꝰ: Quid
vult ergo aurifex:facio:vbi me ponit artifex tolero: iubeor
ergo tolerare:nouit ille purgare. Ardeat licet palea ad in
cendendum me:et quaſi conſumendum me:illa in cinerem
vertitur:ego ſordibus careo. Quare? Quia deo ſubijcietur
anima mea:quoniam ab ipſo eſt patientia mea. Quis eſt M
tibi iſte a quo eſt patientia tua? ⌊ † Quoniā ipſe † eſt deꝰ Al.† Quia
meus et † ſalutaris meus:† ſuſceptor meꝰ nō emigrabo. ⌋ † nō hꝫ.
Quoniam ipſe eſt deus meus:ergo vocat me: et ſalutaris † ſaluator.
meus:ergo iuſtificat me:et ſuſceptor meus:ergo glorificat † adiutor.
me:Hic enim vocor et iuſtificor:ibi autem tecum glorificor: Roma.8.
et inde vbi glorificor:non emigrabo. Neqꝫ enim in peregri
natione mea remanebo. Eſt hic vnde emigrem:ſed veniam
vnde nō emigrabo. Nā inquilinus ego ſum apud te in ter ps.38.
ra:ſicut omnes patres mei. Ergo ab inquilinatu migrabo:
de domo celeſti non emigrabo. ⌊In deo ſalutare meum:et
gloria mea. ⌋ Saluus ero in deo:glorioſus ero in deo. Non
enim tātū ſaluus:ſed et glorioſus. Saluus:quia iuſtus ex Roma. 4.
impio:ab illo iuſtificatus. Glorioſus autem:quia non ſolū Roma. 8.
iuſtificatus:ſed etiam honorificatus: Etenim quos prede
ſtinauit:illos et vocauit: Uocans eos quid fecit? Hic quos
vocauit:ipſos et iuſtificauit: quos autem iuſtificauit: ipſos
et glorificauit. Iuſtificatio ergo ad ſalutem pertinet: glori
ficatio ad honorem. Quia glorificatio ad honorē pertinet:
diſputare opus non eſt. Quia iuſtificatio pertinet ad ſalu
tem: queramus aliquod documentum. Ecce occurrit et euā
gelio: Erant qui ſibi videbantur iuſti: et reprehendebant
dominum ꝙ admittebat ad conuiuium peccatores: et cum
publicanis et peccatoribus comueſcebatur. Talibus itaqꝫ
ſuperbientibus fortibus terre valde eleuatis: multum de
ſua ſalute gloriantibus quam putabant: non quam tene Math. 9.
bant: Quid reſpōdit dominus: Non eſt opus ſanis medicꝰ:
ſed male habētibus. Quos dicit ſanos.quos dicit male ha Ibidem.
bentes? Sequitur et dicit: Non veni vocare iuſtos ſed pec
catores in penitentiam. Appellauit ergo ſanos iuſtos:non
quia phariſei hoc erant:ſed quia hoc ſe eſſe arbitrabātur:
et ideo ſuperbiebant:et medicum egrotātibus inuidebāt.
et plus egrotantes medicum occidebant. Appellauit tamē
ſanos iuſtos:egrotantes peccatores. Ut ergo iuſtificarer ait
iſte trāſiliens:ab ipſo mihi eſt:⁊ vt glorificarer ab ipſo mihi
eſt. In deo ſalutare meum et gloria mea. Salutare meum
vt ſaluus ſim: gloria mea vt honoratus ſim. Hoc tunc:mo L
do quid? ⌊Deus auxilij mei: et ſpes mea in deo. † ⌋ Alñ.† eſt.
Donec perueniam ad perfectam iuſtificationem et ſalu
tem. Spe enim ſalui facti ſumus. Spes autem que vide Ro.8.
tur non eſt ſpes. Donec veniam ad illam glorificatio Math.13.
nem vbi iuſti fulgebunt in regno patris ſui tanquam ſol:
Interim nunc inter temptationes:inter iniquitates:inter
ſcandala:inter apertas opugnationes et ſubdolas locutio
nes:inter eos qui ore ſuo benedicunt et corde ſuo maledi
cunt:inter eos qui honorem meum cogitāt repellere: Quid
hic? Deus auxilij mei: Dat enim auxilium certantibus. Cō Eph.6.
tra quos certantibus? Non eſt nobis colluctatio aduerſus
carnem et ſanguinem:ſed aduerſus principatus et poteſta
tes. Deus ergo auxilij mei et ſpes mea in deo. Spes:ꝗdiu
nondum eſt quod promiſſum eſt:et creditur quod nondū
videtur. Cum autem venerit:erit ſaluatio ⁊ glorificatio:nō
tamen dum illa differuntur:deſeri mur. Deus enim auxilij Al.† cum
mei:et ſpes mea in deo. ⌊Sperate in † eo omne † conci oēs pucꝰ.
lium plebis. ⌋ Imitamini idithum:tranſilite inimicos ve Alñ † oīs
ſtros:repugnātes vobis:reſiſtētes itineri veſtro:odio vos congrega
habentes tranſilite. Sperate in eo omne conſilium plebis tio populi.
⌊Effundite coram illo corda veſtra. ⌋ Nolite credere eis
ꝗ dicūt vobis:vbi eſt deꝰ veſter? Facte ſunt inꝗt mihi lachry ps.41.
me mee panes die ac nocte:dū dicit̄ mihi quotidie vbi eſt
deꝰ tuꝰ. Sed qd ibi dicit? Hec meditatꝰ ſum:⁊ effudi ſup me Ibidem.
animā meā. Cōmemoratꝰ ſū qd̄ audie:vbi eſt deꝰ tuꝰ. Ue

moꝛatus ſum hec et effudi ſuper me animã meã. Querens
deum meũ effudi ſup me animã meã: vt illum attingerẽ nõ
in me remãſi. Ergo ſperate in eo omne cõſilium plebis: Ef
fundite corã illo coꝛda veſtra. Depꝛecãdo: cõfitẽdo: ſperan
do. Nolite coꝛda veſtra retinere intra coꝛda veſtra. Effun
dite coraꝫ illo coꝛda veſtra: Nõ perit quod effunditis: Ille
enĩ ſuſceptoꝛ meus. Si ſuſcipit: quid times effundere? Ia
Pſ.54. cta in dño curã tuã: et ſpera in eum. Effundite coram illo
Al.† ieter coꝛda veſtra. ⌊Deus adiutoꝛ noſter†.⌋ Quid timetis ſter
num. ſuſurrones: detractoꝛes: deo odibiles? Ubi poſſunt palam
Roma.1. oppugnãtes: vbi non poſſunt occulte inſidiãtes: falſo lau
dãtes: vere inimicãtes. Inter hos q̃d timetis? Deus adiu
toꝛ noſter: An emulãtur deum? Nũquid foꝛtioꝛes illo ſunt?
Deus adiutoꝛ noſter eſt: Securi eſtote. Si deus pꝛo nobis
Roma.8. quis cõtra nos? Effundite coram illo coꝛda veſtra: trãſilien
tes ad eum: leuãtes animas veſtras: Deus adiutoꝛ noſter.
Et iam cõſtituti in loco munito: in turri foꝛtitudinis a facie
inimici: miſeramini eos quos timebatis: Currere enim de
O betis in ſiti. Deſpicite ergo illos iam in loco illo cõſtituti: ꝛ
Pſ.4. dicite: ⌊Verũtamẽ vani filij hominũ: mẽdaces filij hoĩm.⌋
Filij hoĩm vſqꝫquo graues coꝛde? Filij hoĩm vani: filij ho
minum mendaces: filij hoĩm vt quid diligitis vanitatem ꝛ
Luce.6. queritis mẽdacium? Cum miſeratione iſta dicite: atqꝫ ſapi
te: Si trãſiliuiſtis: ſi diligitis inimicos veſtros: ſi deſtruere
capitis: vt edificetis: ſi eum amatis qui iudicat in gentibꝫ
et replet ruinas: ita his iſta dicite: nõ odio habentes: non
Roma.12. malum pꝛo malo reddentes. Mendaces filij hominũ. ⌊In
Al.† idipſ ſtatheris: vt decipiant ipſi de vanitate † in vnum.⌋ Certe
Math.22. multi ſunt: ecce ille eſt vnus: vnus ille qui pꝛotectus eſt de
turba cõuiuãtium. Cõſpirãt: omnes tempoꝛalia querunt:
quiqꝫ carnales carnalia: et in futurũ ſperãt quicũqꝫ ſperãt.
Et ſi de opinionum varietate in diuerſum: de vanitate tñ
Math.12. vnum ſunt. Diuerſi quidem erroꝛes et multifoꝛmes: ꝛ re
gnum aduerſum ſe diuiſum nõ ſtabit: ſed ſimilis in omnibꝫ
volũtas vana et mẽdax: pertinẽs ad vnum regem cumꝫ quo
Math.15 in ignem eternũ pꝛecipitãda eſt: Ipſi de vanitate in vnum
Et ad illos videte q: ſitit: videte q: currit in ſiti. Cõuertit
ergo ſe ad illos: ſitiẽs eos. ⌊Nolite ſperare ſuper† iniqui
Al.† iniq̃ tatem.⌋ Nam ſpes mea in deo: nolite ſperare ſuper iniqui
tate. tatem. Uos qui non vultis accedere et trãſilire: nolite ſpe
rare ſuper iniquitatem. Ego enim qui trãſilini: ſpes mea in
Roma.9. deo. Et nunquid iniquitas eſt apud deum? Nolite ſperare
ſuper iniquitatem. Hoc faciamus: illud faciamus: illud co
gitemus: ſic inſidias componamus: de vanitate in vnũ. Tu
ſitis qui cõtra te iſta cogitãt: ab eis quos bibis poꝛduntur.
Nolite ſperare ſuper iniquitatẽ. Uana eſt iniq̃tas: nihil eſt
iniquitas: potẽs nõ eſt niſi iuſticia. Occultari poteſt ad tẽ
pus veritas: vinci non poteſt. Floꝛere poteſt ad tẽpus iniq̃
tas: permanere non poteſt. Nolite ſperare ſuper iniquita
P tem. ⌊Et † rapinam ne concupiſcatis.⌋ Non es diues ꝛ
Al.† rapi rapere vis? Quid inuenis? Quis perdis? O lucra damnoſa.
nas nolite Inuenis pecuniam: perdis iuſticiam. In rapinam ne cõcu
ↄcupiſcere piſcatis. Pauper ſum: nõ habeo: Ideo rapere vis? Quid ra
1.Pet.5. pias vides: a quo rapiaris non vides? Neſcis circuire inimi
cum tanq̃ leonẽ rugientẽ: ꝛ querentẽ quid rapiat? Pꝛeda
illa quam vis rapere: in muſcipula eſt: Tenes ꝛ teneris. In
rapinam ergo ne cõcupiſcas o pauper: ſed cõcupiſce in deũ
1.Timot.6 qui pꝛeſtat nobis omnia abundanter ad fruendum. Paſcet
te qui fecit te: Si paſcit latronem: non paſcit innocentẽ? Pa
Math.5. ſcet te qui ſolem ſuum oꝛiri facit ſup bonos ꝛ malos: ꝛ pluit
ſuper iuſtos et iniuſtos. Si paſcit damnãdos: nõ paſcet li
berandos? Ergo in rapinã noli concupiſcere: Dictum eſt hoc
pauperi: foꝛtaſſis aliquid de neceſſitate rapturo. Diues pꝛo
Q cedat: nõ habeo ego inquit neceſſitatẽ rapiendi: nihil mihi
Alr.† af deeſt: abundant omnia: Et tu audi. ⌊Diuitie ſi † fluãt: ne
fluãt noli apponatis coꝛ.⌋ Ille non habet: iſte habet. Ille non q̃rat
te coꝛ ap rapere quod non habet: iſte nõ apponat coꝛ in eo qđ habet
ponere. Diuitie ſi fluant: id eſt ſi exundent tanq̃ de fonte currant:
ne apponatis coꝛ. Noli pꝛeſumere: noli ibi te figere: Certe
vel hoc time: diuitie ſi fluant. Non vides quia ſi ibi coꝛ po
ſueris: et tu fl ues? Diues es: et ecce iam non concupiſcis ad
huc habere: quia multa habes. Audi: Pꝛecipe diuitibꝫ huiꝫ
1.Timot.6 mundi: non ſuperbe ſapere. Et quid eſt: ne apponatis coꝛ?

Neqꝫ ſperare in incerto diuitiarum. Ergo diuitie ſi fluant
ne apponatis coꝛ: nec in diuitijs confidatis: nõ pꝛeſumatis
nec ſperetis: ne dicatur: Ecce homo qui non poſuit deũ ad
iutoꝛem ſuum: ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſua Pſ.51.
rum: et pꝛeualuit in vanitate ſua. Ergo vani filij hominum:
mẽdaces filij hoĩm: Neqꝫ rapiatis neqꝫ ſi fluãt diuitie coꝛ
apponatis: Non iam vanitatem diligatis: et mendaciũ que
ratis. Beatus enim cuius eſt dominꝫ deus ſpes eius: ꝛ non Pſ.39.
reſpexit in vanitates et inſanias mẽdaces. Decipere vultis
fraudem vultis facere: quid affertis vt decipiatis? Statheꝛ
ras doloſas. Mẽdaces enim inquit filij hominum in ſtathe
ris: vt decipiãt; ipſi pꝛoferendo ſtatheras doloſas. Falſo
examine fallitis intuentes: neſcitis alium eſſe qui appẽdit:
alium qui de pondere iudicat? Non videt cui tu appendis:
ſed videt qui et teipſum appendit. Ergo non fraudem: nõ
rapinam concupiſcatis: non in his que habetis ſpem pona
tis: monui: pꝛedixi: ait iſte idithun. Quid? Sequitur. ⌊Se
mel locutus eſt deus: duo hec audiui † quoniam poteſtas R
dei eſt: et tibi domine miſericoꝛdia: quia tu reddes vnicuiqꝫ Al.† quia.
† ſecundum opera ſua.⌋ Dixit idithun: ſonuit de alto quo † iuxta.
tranſiliuit: audiuit ibi quiddam et dixit nobis: Sed aliquã
tum in hoc quod nobis dixit pertuboꝛ fratres: et donec vo
biſcum participem: vel perturbationem: vel aliquam reſpi
rationem meam: intentos vos volo: Etenim pſalmum ad
terminum duximus adiuuante dño. Poſt hec que dictum ſu
mus: non reſtat aliquid quod de hoc vlterius exponamus.
Itaqꝫ annitimini mecum: vtrum poſſim intelligere hoc: ꝛ ſi
non potuero: et intelligit aliquis veſtrũ quod ego ĩnõ poſ
ſum: gaudebo potius q̃ inuidebo. Omnino inueſtigare dif
ficile eſt: quẽadmodũ poſitum eſt pꝛius: Semel locutus eſt
deus: deinde cum ille ſemel locutus eſt: ego duo audiui. Si
enim diceret: Semel locutus eſt deus: vnum hoc audiui: vi
debatur partem queſtionis huius amputauiſſe: vt tantum
modo q̃reremus quid ſit: ſemel locutus eſt deus. Nũc vero
queſituri ſumus: et quid ſit ſemel locutus eſt deus: et quid
ſit: duo hec audiui: cũ ſemel ille locutꝫ eſt. Semel locutꝫ eſt
deus. Quid dicis idithun? Si tu loqueris q̃ trãſiliuiſti eos:
ſemel locutus eſt: Ego ſcripturaꝫ aliã conſulo: ꝛ dicit mihi:
Multifarie multiſqꝫ modis olim deus locutꝫ eſt patribꝫ in Heb.1.
pꝛophetis. Quid eſt: Semel locutus eſt deꝫ? Nonne ille eſt
deus q̃ in pꝛimo: dis generis humani locutꝫ eſt ad adã? Nõ Geñ.3.ꝛ.4
ne idẽipſe locutꝫ eſt ad cain: ad noe: ad abꝛaã: ad iſaac: ad ia
cob: ad pꝛophetas omnes: ꝛ ad moyſem? Unus erat moyſes:
ꝛ quotiẽs ad eũ locutꝫ eſt deꝫ? Ecce etiã vni nõ ſemel: ſed ſe
pius locutꝫ ẽ deꝫ. Deinde locutꝫ ẽ ad filiũ hic poſitũ: Tu es Math.3.
filiꝫ meꝫ dilectꝫ. Locutꝫ eſt deꝫ apoſtolis: locutꝫ eſt omnibꝫ
ſanctis: etiã ſi nõ voce ſonãte p nubẽ: in coꝛde tamẽ vbi ipſe
magiſter eſt. Unde ille dicit: Audiã quid loquatꝫ in me dñs Pſ.84.
deꝫ: qm̃ loq̃tur pacẽ in plebẽ ſuã. Quid eſt ergo: ſemel locu
tus eſt deꝫ? Multũ trãſiluerat iſte vt pueniret illuc vbi ſe
mel locutꝫ eſt deꝫ. Ecce breuiter dixi charitati veſtre. Hic S
inter homines hominibꝫ ſepe multis modis: multis patribꝫ Hebreo.1.
p multifoꝛmẽ creaturã locutꝫ eſt deꝫ. Apud ſe ſemel deꝫ lo
cutus eſt: q: vnũ verbũ genuit deꝫ. Iſte ergo idithũ trãſi
liens eos: trãſiluerat acie mẽtis foꝛti ꝛ valida ꝛ ꝑſidẽti trã
ſiluerat terrã: ꝛ q̃cq̃d in terra eſt: aerẽ: nubes oẽs et q̃bꝫ lo
cutꝫ eſt deus multa ꝛ ſepe: ꝛ in multis trãſiluerat etiã oẽs
angelos acie fidei. Erat enim iſte trãſiliẽs nõ cõtẽtꝫ terre
nis velut aquila volãs: ꝑternectꝫ omnẽ nebulã qua regitur
omnis terra. Dicit enĩ ſapiã: Et nebula texi omnẽ terrã per Eccl. 24.
uenit ad aliq̃d liq̃dũ: vniuerſam trãſiliẽs creaturã: ꝛ q̃rens Pſ.41.
deũ: effundẽs ſe ſup animã ſuã: peruenit ad pꝛincipiũ: ꝛ ver Ioã.1.
bũ dei apud deũ: ꝛ inuenit vniꝫ patris vnũ verbũ: ꝛ vidit q:
ſemel locutꝫ eſt deꝫ. Uidit verbũ p qđ facta ſunt oĩa: ꝛ i quo
ſimul ſunt omnia: nõ diuerſa: nõ ſeparata: nõ inequalia. Nõ
enĩ deꝫ qđ p verbũ faciebat: ipſe nõ nouerat: Si aũt qđ fa
ciebat nouerat: in illo erat anteq̃ fieret et qđ fiebat. Si enim
nõ in illo erat qđ fiebat anteq̃ fiebat: vbi nouerat qđ facie
bat? Nõ enim potes deũ dicere ignota feciſſe. Sciuit vtiqꝫ
deꝫ qđ fecit. Et vbi ſciuit anteq̃ faceret: ſi ſciri niſi facta nõ
poſſunt. Sed a factis ſciri niſi aũ facta nõ poſſunt: a te ſcili
cet ab homine in imo facto: et in imo poſito. Anteq̃ aũt fie
rent hec oĩa: ſciebãtur ab illo a quo facta ſunt: et qđ ſciuit fe
cit. Ergo

eit. Ergo in illo verbo illo per qđ fecit omnia anteq̄ fierent
erāt oīa:⁊ cū facta ſunt ibi ſunt omnia: ſed aliter hic:aliter
ibi:aliter in ꝓpria natura in qua facta ſunt:aliter in arte
per quā facta ſunt. Quis hoc explicet? Conari poſſumꝰ:ite
cū idit bū ⁊ videte. Jā ergo vt potuimꝰ diximꝰ:quomodo ſe
T mel locutꝰ eſt deꝰ:videamꝰ quomodo duo hec audiuit? Duo
hec audiuit:forte nō eſt cōſequēs vt ſola duo hec audierit:
ſed duo hec inq̇t audiui. Quedā duo q̄ nobis opꝰ eſt vt di
cantur audiuit. Audiuit forte alia multa:ſed non opus eſt
Joh.16. ea dici nobis. Ait enī ⁊ dñs: Multa habeo vobis dicere:ſed
nō poteſtis illa portare modo. Quid eſt ergo:duo hec audi
ui: Hec duo que vobis dicturꝰ ſum:nō a me vobis dico:ſed
q̄ audiui dico. Semel locutꝰ eſt deꝰ:vnū verbum habet vni
genitum deum. In illo verbo ſunt omnia:quia ꝑ verbū fa
cta ſunt omnia. Unum verbū habet:vbi oēs theſauri ſapiē
tie ⁊ ſciētie abſcōditi. Unum verbum habet:ſemel locutꝰ eſt
Joh.1. deus. Duo hec q̄ vobis dicturꝰ ſum:ibi audiui:nō ex me lo
Col.2. quor:nō ex me dico:ad hoc ꝑtinet audiui. Amicꝰ autē ſpōſi
Joh.3. ſtat ⁊ audit eum:vt verum loquat: Audiuit enī eum ne loquē
Joh.8. do mēdaciū de ſuo loquat:ne diceres:Tu quis es tu qui mihi
hoc dicis? Unde mihi hoc dicis? Audiui hec duo: et illa tibi
loquor:qꝛ audiui hec duo:q̇ etiā cognoui qꝛ ſemel locutꝰ eſt
deꝰ. Noli cōtēnere auditorē dicētē tibi q̄dā duo tibi neceſſa
ria:eū q̇ trāſiliendo vniuerſam creaturā ꝑuenit ad verbum
vnigenitum dei:vbi ſciret qꝛ ſemel locutꝰ eſt deꝰ. Dicat er
u go iam q̄dā duo: Multū enī ad nos ꝑtinēt hec duo: Quo
niam poteſtas dei eſt:⁊ tibi dñe miſcdia. Iſta ſunt duo:po
teſtas ⁊ miſericordia? Iſta plane:intelligite poteſtatē dei:
intelligite miſericordiā dei. His duobꝰ cōtinent ꝓpe oēs
ſcripture:ꝓpter hec duo ꝓphete:ꝓpter hec duo:patriache
ꝓpter hec lex:ꝓpter hec ipſe dñs noſter ieſus xp̄s: ꝓpter
hec apoſtoli:ꝓpter hec annūciatio oīs ⁊ celebratio verbi
dei in eccleſia:ꝓpter hec duo:ꝓpter poteſtatē dei ⁊ miſeri
cordiā. Poteſtatē eiꝰ timete:miſericordiā eiꝰ amate:nec ſic
de miſericordia eiꝰ ꝓſumatis vt poteſtatē cōtemnatis: Nec
Ps.74. ſic poteſtatē timeatis:vt de miſericordia deſperetis. Apud
illū poteſtas:apud illum miſericordia: Hūc humiliat:⁊ hūc
exaltat. Hunc humiliat poteſtate. illum exaltat miſericor
Roma.9. dia. Si enim deus volēs oſtendere iram ⁊ demōſtrare po
tentiam ſuam:attulit in multa patientia ſua vaſa ire que
perfecta ſunt in ꝑditionem. Audiſti poteſtatem:quere mi
ſericordiam. Ut notas inquit faceret diuitias ſuas in vaſa
miſericordie. Pertinet ergo ad eius poteſtatem dānare ini
Ibidem. quos. Et quis illi dicit:quid feciſti? Tu enim o homo quis
es qui reſpondeas deo? Time ergo ⁊ treme eius poteſtatē
ſed ſpera eius miſericordiam. Diabolo poteſtas quedā eſt
plerūqꝫ tamē vult nocere ⁊ nō poteſt:qꝛ ptās iſta ſub ptāte
eſt. Nam ſi tm̄ poſſet nocere diabolus q̄tum vult: nō aliq̇s
iuſtorum remaneret:aut aliquis fideliū eſſet in terra. Ipſe
per vaſa ſua impellit:quaſi parietem inclinatum: ſed tātū
impellit quātum accepit ptātem. Ut aūt nō cadat paries:
dñs ſuſcipiet:q̄ꝛ qui dat ptātem tēptatori. ipſe tēptato ha
bet miſericordiam. Ad mēſurā enim ꝑmittitur tēptare dia
Ps.79. bolus. Et potabis nos inquit in lachrymis in mēſura. Noli
ergo timere:niſi ꝑmiſſum aliquid facere temptatorem. Ha
bes enim miſericordiſſimum ſaluatorē. Tātum ꝑmittitur
ille temptare: q̄tū tibi prodeſt vt exercearis: vt proberis:
vt qui te neſciebas:a teipſo inueniaris. Nā vbi vel vnde niſi
1.Cor.10. de hac dei poteſtate ⁊ miſericordia ſecuri eſſe debemꝰ? Se
cundum illam apoſtolicam ſententiam: Fidelis deꝰ qui nō
Roma.13. permittet vos tēptari ſup id quod poteſtis. Ergo poteſtas
x dei eſt:nō eſt enim poteſtas niſi a deo. Noli dicere:⁊ quare
dat tantā poteſtatē ⁊ nō de poteſtate habet equitatē? Qui
Roma.9. dat poteſtatē:habet equitatem. Tu inique murmurare po
tes:ille equitatem perdere non poteſt. Nunquid iniquitas
apud deū eſt? Abſit. Hoc fige in corde:hoc de cogitatione
tua nō excutiat inimicus. Facere poteſt aliquid deus vt tu
neſcias quare faciat:inique tamen facere non poteſt:apud
quem non eſt iniquitas. Nam ecce rep̄hendis deū quaſi de
iniquitate. Ago tecum aliquid:attēde paululū. Nō reprehē
res iniquitatem:niſi vidēdo iuſtitiam. Reprenſor iniquita
tis eſſe nō poteſt qui non cernit iuſtitiam:cui comparatam
reprehēdat iniquitatē. Unde enī ſcis qꝛ hoc iniuſtū eſt: niſi
ſcias qđ ſit iuſtū? Quid ſi enim iuſtū eſt:⁊ hoc qđ dicis in
iuſtū? Abſit inq̇s:iniuſtū eſt:et clamas quaſi vidētibꝰ ocu
lis:vidēs hoc iniuſtum eſſe vtiqꝫ ex aliq̄ regula iuſtitie: cui
cōparās hoc qđ vides prauū:⁊ cernēs nō cōuenire rectitu
dini regule tue: reprehendis tanq̄ artifex diſcernens iu
ſtum ab iniuſto. Ergo quero a te: iuſtum hoc eſſe vnde vi
des? Ubi inquā videbis hoc iuſtū:quo viſo reprehēdis in
iuſtum? Unde illud neſcio q̄d:quo aſpgitur aīa tua ex mul
tis ꝑtibꝰ in caligine cōſtituta: Neſcio quid hoc qđ coruſcat
menti tue? Unde hoc iuſtum? Ita ne habet fontem ſuum?
A te tibi eſt quod iuſtum eſt:et tu tibi potes dare iuſtitiā?
Nemo ſibi dat qđ nō habet. Ergo cum ſis iniuſtus:eſſe nō
potes iuſtus: niſi cōuertēdo te ad quādam iuſtitiā manē
tem:a qua ſi recedis:iniuſtus es: ad quā ſi accedis:iuſtus
es: Te recedēte nō deficit:te accedēte nō creſcit. Ubi eſt er
go iſta iuſtitia? Queres in terra? Abſit. Non enī aurum aut
lapides precioſos queris:iuſtitiā querēs: Quere in mari:
quere in nubibus:quere in ſtellis: Quere in angelis: inue
nis in illis:ſed et ipſi de fonte bibunt. Iuſtitia enim ange Ps.35.
lorum in oībus eſt:ſed ab vno capitur. Reſpice ergo:tran
ſcende:vide illuc vbi ſemel locutus eſt deus:et ibi inuenies
fontē iuſtitie:vbi eſt fons vite: q̄m apud te eſt fons vite.
Si enim tu de rore exiguo iudicare vis qđ iuſtum eſt:et qđ Roma.9.
iniuſtum eſt:nūquid iniquitas apud deum? Unde ad te ma
nat tāq̄ de fonte iuſtitia:inquātum iuſtū ſapis:cur ex mul
tis partibus inique deſipias? Habet ergo fontem iuſtitie
deus: Noli ibi querere iniquitatem vbi lux ſine vmbra eſt:
Sed plane te poteſt latere cauſa: Si latet te cauſa:reſpice
ignorātiam tuam: Uide qui ſis:attende hec duo:q̄m pote
ſtas dei eſt:et tibi dñe miſericordia. Fortiora te ne queſie Eccli.3.
ris:⁊ altiora te ne ſcrutatꝰ fueris:ſed que precepit tibi dñs:
illa cogita ſemper. Quia ad hec que tibi precipit deus:per
tinent iſta duo:quoniam poteſtas dei eſt:⁊ tibi domine mi
ſericordia. Noli timere inimicum. Tātum facit q̄tum acce
perit poteſtatem. Eum time qui habet ſummā poteſtatē.
Eum time qui quātum vult tātum facit: et iniuſte nihil fa y
cit:et quicquid fecerit:iuſtum eſt. Putamus iniuſtum eſſe
neſcio quid:et ex hoc quia fecit deus crede iuſtum eſſe. Er
go inquis:ſi quis hominem occidat innocentem: iuſte facit
an inique? Inique ſane. Quare hoc permittit deus? Uide Eſa.58.
prius ne illud debeas. Frange eſurienti panem tuū:⁊ ege
nos ſine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum
veſti eum. Hoc enim iuſtitia eſt: hoc enim tibi precepit do
minus: Lauamini:mundi eſtote:auferte nequitias a cordi Eſa.1.
bus veſtris:atqꝫ a cōſpectu oculorum meorum. Diſcite bo
num facere:iudicate pupillo ⁊ vidue:⁊ venite ⁊ diſputemꝰ
dicit dñs. Diſputare vis anteq̄ facias vnde dignus ſis diſ
putare:quare hoc ꝑmiſit deus? Cōſiliū dei tibi dicere o ho
mo nō poſſum: Illud tamē dico qꝛ ⁊ inique fecit homo qui
occidit innocētem:et nō fieret niſi ꝑmiſerit deus. Et q̄uis
ille inique fecerit:nō tamen hoc inique permiſit deus. La
teat cauſa in iſto:neſcio quo de quo moueris: cuius inno
centia te permouet. Poſſem enim tibi cito reſpondere:non
occideretur niſi nocens eſſet:ſed tu eum innocētem putas:
Poſſem tibi hoc cito dicere. Non enim tu ſcrutaueris cor
eius:diſcuteres facta eius:examinares cogitationes eius:
vt poſſis mihi dicere:iniuſte occiſus eſt: Poſſem ergo faci z
le reſpōdere:ſed opponitur mihi quiddā. Iuſtus ſine con
trouerſia:iuſtus ſine dubitatione:iuſtus qui non habebat
peccatum:occiſus a peccatoribus:traditus a peccatore ipſe
chriſtus deus noſter:de quo nō poſſumus dicere ꝙ habuit
aliquam iniquitatem:qui ea que nō rapuit exoluebat:obij
citur mihi: Et quid dicam de chriſto? Tecum ago inquis:⁊ Ps.68.
ego tecum. De illo proponis queſtionem:de illo ſoluo que
ſtionem. Ibi enim conſilium dei nouimus: qđ nō niſi ipſo
reuelante noſſemus:vt cum tu inueneris cōſilium dei qui
permiſit innocentem filium occidi ab iniuſtis:et tale conſi
lium quale tibi placeat: ⁊ quale tibi ſi iuſtus es diſplicere
nō poſſit:credas qꝛ ⁊ in alijs cōſilio id agat deus: ſed latet
te. Eia fratres opus erat ſanguine iuſti ad delēdum chiro
graphum peccatorum:opus erat exēplo patiētie: exemplo Col.2.
humilitatis:opus erat ſigno crucis ad diabolum et eiꝰ an
gelos debellādos:opus nobis erat paſſione dñi noſtri. Nā

paſſione dominí:redēptus eſt orbis. Quanta bona egit paſ
ſio domini? Et tamen paſſio huius iuſti non eſſet:niſi domi
num iniqui occidiſſent. Quid ergo? Bonum hoc quod no
bis preſtitum eſt de dominica paſſione:imputandum eſt ini
quis interfectoribus chriſti? Abſit. Illi voluerunt:deus per
miſit: Illi nocentes eſſent:etiam ſi tātummodo voluiſſent
Deus autem non permiſiſſet niſi iuſtū eſſet. Voluerunt oc
Pō.10. cidere: Pone quia non potuerunt: Iniqui eſſent:homicide
eſſent:quis dubitaret? Dominus enim interrogat iuſtum ꝛ
impium:et in cogitationibus impij interrogatio erit. Diſcu
tit deus quid quiſqȝ voluerit:non quid potuerit. Ergo ſi vo
luiſſent et non potuiſſent:et non occidiſſent:iniqui illi rema
nerent:tibi chriſti paſſio non preſtaretur. Voluit ergo face
re impius vt damnaretur:permiſſus eſt vt tibi preſtaretur.
Quod voluit:imputatur iniquitati:impij quod permiſſum
eſt imputatur poteſtati dei. Ille ergo inique voluit:de⁹ iu
ſte permiſit. Itaqȝ fratres mei et iudas malignus traditor
chriſti:et perſecutores chriſti:maligni omnes:impij omnes
iniqui omnes:damnandi omnes:et tamen pater proprio fi
Roma.8. lio ſuo non pepercit:ſed pro nobis omnibus tradidit illum.
Pō.65. Diſpone ſi potes:diſtingue ſi potes:redde deo vota tua:q̄
diſtinxerūt labia tua. Vide quid tibi fecerit iniqu⁹:quid iu
ſtus: Ille voluit:iſte permiſit: Ille iniuſte voluit:iſte iuſte
permiſit. Voluntas iniuſta damnetur:permiſſio iuſta glori
ficetur. Quid enim mali accidit chriſto:quia mortu⁹ eſt chri
ſtus? Et illi mali ſunt qui mala facere voluerunt:et nihil ma
li paſſus eſt cui fecerūt. Occiſa eſt caro mortalis interficiēs
mortem morte:prebens patientie documentum:premittēs
reſurrectionis exemplum. Quanta bona facta ſunt iuſti:de
malo iniuſti? Hoc eſt magnum dei:quia et bonum quod fa
cis ipſe tibi dedit:et de malo tuo ipſe benefacit. Noli ergo
mirari:permittit deus et iudicio permittit:permittit et mē
Roma.9. ſura:numero:pondere permittit. Apud illum non eſt iniqui
tas:tu tantum ad eum pertine. In ipſo ſpem pone:ipſe ſit
Pō.60. adiutor tuus:ſalutare tuum. In illo ſit locus munitus:tur
1.Corin.10. ris fortitudinis. Refugium tuum ipſe eſt:ꝛ non te ſinit tem
ptari ſupra q̄ potes ferre:ſed faciet cum temptatione etiā
exitum vt poſſis ſuſtinere:vt quod te ſinit pati temptatio
nem:poteſtas eius ſit:quod non ſinit vltra in te fieri q̄ po
tes ferre:miſericordia eius ſit:quoniam poteſtas dei eſt:et
tibi domine miſericordia:quia tu reddes vnicuiqȝ ſecūdū
opera eius.

¶ Explicit tractatus de pō.lxj.

¶ Poſt tractatū:cū mathematicus in populo monſtraret.

ISta eccleſie ſitis:etiam iſtū quē videtis bibere vult:
Pō.51. Simul,etiā vt noueritis:q̄ multi in cōmixtione chri
ſtianorum:ore ſuo benedicant et corde ſuo maledicant:iſte
ex chriſtiano et fideli penitens redit:ꝛ territus potestate
dñi cōuertitur ad miſericordiam domini. Seductus enim
ab inimico cum eſſet fidelis:diu mathematicus fuit:ſedu
ctus ſeducens:deceptus decipiēs:illexit:fefellit:multa mē
dacia locutus eſt cōtra deum:qui dedit hominibus poteſtatē
faciendi qđ bonum eſt:ꝛ nō faciēdi quod malum eſt. Iſte
dicebat:q: adulterium nō faciebat voluntas propria:ſed ve
nus:ꝛ homicidium non faciebat volūtas ppria:ſed mars:
et iuſtum nō faciebat deus:ſed iouis:et alia multa ſacrile
ga non parua. Quā multis eum putatis chriſtianis nūmos
abſtuliſſe? Quam multi ab illo emerunt mēdacium quibus
Pō.4. dicebamus. Filij hominum vſqȝ quo graues corde:vt quid
diligitis vanitatem et queritis mēdacium? Modo ſicut de
illo credēdum eſt:horruit mēdacium:ꝛ multorum hoim in
teritum:ſe aliquādo a diabolo ſenſit illectū:cōuertitur ad
deum penitēs. Putamus fratres de magno timore cordis
accidiſſe. Quid enim dicturi ſumus? Nāqȝ ſi ex pagano cō
uerteretur mathematicus:magnum quidem eſſet gaudiū:
ſed tamē poſſet videri:quia ſic cōuerſus:eſt clericatum que
rere in eccleſia. Penitens eſt: nō querit niſi ſolam miſeri
cordiam. Cōmendādus eſt ergo:et oculis et cordibus ve
ſtris eum quem videtis: Cordibus amate:oculis cuſtodite
Videte illum:ſcitote illum:ꝛ quacūqȝ ille tranſierit:fratrib⁹
ceteris qui mō hic nō ſunt oſtendite illum:ꝛ iſta diligentia
miſericordia eſt:ne ille ſeductor retrahat cor et oppugnet.
Cuſtodite vos:nō vos lateat conuerſatio eius:via eius:vt
teſtimonio veſtro nobis confirmetur vere illum ad deum
eſſe conuerſum. Non enī ſilebat fama de vita eius:quādo
ſic vobis videndus et miſerādus offertur. Noſtis in actib⁹ Act.19.
apoſtolorum eſſe ſcriptum:quia multi perierint talium ar
tium homines:ꝛ doctrinarum nefariarum ſectatores: oēs
codices ſuos ad apoſtolos attulerunt:ꝛ incenſi ſunt libri tā
multi vt pertineret ad ſcriptorem:eſtimationem eorum fa
cere:et ſummam precij ɔſcribere. Hoc vtiqȝ propter gloriā Luce.19.
dei:ne tales etiam perditi deſperarentur ab illo qui nouit
querere quod perierat. Perierat ergo iſte: nunc queſitus:
inuentus:adductus eſt:portat ſecum codices incēdendos:
per quos fuerat incendendus:vt illis in ignem miſſis:ipſe
in refrigerium tranſeat. Sciatis eum tamen fratres olim
pulſare ad eccleſiam chriſti medicinam:ſed quia talis eſt in
qua exercitat⁹ erat:que ſupra ſe eſſet:ꝛ de mēdacio atqȝ fal
lacia dilatus eſt ne tēptaret:ꝛ aliquādo tamē admiſſus eſt
ne periculoſius tēptaret. Orate ꝑ illo:ꝑ xp̄m ꝑſus hodier
nam precē fundite dño deo noſtro Scim⁹ enī ꝛ certi ſum⁹:
q: oratio vr̄a delet oēs impietates ei⁹. Dñs vobiſcum.

¶ Incipit tractatus de pō.lxij.

A PRopter, eos qui forte rudes ſunt adhuc ad nomen
chriſti:quia vndiqȝ collegit qui pro oībus dedit ſan
guinem ſuum:dicendum eſt paucis quod et illi libenter au
diant qui nouerunt:et diſcāt qui nō nouerunt. Pſalmi iſti
quos cantamus:anteq̄ dñs noſter ieſus chriſtus nat⁹ eſſet
ex virgine maria:ſpiritu dei dictāte dicti et conſcripti ſunt.
Fuit enim dauid rex in iudeorum gente:que gens vna co Luce.2.
lebat deum vnum qui fecit celum et terram:mare ꝛ omnia
que in ipſis ſunt:ſiue que videntur:ſiue que non videntur.
Cetere autem gentes:aut idola colebāt que manibus ſuis
fecerant:aut creaturam dei:nō ipſum creatorem:id eſt aut
ſolem:aut lunam:aut ſtellas:aut mare:aut montes:aut ar
bores. Hec enim omnia deus fecit et laudari ſe vult in illis
non illa coli pro ſe. Ergo in ipſa gente iudeorum dauid rex Ibidem.
fuit:de cuius ſemine natus eſt dominus noſter ieſus xp̄us Roma.1.
ex maria virgine:quia de illo ducebat genus virgo maria:
que peperit chriſtum:ꝛ dicti ſunt iſti pſalmi: ꝛ prophetaba
tur in eis chriſtus vēturus poſt multos annos:ꝛ dicebatur
ab illis prophetis qui fuerūt anteq̄ dominus noſter ieſus
chriſtus de maria virgine naſceretur:quicquid futurū erat
temporibus noſtris:quod modo legimus ꝛ videmus:ꝛ mul
tum gaudemus quia ſpes noſtra predicta eſt a ſanctis:qui
illud nō videbant impletum:ſed in ſpiritu futurum videbāt
Et nos modo legimus ꝛ audimus a lectoribus:diſputam⁹
illa:et quomodo ſunt in ſcripturis:ſic ea videmus impleri
per totum orbem terrarum. Quis inde nō gaudeat? Quis
non ex ea que nōdum venerunt ventura ſperet: ꝓpter illa q̄
iam tāta impleta ſunt? Modo enim fratres videtis: q: to
tus mundus:tota terra: omnes gentes : omnes regiones
currunt ad nomen xp̄i:ꝛ credūt in xp̄m. Certe videtis hoc:
quomodo vbiqȝ euertātur vanitates paganorum: videtis:
Hoc manifeſtum eſt vobis: Nunquid et hoc de libro vobis
legimus et non ante oculos veſtros ſit? Hoc ergo totum qđ
videtis ante oculos veſtros fieri:ſcriptum eſt ante immēſa
volumina annorum: per iſtos quos modo legimus quādo
iam iſta impleri videmus. Sed quoniam ſcripta ſunt ꝛ alia
que nondū venerunt:id eſt quia dominus noſter ieſus chri
ſtus vēturus eſt vt iudicet:qui primo venit vt iudicaretur.
Venit enim primo humilis:poſtea venturus eſt excelſus:ve
nit vt oſtenderet exemplum patientie: poſtea venturus eſt
vt pro meritis iudicet omnes ſiue bonos ſiue malos: Quia
ergo nōdum venit hoc qđ ſperamus venturum xp̄m iudicē
Act.1. viuorum ꝛ mortuorum: debemus illud credere modicū qđ
reſtat. Venturam eſſe credamus quādo iam videmus tāta
que tunc futura erant:modo compleri. Stultus eſt enim q̄
non vult credere pauca que reſtant:cum videat tam multa
B impleta eſſe que tunc non erant quādo predicebant: Pſal
Luc.2.ꝛ.23 mus ergo iſte dicitur ex perſona domini noſtri ieſu xp̄i ꝛ ca
Marci.16. pitis et membrorum. Ille enim vnus qui natus eſt de ma
Roma.8. ria:et paſſus eſt:ꝛ ſepultus eſt:ꝛ reſurrexit ꝛ aſcendit in ce
lum:ꝛ modo ad dexteram patris ſedet ꝛ interpellat pro no
bis:caput

bis caput noſtrum eſt. Si ille caput eſt: nos mēbra ſumus
tota eccleſia eius que vbiq; diffuſa eſt: corpus ipſius eſt: cu
ius eſt ipſe caput. Non ſolū autem fideles qui modo ſunt
ſed et qui fuerunt ante nos: ⁊ qui poſt nos futuri ſunt vſq;
in finem ſeculi: omnes ad corpus eius pertinent: cuius cor=
Col.1. poris ipſe caput eſt qui aſcendit in celum. Quia ergo iā no
uimus caput et corpus: ille eſt caput: nos corpus. Quando
audimus vocem ipſius: et ex capite debemus audire et
ex corpore: quia quicquid paſſus eſt in illo: ⁊ nos paſſi ſum⁹
quia ⁊ nos quod patimur in nobis: et ipſe patitur. Quo=
modo ſi aliquid patiatur caput: nūquid poteſt dicere man⁹
quia non patitur? Aut ſi aliquid patitur manus nūquid po
1.Cor.12. teſt caput dicere: quia nō patitur? Quādo aliquid patitur
membrum noſtrum: omnia membra currunt vt ſubueniant
membro quod patitur. Si ergo ille cum paſſus eſt: nos in
Marci.16. illo paſſi ſumus: ⁊ ille iā aſcendit in celum ⁊ ſedet ad dexte
Act.1. ram patris: quicquid patitur eccleſia ipſius in tribulatio=
nibus huius ſeculi. in temptationibus: in neceſſitatibus: in
anguſtiis: quibus illam oportet erudiri: vt igne tanq̄ aurū
purget: ipſe patitur. Probamus hoc quia nos in illo paſſi
Col.2. ſumus: dicente apoſtolo. Si autem mortui eſtis cū xp̄o: q̄d
Roma.6. adhuc velut viuentes de hoc mūdo decernitis? Item dicit:
quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt cū illo: vt eua
cuetur corpus peccati. Si ergo in illo mortui ſumus: in illo
Col.3. etiam reſurreximus. Dicit enim ipſe apoſtolus. Si autem
reſurrexiſtis cum chriſto: que ſurſum ſunt ſapite: que ſurſū
ſunt querite: vbi chriſtus eſt in dextera dei ſedens. Si er=
go in illo mortui ſumus: et in illo reſurreximus: et ipſe in no
bis moritur: et in nobis reſurgit. Ipſe eſt enim vnitas capi
tis et corporis. Non immerito vox ipſius etiam noſtra eſt: ⁊
vox noſtra etiam ipſius eſt. Audiamus ergo pſalmum ⁊ in
eo chriſtum loquētem intelligamus. Titulū habet iſte pſal
C mus. ⌊Ipſi dauid cum eſſet in deſerto idumee.⌋ Per idu
mee nomen intelligitur ſeculum iſtud. Idumea enim gens
1.Reg.22. erat quedam errantium hominum: vbi idola colebantur.
Non in bono ponitur idumea iſta. Si non in bono poni=
tur: intelligendum eſt iſtam vitam: vbi patimur tantos la=
bores. ⁊ vbi tantis neceſſitatibus ſubditi ſumus: idumee
nomine ſignificari. Et hoc eſt deſertum vbi multū ſititur:
et audituri eſtis vocem modo ſitientis in deſerto. Si au=
tem cognoſcamus nos ſitientes: cognoſcemus nos et bibē
tes: quia qui ſitit in iſto ſeculo: in futuro ſeculo ſatiabitur:
Matth.5. dicente domino: Beati qui eſuriunt et ſitiunt iuſtitiam:
quia ipſi ſaturabuntur. Ergo in hoc ſeculo non debemus
quaſi amare ſaginam. Hic ſitiendum eſt: alibi ſaginabi=
mur. Modo autem vt non deficiamus in iſto deſerto: aſper
git nobis rorem verbi ſui: et non nos dimittet prorſus are=
ſcere: vt non ſit de nobis repetitio: ſed vt ſic ſitiamus vt
bibamus. Ut autem bibamus: aliqua gratia eius aſpergi=
mur: tamen ſitimus. Et quid dicit anima noſtra deo?

¶ Expoſitio pſalmi.

D ⌊DEus deus meus: ad te de luce vigilo.⌋ Quid eſt vi=
gilare? Utiq; nō dormire. Quid eſt dormire? Eſt ſom
nus anime: eſt ſomnus corporis. Somnū corporis omnes
debemus habere: quia ſi nō habeatur ſomnus corporis: de=
ficit homo: deficit ipſum corpus. Non enim poteſt diu ſuſti
nere corpus noſtrum fragile animam vigilantem et inten=
tam in actionibus. Si diu fuerit intenta anima in actioni=
bus: corpus fragile et terrenum non illam capit: non illam
ſuſtinet perpetuo agentem: et deficit et ſuccumbit. Ideo
de⁹ donauit ſomnū corpori: quo reparantur mēbra corpo=
ris: vt poſſint vigilantem animam ſuſtinere. Illud autem
cauere debemus: ne ipſa anima noſtra dormiat. Malus enī
eſt ſomnus anime: bonus ſomnus corporis quo reparatur
valitudo corporis. Somnus autem anime: eſt obliuiſci deū
ſuum. Quecūq; anima oblita fuerit deum ſuum: dormiuit.
Ideo dicit apoſtolus: quibuſdā obliti deum ſuū: Et tāq̄
in ſomno agentibus deliramēta culture idolorū. Sic ſunt
enim qui colunt idola: quomodo qui vident in ſomnis va=
na. Si aūt euigilet anima ipſorū: intelligit a quo facta eſt:
Eph.5. ⁊ nō colit qd̄ ipſa fecit. Dicit ergo quibuſdam apoſtolus.
Surge qui dormis et exurge a mortuis: et illuminabit te
chriſtus. Nunquid corpore dormientem excitabat apoſtol⁹
Sed excitabat animam dormientem: quando ad hoc eam
excitabat: vt illuminaretur a chriſto. Ergo ſecundum ipſas
vigilias dicit iſte: Deus deus meus ad te de luce vigilo. Nō
enim vigilares in te: niſi oriretur lux tua que te de ſummo
excitaret. Illuminat enim animas chriſtus: et facit eas vi=
gilare. Si autem lumen ſuū detrahat: obdormiunt. Ideo
enim illi dicitur in alio pſalmo: Illumina oculos meos: ne Ps̄.12.
vnq̄ obdormiam in morte. Aut ſi ab illo auerſi obdormiūt:
preſens eſt illis lumen et non poſſunt videre: quia dormiūt
Quomodo et corpore qui dormit inter diem: iam ortus eſt
ſol: iam dies calet: et ille tanq̄ in nocte eſt: quia non vigilat
vt videat iam ortum diem. Sic quibuſdam iam p̄ſente chri
ſto: iam predicata veritate: ineſt adhuc ſomnus anime illi⁹.
Ergo vos ſi vigiletis dicite quotidie: Surge qui dormis et Eph.5.
exurge a mortuis: et illuminabit te chriſtus. Uita enim ve=
ſtra et mores veſtri vigilare debent in chriſto: vt ſentiāt alij
pagani dormientes: et ad ſomnum vigiliarum veſtrarū ex=
citentur: et ipſi excutiant ſomnum: et incipiant in chriſto vo
biſcum dicere. Deus deus meus: ad te de luce vigilo. ⌊Si= E
tiuit † tibi anima mea.⌋ Ecce illud deſertum idumee. Ui= Al.† in te
dete quomodo hic ſitit: ſed videte quid hic bonum eſt: ſiti=
uit tibi. Sunt enim qui ſitiunt: ſed non deo. Omnis qui ſibi
vult aliquid preſtari: in ardore eſt deſiderij: Ipſum deſide
rium ſitis eſt anime. Et videte quanta deſideria ſunt in cor
dibus hominum: Alius deſiderat aurū: alius deſiderat ar
gentum: alius deſiderat poſſeſſiones: alius deſiderat here
ditates: alius amplam pecuniam: alius multa pecora: alius
domum magnam: alius vxorem: alius honores: alius filios.
Uidetis deſideria iſta: quomodo ſunt in cordibus hominū.
Ardent omnes homines deſiderio: et vix inuenitur qui di=
cat: Sitiuit tibi anima mea. Sitiunt enim homines ſeculo:
et non ſe intelligunt in deſerto eſſe idumee: vbi debet ſitire
anima ipſorum deo. Dicamus ergo nos: Sitiuit tibi anima
mea: Omnes dicamus: quia in concordia chriſti omnes vna
anima ſumus: ipſa anima ſitiat in idumea. Sitiuit tibi inq̄t F
anima mea. ⌊Quam multipliciter tibi † et caro mea.⌋ Al.† nō b
Parum eſt: quia ſitiuit anima mea: ſitiuit et caro mea. Por
ro ſi anima ſitit deo: quomodo et caro ſitit deo? Quādo enī
caro ſitit: aquam ſitit: quando anima ſitit: fontem ſapientie
ſitit. De ipſo fonte inebriabunt̄ anime noſtre: ſicut dicit ali⁹
pſalmus: Inebriabuntur ab vbertate domus tue: et torrē= Ps̄.35.
te delitiarum tuarū potabis eos. Sitienda eſt ergo ſapiē
tia: ſitienda eſt iuſtitia. Non ea ſatiabimur: non ea imple=
bimur: niſi cum fuerit finita vita iſta: et venerimus ad illud
quod promiſit deus. Promiſit enim deus equalitatem an= Ma.th.13
gelorum: et modo angeli non ſitiunt: quomodo nos: nō eſu
riunt quomodo nos: ſed habent ſaginam veritatis lucis im
mortalis ſapientie. Ideo beati ſunt: et de tanta beatitudi=
ne: quia in illa ſunt ciuitate hieruſalem celeſti: vnde nos mo
do peregrinamur: Attendunt nos peregrinos: et miseran=
tur nos: et iuſſu domini auxiliantur nobis: vt ad illam pa=
triam communem aliquando redeamus: et ibi cum illis fon
te dominico veritatis et eternitatis aliquando ſaturemur.
Modo ergo ſitiat anima noſtra: vnde et caro noſtra ſitit: ⁊ G
hoc multipliciter. Multipliciter tibi inquit ſitiet caro mea:
quia et carni noſtre promittitur reſurrectio. Quomodo ani
me noſtre promittitur beatitudo: ſic et carni noſtre promit=
titur reſurrectio. Reſurrectio carnis talis nobis promitti=
tur. Audite et diſcite et tenete q̄ ſit ſpes chriſtianorū. Qua
re ſumus chriſtiani? Non enim ad hoc ſum⁹ chriſtiani: vt ter
renam nobis felicitatem petamus quam plerumq; habent
et latrones et ſcelerati: Ad aliam felicitatem nos ſum⁹ chri=
ſtiani: quā tunc accipiemus cum vita iſta hui⁹ ſeculi tota trā
ſierit. Ergo p̄mittitur nobis ⁊ carnis reſurrectio: ⁊ talis re=
ſurrectio carnis nobis p̄mittit̄: vt caro quidē iſta quā modo
portamus reſurgat in finē. Nec incredibile vobis videat̄:
Si enī de⁹ fecit nos qui nō eram⁹: magnū illi eſt reparare q̄
eram⁹? Ergo hoc vobis incredibile nō videat̄: quia quaſi pu
treſcere mortuos videtis: ⁊ ire in cineres et in puluerē. Aut
ſi incendatur aliquis mortuus: aut ſi canes dilaniēt eum:
putatis quia inde non erit reſurrecturus? Omnia q̄ diſcer=

puntur: ꝛ in fauillas quaſdā putreſcunt: integra deo ſunt.
In illa enim elementa mundi eunt vnde primo venerunt.
Quando facti ſumus: nō illa videm⁹: ſed tamen deus vnde
ſcit producet illa: quia et anteq̄ eſſemus: vnde ſciebat nos
produxit. Talis ergo reſurrectio carnis nobis promittitur:
vt q̄uis ipſa ſit caro quam modo portamus que reſurrectu
ra eſt: tamen non habeat corruptionē: quā mō habet. Mo
do enim ex corruptione fragilitatis: ſi non manducem⁹: de
ficimus ꝛ eſurimus: Si nō bibam⁹: deficim⁹ ꝛ ſitim⁹: Si diu
vigilemus: deficimus et dormimus: Si diu dormiamus: de
ficimus: ideo vigilamus: Si diu manducemus ꝛ bibamus:
q̄uis propter refectionem manducemus et bibamus: ipſa
diuturna refectio defectio eſt: Si diu ſtem⁹ fatigamur ideo
ſedemus: ꝛ ſi diu ſedeam⁹: ꝛ ibi fatigamur et ideo ſurgim⁹.
Deinde videte quia nullus eſt carnis noſtre ſtatus quomā
infantia auolat in puericiam: et queris infantiam: ꝛ non eſt
infantia: quia iam pro infantia puericia eſt. Iterum et ipſa
migrat in adoleſcentiam: Queris puericiam ꝛ non inuenis
Adoleſcens fit iuuenis: queris adoleſcentem et non eſt. Iu
uenis fit ſenex: queris iuuenem et nō inuenis. Et ſenex mo
ritur: queris ſenem et non inuenis. Non ſtat ergo etas no
ſtra: vbiq̄ fatigatio eſt: vbiq̄ laſſitudo: vbiq̄ corruptio. At
tendētes qualem nobis ſpē reſurrectionis promittat de⁹:
D In iſtis omnibus multiplicibus defectionibus noſtris: ſiti
mus illam incorruptionem: et ſic caro noſtra multipliciter
ſitit deo: In iſta idumea: in iſto deſerto: q̄ multipliciter la
borat: tam multipliciter ſitit: q̄ multipliciter fatigatur: tam
multipliciter ſitit illam infatigabilem incorruptionem: q̄q̄
fratres mei bono chriſtiano et fideli etiam in hoc ſeculo ca
ro deo ſitit: quia ſi opus eſt carni pane: ſi opus eſt aqua: ſi
opus eſt vino: ſi opus eſt nummo: ſi opus eſt iumento carni
huic: a deo petere debet: nō a demonijs ꝛ idolis: et a neſcio
quibus poteſtatibus huius ſeculi. Sunt enim qui quando
famem patiuntur in iſto ſeculo: dimittunt deū et rogāt mer
curium: aut rogant iouem vt det illis: aut quem dicunt cele
ſtem parē: aut aliqua demonia ſimilia: non deo ſitit caro ip
ſorum. Qui autem deo ſitiunt: vndiq̄ debēt ſitire et anima
ꝛ carne: quia et anime deus dat panem ſuum: id eſt verbū
veritatis: carni deus dat que neceſſaria ſunt: quia deus fe
cit et animā ꝛ carnem. Propter carnē tuā rogas demonia.
Nunquid animam tuā deus fecit: et carnem tuā demonia
fecerunt? Qui fecit animam: ipſe fecit et carnem. Qui fecit
ambas res: ipſe paſcit ambas res. Vtrumq̄ noſtrum deo ſi
tiat: et ex labore multiplici ſimpliciter ſatietur. Ubi autem
ſitit anima noſtra: et multipliciter caro noſtra. Non cuicūq̄
I ſed tibi domine: id eſt deo noſtro ſitit. Ubi ſitit? [In terra
Al.† inuia deſerta † et ſine via et ſine aqua.] Seculū iſtud diximus:
ꝛ inaquoſa. ipſa eſt idumea: hoc eſt deſertum idumee: vnde titulū pſal
mus accepit. In terra deſerta. Parum eſt deſerta: vbi null⁹
hominum habitat: inſuper et ſine via et ſine aqua: Utinam
vel viā haberet ipſum deſertum: vtinā illuc homo incurrēs
vel noſſet qua inde exiret. Non videt hominem ad ſolatiū: nō
videt viā qua careat deſerto. Ergo ibi diuertit: vtinam eſſet
vel aqua vnde reficeretur qui inde nō pōt exire. Malum
Joā.14. deſertum: horribile ꝛ timendum. ꝛ tamē deus miſertus eſt
noſtri: et fecit nobis viam in deſerto: ipſum dominum nr̄m
ieſum chriſtum: et fecit nobis conſolationem in deſerto: mit
tendo ad nos predicatores verbi ſui: et dedit nobis aquā
in deſerto: implens ſpirituſancto predicatores ſuos: vt fie
Joā.4. ret in eis fons aque ſalientis in vitam eternam. Et ecce ha
bemus hic omnia: ſed non ſunt de deſerto. Ergo proprieta
tem deſerti prius commendauit pſalmus: vt et tu cum au
diſſes in quo malo eſſes: ſi quas hic habere poſſes conſola
tiones: vel ſociorum: vel vie: vel aque: nō tribueres deſerto
K ſed illi qui te viſitare dignatus eſt in deſerto. [Sic in ſctō
Al.† virtutem. apparui tibi: vt viderē † potētiam tuā ꝛ gloriā tuā. Primo
ſitiuit anima mea et caro mea multipliciter tibi in deſerto
et in terra ſine via: et ſine aqua: ꝛ ſic in ſctō apparui tibi, vt
viderem potentiam tuam et gloriā tuā. Niſi quis primo ſi
tiat in iſto deſerto: id eſt malo in quo eſt nūq̄ perueniet ad
bonum qđ eſt deus. Apparui aūt tibi inquit in ſancto. Nam
in ſancto eſt magna cōſolatio. Apparui tibi quid eſt? Ut vi
Gal.4 deres me: et ideo vidiſti me: vt viderē te. Apparui tibi vt

viderem: Nō dixit apparui tibi vt videres: ſꝫ dixit apparui
tibi vt viderē potētiam tuā et gloriam tuā: Unde et apoſto
lus. Nunc autem inquit cognoſcē⁹ eos deum: immo cogniti a Gal.4.
deo. Prius enim apparuiſtis deo: vt poſſit vobis apparere
deus: Ut viderem potētiam tuam et gloriam tuam. Re
uera in iſto deſerto: id eſt in iſta eremo: ſi tanq̄ ab eremo
exigat homo quod ſibi ſaluti eſt nūq̄ videbit potētiam do
mini: et gloriam dn̄i: ſed remanebit ſiti moriturus: nec viā
inueniet: nec conſolationem: nec aquam per quam duret in
eremo: Cum autem erexerit ſe ad deū: vt dicat illi ex me
dullis omnibus. Sitiuit tibi anima mea q̄ multipliciter et
caro mea: ne forte vel neceſſaria carnis ab alijs petat: et nō
a deo: aut non deſideret illam reſurrectionem carnis quam
nobis promittit deus: cum ergo ſe erexerit: habebit nō par
uas cōſolationes. Ecce fratres: quomodo caro noſtra: quā
diu mortalis eſt: q̄diu fragilis eſt: ante illam reſurrectionē
habet ſolatia iſta quibus viuimus: panem: aquam: fructus
vinum: oleum. Iſta omnia ſolatia et ſubſidia: ſi nos deſe
rāt vtiq̄ durare non poſſumus: quāuis nondum receperit
caro iſta ſanitatem illam perfectam: vbi nullam patietur
anguſtiam: nullam indigentiam: ſic et anima noſtra cū hic
eſt in iſta carne inter temptationes et pericula ſeculi hui⁹:
adhuc eſt infirma. Habet etiam ipſa ſolatia verbi: ſolatia
orationis: ſolatia diſputationis. Sic ſunt iſta anime noſtre:
quomodo illa carnis noſtre. Cum autem reſurrexerit caro
noſtra: vt iam iſtis non indigeamus: habebit locum quē
dam et ſtatum incorruptionis ſue: ſic et anima noſtra habe
bit cibum ſuum ipſum verbum dei: per quod facta ſunt om
nia. Tamen gratias deo qui modo in hac eremo non nos
deſerit: ſiue dando nobis quod neceſſarium eſt carni: ſiue Joā.1.
dando nobis quod anime neceſſarium eſt: et quāto nos ali
quib⁹ neceſſitatib⁹ erudit: vult vt amplius illū diligam⁹: Ne
forte p ſaginā corrūpamur ꝛ obliuiſcamur eū: ſubtrahit no
bis aliq̄ñ que neceſſaria ſunt: ꝛ atterit nos: vt ſciamus q̄
pater et dn̄s eſt: non ſolum blandiens: ſed et flagellans:
Preparat enim nos cuidā hereditati incorruptibili et ma
gne. Si vnam cuppam: aut vnā ſellam tuā: aut ſi quid ha
bes in domo tua cogitas dimittere filio tuo: ꝛ ne pdat illud
erudis eum: et flagellas eum ad diſciplinam: corrigis ne p
dat nihil tuum: qđ et ipſe hic dimiſſurus eſt: ſic et tu nō vis
vt nos erudiat pater noſter in flagellis etiā neceſſitatum:
aut tribulationum: qui nobis talem hereditatem daturus
eſt: ꝛ que tranſire nō poſſit? Hereditatem enim nobis dabit
ſeipſum deus: vt ipſū poſſideamus: ꝛ ab ipſo poſſideamur
in eternum. Ergo in ſancto appareamus deo: vt appareat
nobis. Appaream⁹ illi in ſctō deſiderio: vt appareat nobis
in potētia ꝛ gloria filij dei. Multi enī nō apparuit ſint i ſctō L
vt appareat et illis. Nam multi putāt illū tātūmodo hoīem
fuiſſe: q̄ p̄dicatur natus ex hoīe: crucifixus ꝛ mortuus: am
bulaſſe in terra: manducaſſe ꝛ bibiſſe: ꝛ cetera egiſſe q̄ ſunt
humana: ꝛ putāt illum talem fuiſſe quales ſunt ceteri ho
mines. Audiſtis aūt modo cū euāgeliū legeret: quō cōmen
dauit maieſtatem ſuā: Ego ꝛ pater vnum ſumus. Ecce quā Joā.10.
ta maieſtas ꝛ quāta equalitas patris: deſcēdit ad carnem
ꝓpter infirmitatem noſtrā. Ecce quātū dilecti ſum⁹: anteq̄
deū diligerem⁹. Si anteq̄ deū diligeremus: tātum ab illo
dilecti ſumus: vt equalem ſibi filium ſuū hoīem faceret ꝓ
pter nos: quid nobis ſeruauit iam diligētibus ſe? Ergo mul
ti neſcio q̇d minimum putāt apparuiſſe in terra filiū dei: q̄
nō ſunt in ſctō: nō eis apparet potētia ipſius ꝛ gloria ipſi⁹:
id eſt q̄ nōdum ſanctificatū habēt cor vnde intelligāt emi
nentiam virtutis illius: ꝛ gratias agāt deo: q̄ ꝓpter ipſos
ipſos tātus quo venit: ad quā natiuitatem: ad quā paſſionē
nō poſſunt videre gloriā ipſius ꝛ potētiam ipſius. [Quo
niam melior eſt miſericordia tua ſup vitas.] Multe ſunt vi M
te humane: ſed deus vnā vitam ꝓmittit: ꝛ nō illam dat no
bis quaſi propter merita noſtra: ſed ꝓpter miſericordiam
ſuam. Quid enī boni egimus: vt illud mereremur? Aut que
bona facta noſtra preceſſerūt: vt deus nobis gratiam ſuam
daret: Nunquid inuenit iuſtitias quas coronaret: et nō deli
cta que donaret? Utiq̄ delicta q̄ donauit ſi punire vellet:
non eſſet iniuſtum. Quid enim tam iuſtum q̄ vt puniatur
peccator? Cum iuſtum ſit vt puniatur peccator: ꝓtinuit ad
miſericordiam

miſericordiam ipſius non punire peccatores ſed iuſtificare
Roma.4. et de peccatore facere iuſtum:et de impio facere pium. Er-
go miſericordia ipſi᷒ melior ſuper vitas. Quas vitas? Quas
ſibi homines elegerunt. Alius elegit ſibi vitam negociandi
alius vitam ruſticandi: alius vitam fenerandi: alius vitam
militandi: alius illam: alius illam. Diuerſe ſunt vite: ſed me-
lior eſt miſericordia tua ſuper vitas noſtras. Melius eſt qđ
das correctis: ꝙ quod eligunt peruerſi. Unam vitaȝ donas
que preponatur omnibus noſtris quaſcumqȝ in mundo eli-
gere potuerimus. Quoniam melior eſt miſericordia tua ſu-
per vitas. ⌊ Labia mea laudabunt te. ⌋ Non te laudarent
labia mea: niſi me ꝑcederet miſericordia tua. Dono tuo te
laudo: per miſericordiam tuaȝ te laudo. Non enim ego poſ-
ſem laudare deuȝ: niſi mihi donaret laudare ſe poſſe. Quo-
niam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea lau-
N dabunt te. ⌊ Sic benedicam te in vita mea: et in nomine
tuo leuabo manus meas. Sic benedicā te in vita mea. Iaȝ
in vita mea quam mihi donaſti: non in illa quam ego elegi
ſecundum mundum cū ceteris inter multas vitas: ſed quaȝ
dediſti mihi per miſericordiam tuam vt te laudarem. Sic
benedicam te in vita mea. Quid eſt ſic? Ut miſericordie tue
tribuam vitam meam: in qua te laudo: non meritis meis.
Et in nomine tuo leuabo manus meas. Leua ergo manus
Math.27 in oratione: Leuauit pro nobis dominus deus noſter ma-
nus in cruce: et extenſe ſunt manus eius pro nobis. Ideo
extenſe ſunt manus eius in cruce: vt manus noſtre extendā-
tur in bona opera: quia crux ipſius miſericordiam nobis
prebuit. Ecce leuauit ille manus; et obtulit pro nobis
ſacrificium deo ſeipſum: et per illud ſacrificium deleta ſunt
omnia peccata noſtra. Leuemus et nos manus noſtras ad
deum in prece: et non cōfundentur manus noſtre leuate ad
deum: ſi exerceantur in bonis operibus. Quid enim facit
1.Timot.2 qui leuat manus? Unde preceptum eſt vt leuatis manibus
oremus ad deum? Apoſtolus enim dicit: Leuantes puras
manus ſine ira et diſceptatione: vt cum leuas manus tuas
ad deum: veniant tibi in mentem opera tua. Quia eñ ma-
nus iſte leuantur vt impetres quod vis: ipſas manus cogi-
tans in bonis operibus exerce: ne erubeſcant leuari ad deū
In nomine tuo leuabo manus meas. Iſte ꝑces noſtre ſunt
Iob.4. in hac idumea: in hoc deſerto: in terra ſine aqua et ſine via:
O vbi nobis chriſtus eſt via: ſed non via de hac terra. In no-
mine tuo leuabo manus meas. Et quid dicam: cuȝ leuo ma-
nus meas in nomine tuo? Quid petam? Eia fratres: quādo
leuatis manus: querite quid petatis. Ab omnipotēte enim
petitis: Aliquid magnum petite: non qualia petunt qui nō-
dum crediderunt. Videtis qualia dentur et impijs. Petitu-
rus es a deo tuo pecuniam: nunquid non donat eam et ſce-
leratis qui in illam non credunt? Quid ergo pro magno pe-
titurus es qđ donat et malis? Sed non tibi diſpliceat: quia
que donat et malis: tam friuola ſunt: vt hec et malis dona-
ri digna ſint: ne tibi quaſi magna videantur que poſſunt do-
nari et malis. Dei quidem ſunt et omnia dona terrena:
ſed videte: quia que donat et malis: non pro magno haben-
da ſunt. Eſt aliud quod nobis ſeruat. Cogitemus autē que
donat et malis: et hinc intelligam᷒ quid ſeruet bonis. Que
donat malis videte. Donat illis lucem iſtam: videte quia vi-
dent illam boni et mali: Pluuiam que deſcendit ſuper ter-
ram: et hinc quanta bona naſcuntur: et malis inde preſtā-
Math.5. et bonis: dicente euangelio: Qui ſolem ſuum oriri facit ſup
bonos et malos: et pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. Dona er-
go iſta que naſcuntur: vel de pluuia: vel de ſole: a domino q̇-
dem noſtro petere debemus: cuȝ ſint neceſſaria: ſed nō iſta
ſola: quia iſta dantur et bonis et malis. Quid ergo debem᷒
petere quando leuamus manus? Quia quomodo potuit di-
xit illud pſalm᷒. Quid eſt quod dixi: quomodo potuit? Quo-
modo potuit os humanum auribus humanis: Quia p ora
humana iſta dicta ſunt: et per quaſdam ſimilitudines dicta
ſunt: quomodo capere poſſent oēs infirmi: omnes paruuli.
Quid dixit? Quid petiuit? In nomine inq̇t tuo leuabo ma-
P nus meas. Quid accepturus? ⌊ † Tanꝙ adipe et pingue-
Ar.†.ſicut. dine repleatur anima mea. ⌋ Putatis aliqua pinguedine
repleatur anima mea? Putatis aliquam pinguedinem car-
nis deſideraſſe animam iſtam, fratres mei? Non enim hoc

pro magno deſiderat vt pingues arietes: vt pingues porci
illi mactarentur: vt veniret ad aliquam coquinam: vbi inue-
niret obſonia pinguia vnde ſaturaretur. Si hoc crediderī-
mus: digni ſumus qui iſta audiam᷒. Ergo aliquid ſpiritua-
le debemus intelligere. Habet quandaȝ pinguedinem ani-
ma noſtra. Eſt quedam ſaturitas pinguis ſapientie. Supiē-
tia enim iſta anime que carent: macreſcunt: et omnino ita
exiles fiunt: vt in bonis omnibus operibus cito deficiant.
Quare cito deficiūt in omnibus bonis operibus? Quia nō
habent pinguedinem ſaturitatis ſue. Audi apoſtolum dicē-
tem de pingui anima precipientem: vt quiſqȝ bene operet.
2.Cor.9. Quid ait? Hilarem datorem diligit deus. Pinguis anima
vnde eſſet pinguis: niſi a domino ſaturaretur? Et tamē ꝙ-
tumlibet hic ſit pinguis: quid erit in illo futuro ſeculo quo
nos paſcit deus interim in hac peregrinatiōe? Quid erim᷒
tunc? Nec dici poteſt: Et fortaſſe ipſam ſaturitatē optam᷒
hic quando leuamus manus noſtras: vbi pinguedine ſic ſa-
turabimur: vt omnino omnis indigentia noſtra intereat: et
nihil deſideremus: quia totum preſto nobis erit: quicquid
hic deſideramus: quicquid hic pro magno amamus. Iam
patres noſtri mortui ſunt: deus autem viuit. Non hic potui-
mus ſemper habere patres: ibi autem ſemper habebimus
viuum vnum patrem: habentes patriaȝ noſtram: Quecūqȝ
terrena ſunt: ſemper ibi eſſe non poſſumus: et neceſſe eſt vt
alij naſcantur: et ad hoc naſcātur filij ciuium illorum: vt ex-
cludat inde parentes ſuos. Ad hoc enim naſcitur puer: vt
dicat maiori: Quid hic agis? Neceſſe eſt vt qui ſuccedūt et
qui naſcuntur: excludant eos qui ſe preceſſerunt. Ibi oēs
pariter viuemus: non ibi erit ſucceſſor: quia nullus deceſſor:
Qualis illa patria? Sed diuitias hic amas: ipſe deus tibi
erit diuitie tue. Sed amas fontem bonum: quid preclarius
illa ſapientia? quid lucidius? Quicquid hic poteſt amari: p
omnibus tibi erit qui fecit omnia. Tanꝙ adipe et pinguedi-
ne repleatur anima mea. ⌊ Et † labia exultationis † lauda- Ar.†labiis †laudabit os meum.
bunt nomen tuum. ⌋ In hac eremo: in nomine tuo leuabo
manus meas: Impleatur anima mea tāꝙ adipe et pingue-
dine: et labia exultationis laudabunt nomen tuū. Modo
enim oratio ꝙdiu ſitis: cum ſitis tranſierit: trāſit oratio: et
ſuccedet laudatio. Et labia exultationis laudabunt nomē
Q
tuum. ⌊ † Si memoratus ſum tui ſuper ſtratum meum: in Ar.† Sic memor fui
† diluculis † meditabar in te: quia fact᷒ es adiutor me᷒. ⌋ †matutinis.
Stratum ſuum: quietem ſuam dixit. Quādo aliqs quiet᷒
eſt: memor ſit dei: quādo aliquis quietus eſt: nō per quietē
diſſoluatur ⁊ obliuiſcatur deum. Si memor eſt dei quando †meditabor.
quietus eſt: in actionibus ſuis in deuȝ meditatur. Diluculo
enim dixit actiones: quia omnis homo diluculo incipit ali-
quid agere. Quid ergo dixit? Si memor fui tui ſ ſtrato meo
et in diluculis meditabor in te. Si ergo non fui memor in
ſtrato meo: nec in diluculo meditabor in te. Qui quādo oc-
cioſus eſt non cogitat deum: in actionibus ſuis cogitare deū
poteſt? Qui autē memor eius eſt: quādo quietus eſt: in ipſo
meditatur cuȝ agit: ne in actionibus ſuis deficiat: Ideo q̇d
adiecit? Et in diluculis meditabor in te: quia factus es adiu-
tor meus. Etenim niſi deus adiuuet bona opera noſtra: im-
pleri a nobis nō poſſunt: Et digna debemus operari: id eſt
tāꝙ in luce: quādo, chriſto demōſtrāte operamur. Quicūqȝ
operatur mala: in nocte operatur: non in diluculo: apoſtolo
dicente: Qui inebriantur: nocte inebriātur: et qui dormiūt: 1.theſſal.5.
nocte dormiūt: Nos qui diei ſumus: ſobrij ſimus. Hortatur Roma.13.
nos vt ſecundum diem ambulemus honeſte: ſicut in die in-
quit: honeſte ambulemus. Et iterum: Uos inquit filij lucis 1.theſſal.5
eſtis et filij diei: non eſtis noctis neqȝ tenebrarū. Qui ſunt
filij noctis: et filij tenebrarum? Qui omnia mala operantur
Uſqȝadeo filij noctis ſunt: vt timeant videri que operantur
Et que publice operantur mala: ideo publice operantur: qr
multi illa operantur: Que pauci operantur: in abſcondito
operantur. Qui autem talia publice operantur: ſunt qui-
dem in luce ſolis: ſed in tenebris cordis. Nemo ergo in dilu-
culo operatur niſi qui in chriſto operatur. Sed qui ocioſus
memor eſt chriſti: in ipſo meditatur in omnibus actionibus
ſuis: et eſt illi adiutor in bono opere: ne per infirmitatem
ſuam deficiat. Si memoratus ſum tui ſuper ſtratum meū:
in diluculis meditabor in te: quia factus es adiutor meus.

R. ⌊Et in velamento †pennarum tuarū exultabo. Hilareſco
Al.† alarū in bonis operibus: quia ſup me eſt velamē pennarum tua-
rum. Si me non protegas: quia pullus ſum: miluus me ra-
piet. Dicit enim quodam loco ipſe dominus noſter ad hie-
ruſalem quādam ciuitatem illam vbi crucifixus eſt: Hieru
Math.23. ſalem inquit hieruſalem: quotiens volui filios tuos cōgre
gare tanq̄ gallina pullos ſuos: et noluiſti. Paruuli ſumus:
ergo protegat nos deus ſub vmbraculo alarū ſuarū. Quid
cum maiores facti fuerimus? Bonum eſt nobis vt et tunc
protegat nos: vt ſub illo maiore ſemper nos pulli ſimus.
Semper enim ille maior eſt quātūcūq̄ creuerimus. Nemo
dicat: protegat me cum paruulus ſum: quaſi aliquando ad
tātam magnitudinem poſſit peruenire: qua ſibi ſufficiat:
Sine protectione dei nihil eſt: ſemper ab illo ꝓtegi velim⁹.
Tunc ſemper in illo magni eſſe poterimus: ſi ſemp̄ ſub illo
paruuli ſimus. Et in velamento pennarum tuarum exulta-
Al.† adhe bo. ⌊†Agglutinata eſt anima mea poſt te.⌋ Uidete deſi-
ſit. derantem: videte ſitientem: videte quomodo heret deo.
Naſcatur in vobis affectus. Si iam germinat: compluatur
et creſcat: ꝑueniat ad tale robur: vt et vos dicatis ex toto
corde: agglutinata eſt anima mea poſt te: Ubi eſt ipſum glu
ten? Ipſum gluten charitas eſt. Charitatem habe quo glu
tine agglutinetur anima tua poſt deum: Non cum deo: ſed
poſt deum: vt ille precedat: tu ſequaris. Qui enim voluerit
deum antecedere: conſilio ſuo vult viuere: et nō vult ſequi
precepta dei. Propterea et petrus repulſus eſt: quando
voluit conſilium dare chriſto paſſuro pro nobis. Adhuc eñ
infirmus erat petrus: et quāta vtilitas eſſet generis huma
ni in ſanguine xp̄i: non nouerat. Dominus autem qui vene
rat redimere nos: et dare precium ꝑ nobis ſanguinem ſuū:
cepit predicare paſſionem ſuam. Expauit petrus quaſi mo
riturum dominū: quem volebat hic ſemper viuere quomō
illum videbat: quia carnalibus oculis deditus: carnali affe
ctu circa dominum tenebatur: et ait illi: Abſit a te domine
Math.16. propitius eſto tibi. Et dominus: Redi poſt me ſathanas:
non enim ſapis que dei ſunt: ſed que ſunt hominum. Qua-
re que ſunt hominum? Quia antecedere me vis: Redi poſt
me vt ſequaris me: Ut iam ſequens chriſtum diceret: Agglu
S tinata eſt anima mea poſt te. Merito annectit. ⌊Me ſu-
ſcepit dextera tua⌋ Agglutinata ē poſt te anima mea: me
ſuſcepit dextera tua. Dixit hoc chriſtus ī nobis: id eſt in no
mine quem geſtabat pro nobis: quem offerebat pro nobis
Dixit hoc: dicit hoc et eccleſia in chriſto: dicit in capite ſuo:
quia et ipſa paſſa eſt hic ꝑſecutiones magnas: et ſingillatim
etiam modo patitur. Quis enim pertinens ad chriſtum: nō
varijs temptationibus agitatur: et quotidie agit cum illo
diabolus et angeli eius: vt peruertatur qualibet cupiditate
qualibet ſuggeſtione: aut promiſſiōe lucri: vel terrore dāni
vel promiſſione vite: vel terrore mortis: aut alicuius poten
tis inimicicijs: aut alicui⁹ potētis amicicijs? Omnibus mo
dis inſtat diabolus quēadmodū deijciat: Et in perſecutio
nibus viuimus: et habemus ꝑpetuos inimicos: diabolum et
angelos eius: ſed nō timeamus. Sic ſunt diabolus et ange
Math.23. li eius quaſi milui: Sub illi⁹ galline alis ſim⁹: et nō nos pōt
cōtingere. Gallina enim que nos ꝓtegit: fortis eſt: Infir-
ma eſt propter nos: ſed fortis eſt in ſe dñs noſter ieſus xp̄s
ipſa ſapientia dei. Ergo dicat hoc et eccleſia. Agglutinata eſt
T anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua ⌊Ipſi vero in
vanum queſierunt animam meā.⌋ Quid mihi fecerūt qui
queſierunt animā meā perdere? Utina quererēt animā meā:
vt crederēt mecum: ſed queſierūt aīam meā vt perderēt me.
Quid facturi? Nō enim rapturi erāt gluten quo adheſit aīa
mea poſt te: Quis enim nos ſepabit a charitate xp̄i? Tribu
Roma.8. latio: an anguſtia: an ꝑſecutio: an fames: an nuditas: an gla
dius? Dextera tua ſuſcepit me. Ergo ꝓpter illud gluten: et
ꝓpter potētiſſimā dexterā tuā: in vanū queſierunt animā
meā: Quotquot ꝑſecuti ſunt: vel ꝑſequi cupiūt eccleſiam:
pōt de his hoc intelligi: maxime hoc tamē accipiam⁹ de iu-
deis: q̄ queſierūt aīam xp̄i perdere. Et in ipſo capite noſtro
qđ crucifixerūt: et in diſcipulis ei⁹ quos poſtea ꝑſecuti ſunt.
V Queſierunt aīam meā. ⌊Introibūt in inferiora terre. Ter-
ram perdere noluerūt: vt crucifigerēt xp̄m: in inferiora terre
ierunt. Que ſunt inferiora terre? Terrene cupiditates. Me
lius eſt carne ambulare ſup terrā: q̄ cupiditate ire ſub ter-
ram. Omnis enim qui cōtra ſalutē ſuam cupit terrena: ſub
terra ē: q: terrā ſibi ꝓpoſuit: terrā ſup ſe poſuit: et ſe ſubter
fecit. Illi ergo timētes terrā perdere: quid dixerūt de dño
ieſu chriſto cum viderēt multas turbas ire poſt illum: quia
mirabilia faciebat? Si illum dimiſerimus viuum: venient ro
mani et tollēt nobis et locum et gentem. Timuerūt perde Joā.11.
re terrā: et ierūt ſub terrā: accidit eis et qđ timuerūt: Nam
ideo voluerūt xp̄m occidere: ne terram perderent: et ideo ter-
ram perdiderūt: q: xp̄m occiderūt. Occiſo enim xp̄o: q: dixe-
rat illis ipſe dñs. Auferetur a vobis regnum: et tradet gēti Math.21.
facīēti iuſticiā: ſecute ſunt illos magne calamitates ꝑſecu-
tionum. Uicerunt illos imperatores romani: et reges gen-
tium: Excluſi ſunt de ipſo loco vbi crucifixerunt xp̄m: et mō
locus ille plenus eſt laudatoribus chriſtianis: nullū iudeū
habet: Caruit inimicis xp̄i: impletus eſt laudatorib⁹ xp̄i.
Ecce perdiderūt a romanis locum: q: xp̄m occiderūt: qui pro
pterea occiderūt: ne locum a romanis perderēt. Ergo intro-
ibunt in ima terre. ⌊Tradētur in manus gladij.⌋ Reuera
ſic illis viſibiliter cōtingit: expugnati ſunt irruentibus ho-
ſtibus. ⌊Partes vulpium erunt.⌋ Uulpes dicit reges ſe-
culi: qui tūc fuerūt qn̄ debellata eſt iudea. Audite vt noue-
ritis: et intelligatis: q: ipſos dicit vulpes. Herodem regem
ipſe dñs vulpem appellauit. Ite inquit et dicite vulpi illi. Luce.13.
Uidete et attēdite fratres mei: xp̄m regem habere noluerūt
et ptes vulpium facti ſunt. Quādo eñ pylatus preſes in iu
dea legatus: occidit xp̄m et vocibus iudeorū: dixit ipſis iu
deis: Regem veſtrū crucifigam? Quia dicebatur rex iudeo Joā.19.
rum: et verus rex ipſe. Et illi repellētes xp̄m: dixerūt: Nos
non habemus regem niſi ceſarē. Repulerūt agnum: elege-
runt vulpem: merito ptes vulpiū facti ſunt. Rex vero: ideo
ita poſitum eſt: q: illi vulpem elegerunt: regem vero nolue
runt. Rex vero: id eſt verus rex: cui titulus inſcriptus eſt:
quādo paſſus eſt. Nam pylatus hunc titulū ſup caput ei⁹ Ibidem.
inſcriptū poſuit: rex iudeorum: hebrea lingua: greca: et lati
na: vt omnes qui trāſirent legerent gloriā regis: et ad igno
miniam ipſorum iudeorum: qui eijcientes verū regem: ele
X gerunt vulpem ceſarem. ⌊Rex vero letabit̄ in deo.⌋ Illi
facti ſunt ptes vulpium: Rex vero letabitur in deo. Quem
ſibi viſi ſunt quaſi ſupaſſe cū crucifigerent: tunc crucifixus
fudit precium quo emit orbem terrarum. Rex vero letabi
tur in deo. ⌊†Laudabitur omnis qui iurat in ipſo.⌋ Qua Al.† Lau-
re laudabitur omnis qui iurat in ipō? Quia ſibi elegit xp̄m: dabantur
non vulpē: q: quādo illi iudei inſultauerūt: tūc dedit ille vn- oēs q̄ iurāt
de redimeremur: Ad ipſum ergo ptinemus: qui nos rede- in eo.
mit: qui pro nobis mūdum vicit: non armato milite: ſed ir-
riſa cruce. Rex vero letabitur in deo: laudabitur: oīs q̄ iu-
rat in ipſo. Qui iurat in eo? Qui pollicetur ei vitam ſuā: qui
vouet illi et reddit: qui fit chriſtian⁹: hoc eſt quod ait: Lau Al.† q: ob
dabitur omnis qui iurat in ipſo. ⌊† Quī oppilatū eſt os lo ſtructum.
quentium iniqua.⌋ Quanta iniqua locuti ſunt iudei: quā-
ta mala dixerant: nō ſolum iudei: ſed et omnes qui propter
idola chriſtianos perſecuti ſunt. Quādo ſeuiebāt in chriſtia
nos: putabant q̄ poſſent finire chriſtianos: Cū putāt q̄ poſ
ſent finire: chriſtiani creuerūt: et ipſi finiti ſunt. Oppilatū
eſt os loquentium iniqua. Nemo audet modo publice loqui
contra chriſtum. Iam omnes timent chriſtum. Quoniā op
pilatū eſt os loquentiū iniqua. Quādo in infirmitate agn⁹
erat: etiā vulpes audebāt cōtra agnū: Uicit leo de tribu iu-
da: et ſiluerūt vulpes: qm̄ oppilatū eſt os loquētiū iniqua. Apoca. 5.

❡ Explicit Tractatus de pſ. lxij.

❡ Incipit Tractatus de pſ. lxiij.

❡ Prefatio.

Paſſionis ſanctorum martyrū dič hodie feſtū habētes A
in eorū recordatione gaudeam⁹: recolētes quid patie
bantur: et intelligentes quid intuebantur. Nunq̄ eñ tan-
tas tribulationes carne tolerarēt: niſi magnam quietē men
te conciperent. Hunc itaq̄ pſalmum pro ipſa ſolēnitate cur
ramus. Heſterno eñ die multa audiuit charitas veſtra: nec
hodie tamē huic feſtiuitati negare potuim⁹ noſtrā ſeruitutē
Itaq̄ qm̄ maxime dñi paſſio cōmendat̄ in hoc pſalmo: nec
potuerūt eſſe fortes martyres: niſi intuerent̄ eū qui prim⁹
paſſus eſt: nec talia ſuſtinerēt in paſſione qualia ille: niſi ta

lia ſperarent in reſurrectione: qualia ipſe de ſe demõſtrauit
Nouit autem ſanctitas veſtra caput noſtrum eſſe dominum
noſtrū ieſum chriſtū: omneſq; illi coherētes mēbra eſſe illius
capitis: eiuſq; vocem iam habetis notiſſimam: quoniā nõ ex
Marci.16. ſolo capite: ſed etiam ex corpore loquitur: Voceſq; eius non
Act.1. tantum ipſum dominū ieſum chriſtū qui iam aſcendit in ce
lum: vel ſignificāt: vel predicant: ſed etiā eius mēbra caput
propriū ſecutura. Agnoſcamus hic nõ ſolū illius vocē: ſed et
noſtrā. Et nemo dicat q̄ hodie in tribulatione paſſionū nõ
ſum⁹. Supra enī audiſtis hoc: q2 illis tēporib⁹ eccleſia quaſi
tota ſimul impellebatur: nūc autē p ſingulos tēptatur. Alli
gatus eſt quidē diabol⁹ ne faciat quantum poteſt: ne faciat
Math.9. quantum vult: tamen tantum temptare ſinitur: quātū expe
dit proficientibus. Non nobis expedit eſſe ſine temptationi
bus: nec rogamus deum vt non temptemur: ſed vt nõ indu
camur in temptationē. Dicamus ergo et nos.

¶ Expoſitio pſalmi.

B
Al.† tribu
los.
Al.† eripe
Diſ.15. Sā
cta roma
na.in me.

Exaudi deus orationem meam cū † deprecor: a timo
re inimici † erue animam meam. Seuierunt inimi
ci in martyres. Quid orabat iſta vox corporis xp̄i? Hoc ora
bat vt eruerentur ab inimicis: et non eos poſſent occidere
inimici. Ergo exauditi non ſunt: quia occiſi ſunt: et deſeruit
deus contritos corde: ſeruos ſuos: et ſperantes in ſe deſpe
xit? Abſit. Quis enim inuocauit dominum: et derelictus eſt
ab eo? Quis ſperauit in eum: et deſertus eſt ab eo? Exaudie
bantur ergo et occidebantur: et tamē ab inimicis eruebant
Alij timentes conſentiebant et viuebāt: et tamē ipſi ab ini
micis abſorbebant. Occiſi eruebantur: viuentes abſorbebā
tur. Inde eſt et illa vox gratulationis: Forſitā viuos abſor
Ps̄.123. buiſſent nos. Multi abſorpti: et viui abſorpti: multi mortui
abſorpti. Qui putauerunt inanem eſſe fidem chriſtianā: mor
tui abſorpti ſunt: Qui autē ſcientes veritatem eſſe predica
tionem euangelij: chriſtum eſſe filium dei ſcientes: et hoc cre
dentes: et hoc intus tenentes: ceſſerunt tamen doloribus:
et idolis ſacrificauerunt: viui abſorpti ſunt. Illi abſorpti: q2
mortui: illi autem quia abſorpti: mortui. Non enim abſor
pti viuere potuerunt: quāuis viui abſorberētur. Ergo hoc
orat vox martyrum: A timore inimici erue animam meam:
non vt non me occidat inimicus: ſed vt non timeam occidē
tem inimicum. Hoc orat in pſalmo impleri ſeruus quod mo
do iubebat domin⁹ in euāgelio. Quid modo iubebat dñs?
Math.10. Nolite timere eos qui corpus occidunt: animā autē nõ poſ
ſunt occidere: ſed eum potius timete qui habet poteſtatem
et animam et corpus occidere in gehennā ignis. Et repeti
uit: Ita dico vobis: eum timete. Qui ſunt qui corpus occi
dunt? Inimici. Quid iubebat dominus? Ne timerent. Ore
tur ergo: vt preſtet quod iubet. A timore inimici erue ani
mam meam. Erue me a timore inimici: et ſubde timori tuo.
Non timeam eū qui corpus occidit: ſed timeā eū qui habet
poteſtatem et corpus et animam occidere in gehennā ignis
Nõ enim a timore volo eſſe immunis: ſed a timore inimici li
C ber: ſub timore dñi ſeru⁹. Protexiſti me a conuētu malignā
tium: a multitudine operantium iniquitatem. Iam ipſū
caput noſtrum intueamur. Multi martyres talia paſſi ſunt:
ſed nihil ſic elucet quomodo caput martyrum: Ibi melius
intuemur quod illi experti ſunt. Protect⁹ eſt a multitudine
malignātiū ꝓtegēte ſe deo ꝓtegēte carnē ſuā ipſo filio et ho
Phil.2. mine quem gerebat: quia filius hominis eſt: et fili⁹ dei eſt.
Fili⁹ dei propter formā dei: fili⁹ hominis propter formā ſer
Joh.10. ui: habens in poteſtate ponere animam ſuam et recipere eā
Math.10. Quid ei potuerunt facere inimici? Occiderūt corp⁹ animā
nõ occiderunt. Intendite: Parū ergo erat dño hortari mar
tyres verbo: niſi firmaret exēplo. Noſtis qui conuent⁹ erat
malignantiū iudeorū: et que multitudo erat operantiū iniq
Joā.10. tatem. Quā iniquitatē? Quia voluerūt occidere dñm ieſum
chriſtū: Tāta opera bona inquit oſtēdi vobis propter quod
horum me vultis occidere? Pertulit omnes infirmos eorū
curauit omnes languidos eorū: predicauit regnū celorū: nõ
tacuit vitia eorū: vt ipſa potius eis diſplicerēt: nõ medic⁹ a
quo ſanabātur. His omnibus curationibus eius ingrati: tā
q̄ multa febri phrenetici inſanientes in medicum qui vene
rat curare eos: excogitauerūt cõſiliū perdēdi eū tāq̄ ibi vo
lentes probare: vtrū vere homo ſit qui mori poſſit: an aliq̄d

Sap.2. ſup homines ſit et mori ſe nõ ꝑmittat. Verbū ipſorū agno
ſcimus in ſapiētia ſalomonis: Morte turpiſſima inquiūt cõ
demnem⁹ eū. Interrogem⁹ eū: erit enī reſpect⁹ in ſermoni
D bus illius. Si enim vere filius dei eſt: liberet eū. Videam⁹
Al.† vt. ergo q̄d factū ſit. Quia exacuerūt † tāq̄ gladiū linguas
Ps̄.56. ſuas. Filij hominū dētes eorū arma et ſagitte: et lingua eo
rum gladius acutus: Quod dicit et alius pſalm⁹: ſic et hic:
Exacuerūt tāq̄ gladiū linguas ſuas. Nõ dicāt iudei: nõ oc
cidimus chriſtū: Etenim propterea eū dederūt iudici pila
Joā.18. to vt quaſi ipſi a morte eius viderentur immunes. Nā cū di
xiſſet eis pilatus: Vos eū occidite. Reſpõderūt: Nobis non
licet occidere quemq̄. Iniquitatem facinoris ſui in iudicem
hominem refundere volebant. Sed nūq̄d deū iudicem fal
lebant? Quod fecit pylatus in eo ipſo qd̄ fecit aliquantum
particeps fuit: ſed in cõparatione illorū multo ipſe innocētior
Joā.19. Inſtituit enī quātum potuit: vt illū ex eorū manib⁹ libera
ret. Nam ꝓpterea flagellatū ꝓduxit ad eos: Nõ perſequen
do dñm flagellauit: ſed eorum furori ſatiſfacere volēs: vt vel
Math.27. ſic iam miteſcerent et deſinerent velle occidere cū flagella
tum viderent: Fecit et hoc. At vbi perſeuerauerunt: noſtis
illum lauiſſe manus et dixiſſe: q̄ ipſe nõ feciſſet: mundum ſe
eſſe a morte illi⁹. Fecit tamē. Sed ſi reus q2 fecit vel inuit⁹
illi innocētes qui coegerunt vt faceret? Nullo mõ. Sed ille
dixit in eū ſententiā: et iuſſit eum crucifigi: et quaſi ipſe occi
dit: vos o iudei occidiſtis. Vnde occidiſtis? Gladio lingue.
Acuiſtis enim linguas veſtras. Et quādo percuſſiſtis: niſi qñ
Luce.23. clamaſtis: Crucifige crucifige? Propterea enim non eſt pre
Joā.19. termittendum: q2 venit in mentem: ne forte aliquē ꝑturbet
Ibidem. lectio diuinorum librorū: Quidā euāgeliſta dixit: hora ſexta
Marci.15. crucifixum dñm: et quidam hora tertia: Niſi intelligam⁹ per
De peni. turbamur. Iam incipiēte ſexta hora: dicitur pylat⁹ ſediſſe
diſt.1. peri pro tribunali: Et reuera quādo leuat⁹ eſt dñs in ligno: hora
culoſe. ſexta erat. Sed ali⁹ euāgeliſta intuēs animum iudeorum:
q2 volebāt ſe immunes videri a morte dñi: narrādo eos oſtē
dit reos: dicēs dñm hora tertia crucifixum. Cõſiderātes au
tem oēm circūſtātiam lectionis quāta agi potuerunt: cum
apud pylatum dñs accuſaretur vt crucifigeretur: inuenim⁹
horam tertiam eſſe potuiſſe quādo illi clamauerunt: Cruci
De ꝯſenſu fige crucifige. Ergo veri⁹ illi tunc occiderūt qñ clamauerūt
euāge.3.c. Apparitores poteſtatis hora ſexta crucifixerūt: preuarica
13.p to.ſed tores legis hora tertia clamauerūt. Qd̄ illi manibus hora
ꝓcipue. E ſexta: hoc illi lingua hora tertia. Rei magis iſti qui claman
do ſeuiebāt: q̄ illi qui obtēperādo adminiſtrabāt. Ipſum
eſt totum acumen iudeorū: hoc eſt qd̄ ꝓ magno queſierūt:
Occidamus et non occidamus: Sic occidamus vt nõ ipſi oc
cidiſſe iudicemur. Exacuerūt tāq̄ gladium linguas ſuas.
E Intenderunt arcum rem amarā. Arcum dicit inſidias.
Qui enim gladio cõminus pugnat: aperte pugnat: qui ſa
gittam mittit: fallit vt feriat. Prius enim ſagitta percutit:
q̄ venire ad vulnus preuideatur. Sed quē laterēt inſidie
Joā.2. cordis humani? Nunquid et dñm noſtrum ieſum xp̄m: qui nõ
opus habebat vt ei teſtimoniū quiſq̄ perhiberet de homi
ne? Ipſe enim ſciebat q̄d eſſet in homine: ſicut euangeliſta
teſtatur. Tamē audiam⁹ eos: et intueamur eos quaſi neſciē
Al.† ſagit te dño facere qd̄ moliuntur. Intēderunt arcum rē amarā.
tent in oc Vt † ſagittarēt in abſcōdito immaculatū. Quod dixit:
cultis. intēderūt arcū: hoc eſt in abſcōdito quaſi fallentes inſidijs.
Math.26. Noſtis enī quib⁹ dolis id egerint: quēadmodū diſcipulū ei
coherētem pecunia corruperint vt ſibi traderetur: quomõ
falſos teſtes procurauerint: quib⁹ inſidijs et dolis egerint:
vt ſagittarent in abſcōdito immaculatum. Magna iniqui
tas. Ecce de abſcōdito venit ſagitta: que immaculatum fe
rit: qui nec tātum habebat macule: quātum põt pungi a ſa
gitta. Agnus quippe immaculat⁹: totus immaculatus: ſem
per immaculat⁹. nõ cui macule ablate ſint: ſed qui maculas
nullas cõtraxerit. Nam fecit multos immaculatos donādo
Al.† Subi peccata: ipſe immaculatus nõ habēdo peccata. Vt ſagittēt
to. in abſcōdito immaculatum. † Repēte ſagittabūt eum et
nõ timebūt. O cor durum: occidere velle hoiem qui mor
tuos ſuſcitabat. Repēte: id eſt inſidioſe: quaſi inopinate: q̄ſi
nõ preuiſe. Similis enim neſcienti erat inter ipſos homin⁹:
ignorantes quid neſciret: et quid ſciret: immo ignorātes eū
nihil neſcire: et omnia ſcire: et ad hoc veniſſe vt illi facerent

F quod ſe poteſtate facere arbitrabātur. Repente ſagittabūt
Al.† Fir- eum et non timebunt. ⌊ Obfirmauerunt ſibi ſermonem,†
mauerunt. malignum. ⌋ Obfirmauerunt: facta ſunt tāta miracula: nō
Als. † ne- ſunt moti: perſtiterunt in conſilio ſermonis maligni: Tradi
quam. tus eſt ille iudici trepidat iudex: et non trepidant qui iudi-
Joā 19. ci tradiderunt: cōtremiſcit poteſtas: et non contremiſcit im
manitas. Uult ille lauare manus: et illi inquinant linguas.
Sed quare hoc? Firmauerunt ſibi ſermonē malignū. Quā
ta egit pilatus: quāta vt refrenarētur? Que dixit? quid egit?
Luce.23. Sed firmauerūt ſibi ſermonē malignum: Crucifige: crucifi
Joā.19. ge. Repetitio: cōfirmatio eſt ſermonis maligni. Uideamus
Ibi.ē. quomodo firmauerunt ſibi ſermonem malignum: Regē ve
ſtrum crucifigam? Dixerunt: Nos non habemus regem niſi
ſolum ceſarem. Obfirmarunt ſermonem malignum. Offe
rebat ille regem filium dei: illi ad hominem recurrebant: di
gni qui illum haberent: et illum non haberēt. Adhuc audi:
Luce.23. quomodo firmauerunt ſibi ſermonem malignū. Non inue-
nio aliquid in iſto homine: ait iudex quo dign⁹ ſit morte. Et
Math.27. illi qui firmauerunt ſermonem malignū: dixerūt: Sāguis
eius ſuper nos ꝛ ſuper filios noſtros. Firmauerunt ſibi ſer
monem malignum. Firmauerunt ſermonem malignū: nō
domino ſed ſibi. Quomodo enim non ſibi: cum dicunt: Su
per nos ꝛ ſuper filios noſtros? Quod ergo firmauerūt: ſibi
Ps̄.56. firmauerunt: quia ipſa vox eſt alibi: Foderunt ante faciem
meam foueam: et inciderunt in eam. Dñm mors nō occidit
ſed ipſe mortem: illos autem iniquitas occidit: quia nolue-
runt occidere iniquitatē. Pro ſuo fratres certamen eſt: aut
occides iniquitatem: aut occideris ab iniquitate. Noli autē
querere occidere iniquitatē tanq̄ aliquid extra te. Ad teip
ſum reſpice: vide quid tecum pugnet in te: ꝛ caue ne expu-
gnet te. Iniquitas tua: inimica tua: ſi interfecta nō erit: Ex
te enim eſt: et anima tua aduerſus te rebellat: non aliud ali
quid. Ex quadam parte coheres deo: et quadam parte de-
lectaris ſeculo. Illud quo delectaris ſeculo: pugnat aduer
ſus mētem que coheret deo. Sed que coheret cohereat: nō
deficiat: nō ſe dimittat: magnū adiutorium habet. Uincit qd̄
in illa ſibi rebellat: perſeueret in pugnando. Eſt peccatū in
corpore tuo: ſed nō regnet. Nō ergo regnet inquit peccatū
Roma.6. in veſtro mortali corpore: ad obaudiendū deſiderijs ei⁹. Si
vero nō obaudieris: et ſi eſt qd̄ ſuadeat: qd̄ delectet ad ma-
lum: nō obtēperādo facis vt nō regnet qd̄ eſt: ꝛ ita fiet poſt
1.Cor.15. ea vt non ſit qd̄ erat. Quādo? Cū abſorbebit̄ mors in victo
ria: cū corruptibile hoc induerit incorruptionē: ibi non erit
qd̄ tibi repugnet: nō erit qd̄ te aliud delectet niſi de⁹. Ergo
et iſti iudei inuiderunt dño: delectabat eos principat⁹. Qui
dam videbant ſibi ab eo auferri principatū: ꝛ et delectatio
ne ſua rebellauerūt aduerſus dñm: qui ſi rebellaſſent aduer
ſus delectationē ſuā malā: ipſam inuidētiā vincerēt: nec vin
cerentur ab ea: ꝛ eſſet illis dñs ſaluator: qui venerat vt ſa-
naret. Nūc aūt fauerūt febri: repugnauerūt medico. Quic-
quid ſuggerebat febris faciebāt: quicqd iubebat cōtra me-
dicus: negligebāt. Ergo illi magis occiſi ſunt: nō dñs. Nā in
domino mors occiſa eſt: in illis iniquitas vixit. Uincēte autē
G in ſe iniquitate: illi mortui ſunt. ⌊ Narrauerūt vt abſconde
Al.† laqueos rent † muſcipulas: dixerunt quis videbit † eas. ⌋ Latere
† eos. putabant eum quem occidebant: latere deus. Ecce puta ho
mo erat chriſtus: ſicut ꝛ ceteri homines: neſciebat quid de
illo cogitarent. Nunquid ꝛ deus neſcit? O cor humanū qua
re tibi dixiſti: quis videt me: cum ille videat qui te fecit? Di
xerunt: quis videbit eas? Uidebat deus: videbat et chriſtus
quia et chriſtus deus. Sed quare videbatur eis non videre
Audi ſequentia. ⌊ † Perſcrutati ſunt iniquitatem: defece-
Al.† Scru runt ſcrutantes † ſcrutationes. ⌋ Id eſt acerba et aucta
tati. conſilia. Non tradatur per nos ſed per diſcipulum ſuum: nō
† iniqtates occidatur a nobis: ſed a iudice: Totū nos faciamus: et nihil
† ſcrutinio feciſſe videamur. Et vbi eſt clamor lingue: Crucifige cruci-
fige? Sic ceci eſtis vt et ſurdi ſitis. Simulata innocentia nō
Luce.23. eſt innocentia: Simulata equitas nō eſt eqtas: ſed duplex
Joā.19. iniquitas: quia ꝛ iniquitas eſt ꝛ ſimulatio. Ergo iſti defece-
runt ſcrutantes ſcrutationes. Quanto acutius ſibi excogi-
tare videbantur: tanto magis deficiebant: quia a lumine ve-
ritatis ꝛ equitatis in profunda conſiliorū malignorū demer
gebantur. Habet iuſtitia quādā lucē ſuā: pfundit ꝛ illuſtrat
animam inherentē ſibi. Anima vero auertens ſe a luce iuſti
tie: quāto magis querit qd̄ inueniat cōtra iuſtitiā: tāto plus
a luce repellit̄: ꝛ in tenebroſa demergit̄. Merito ergo ꝛ iſti
perſcrutātes qd̄ cōtra iuſtū moliebant̄: a iuſtitia recedebāt:
ꝛ quāto a iuſtitia recedebāt: tāto plus deficiebāt ſcrutātes
ſcrutationes. Magnū cōſiliū innocentie: quādo ipſum iudā
penituit qd̄ tradidiſſet chriſtū: ꝛ proiecit illis pecuniā quā
dederāt. Illi noluerunt eā mittere in gazophylaciū: ꝛ dixe- Math.27.
runt Pecunia ſanguinis eſt: nō illā mittamus in gazophyla
cium. Quid eſt ergo gazophylaciū? Arca dei vbi colligeban
tur ea q̄ ad indigentiā ſeruorū dei mittebant̄. O homo: cor
tuū ſit pot⁹ arca dei: vbi habitēt diuitie dei: vbi ſit nūm⁹ dei
mens tua: habēs imaginē imperatoris tui. Cū ergo hec ita
ſint: qualis illa innocentie ſimulatio fuerit: pecuniā ſangui-
nis nō mittere in arcā: ꝛ ipſum ſanguinē mittere in cōſciētiā
Sed quid eis cōtigit? Defecerūt ſcrutātes ſcrutatiōes. Un-
de? Quia dixit: quis videbit eas: id eſt quia eos nemo vide
bat. Hoc dicebāt: hoc apud ſe opinabant̄: qd̄ nemo eos vide
ret. Uide qd̄ cōtingat anime male. Recedit a luce veritatis
ꝛ quia ipſa nō videt deū: putat ſe nō videri a deo: ſic et iſti
recedēdo ierūt in tenebras: vt ipſi nō viderēt deū: ꝛ dixerūt
quis nos videt? Uidebat ꝛ ille quē crucifigebat: illi deficien
do nec illū filiū nec patrem videbāt. Si ergo et ille videbat
quare ſe patiebat̄ teneri occidi ab eis? Quare ſi videbat: vo
luit cōſilia eorū p̄ualere in ſe? Quare? Quia homo erat pro-
pter hominē: ꝛ de⁹ latēs in homine: quia venerat neſcientib⁹
exēplū fortitudinis dare: ideo ipſe ſciēs oīa ſuſtinebat. Quid
enim ſequit̄? ⌊ Accedet homo ad cor altū: ꝛ exaltabit̄ de⁹. ⌋ H
Illi dixerūt: Quis nos videbit? Defecerūt ſcrutantes ſcru-
tationes cōſilia mala. Acceſſit homo ad ipſa cōſilia: paſſus Math.26.
eſt ſe teneri vt homo. Nō enim teneret̄ niſi homo: aut vide
ret̄ niſi homo: aut cederet̄ niſi hō: aut crucifigeret̄: aut mo
reret̄ niſi homo. Acceſſit ergo homo ad illas oēs paſſiōes q̄
in illo nihil valerēt: niſi eſſet homo. Sz ſi ille nō eſſet homo:
nō liberaret̄ homo. Acceſſit homo ad cor altum: id eſt cor ſe
cretū: obijciēs aſpectib⁹ humanis hominem: ſeruās intus deū: ce
lās formā dei in qua equalis eſt patri: ꝛ offerēs formā ſerui Phil.2.
qua minor eſt patre. Ipſe eñ dixit vtrūq;: ſed aliud ex for
ma dei: aliud ex forma ſerui. Dixit ex forma dei: Ego ꝛ pater Joā.10.
vnū ſum⁹. Dixit ex forma ſerui: Qm̄ pater maior me eſt. Un̄ Joā.14.
ex forma dei: Ego ꝛ pr̄ vnū ſumus? Qr cū in forma dei eſſet Phil.2.
cōſtitut⁹: nō rapinā arbitrat⁹ eſt eſſe equalis deo. Unde ex
forma ſerui: Qm̄ pater maior me eſt? Quia ſemetipſum exi
naniuit formā ſerui accipiēs. Acceſſit ergo homo ad cor altū
ꝛ exaltat⁹ eſt de⁹. Occidit̄ homo ꝛ exaltat̄ de⁹. Qd̄ eñ occi- 2.Cor.13.
ſus eſt: ex infirmitate humana fuit qd̄ reſurrexit ꝛ aſcendit: ex
poteſtate diuina Accedet homo ad cor altū: cor ſecretum: cor
abditū: nō oſtēdēs qd̄ noſſet: nō oſtēdēs qd̄ eſſet. Illi putā
tes hoc totū eſſe qd̄ videbat̄: occidūt hominē in corde alto:
ꝛ exaltat̄ de⁹ in corde diuino: Potētia enim maieſtatis ſue
exaltat⁹ eſt. Et quo nī exaltat⁹? Un̄ nō receſſit humiliat⁹. Acce
det hō ad cor altū: ꝛ exaltabit̄ de⁹. Propterea iam attēdite
fratres mei cor altū hominis. Cui⁹ hominis? Mater ſyon dicet
homo: ꝛ hō fact⁹ eſt in ea: ꝛ ipſe fundauit eā altiſſim⁹. In iſta Ps̄.86.
ciuitate fact⁹ eſt hō: quā idē ipſe fundauit altiſſim⁹: q2 in ea
fact⁹ eſt hō. Ergo acceſſit hō ad cor altū: Intuere hominē
in corde alto: vide quātū potes ſi potes ꝛ deū in corde alto.
Acceſſit hō: ꝛ q2 de⁹ erat: ꝛ q2 paſſur⁹ erat volēs: ꝛ q2 exēplū
p̄biturus infirmis: ꝛ q2 nihil ei facturi erāt q̄ ſeuiebāt tāq̄ paſ I
ſuro deo: ſed in hoīe: ſed in carne: qd ſequit̄? ⌊ Sagitte † in Al.† paruu
fantiū facte ſunt plage eorū. ⌋ Ubi eſt illa ſeuicia? Ubi eſt lorum.
ille fremit⁹ leonis: populi rugiētis ꝛ dicētis: Crucifige cruci
fige? Ubi ſunt inſidie arcum tendentium? Nonne ſagitte in Luce.23.
fantium facte ſunt plage eorum? Noſtis quemadmodum Joā.19.
ſibi faciunt de cannicijs ſagittas infantes: quid feriunt: aut
vnde feriunt? Que manus: aut quod telum? Que arma: aut
que membra? Sagitte infantium facte ſunt plage eorum.
⌊ Et infirmate ſunt contra eos lingue eorum ⌋ Acuant
nunc linguas ſuas tanquā gladium: firment ſibi ſermo-
nem malignum. Merito ſibi eum firmauerunt: quia infir-
mate ſunt ſuper eos lingue eorum. Nunquid poterat eſſe
hoc firmum aduerſus deum? Mentita eſt inquit iniqui- Ps̄.26.
tas ſibi: Infirmate ſunt ſuper eos lingue eorum. Ecce
reſurrexit

reſurrexit dñs qui occiſus erat. Tranſibant ante crucem vel
ſtabant ⁊ intuebãtur illũ: ſicut tanto ante pſalm⁹ pdixerat:
pſ̃.21. Foderũt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerunt oĩa
oſſa mea: ipſi vo cõſiderauerũt ⁊ aſpexerũt me: Tunc caput
Mat. 27. agitabant dicẽtes: Si filius dei eſt deſcẽdat de cruce. Ten
tauerunt quodãmodo vtrũ filius dei eſſet: ⁊ quaſi inuene
runt qd̃ non eſſet: q: inſultantib⁹ illis: de cruce nõ deſcende
bat: Si deſcenderet de cruce: filius dei eſſet. Quid tibi vi
detur q̃ de cruce nõ deſcendit ⁊ de ſepulchro ſurrexit? Quid
ergo pfecerũt? Qd̃ ⁊ ſi dñs non reſurrexiſſet: quid pfeciſ
ſent niſi qd̃ pfecerunt ⁊ pſecutores martyrũ? Nam ⁊ marty
res nõdum ſurrexerũt: ⁊ tñ illi nõ pfecerũt: Nõdum reſur
gẽtium: iam natalicia celebramus. Ubi eſt furor ſeuientiũ?
Sagitte infantiũ facte ſunt plage eoꝝ: ⁊ infirmate ſunt ſup
eos lingue eoꝝ. Quo pduxerũt illas ſcrutatiões ſuas quas
pſcrutantes defecerũt: vt etiã mortuo dño ⁊ ſepulto: cuſto
Mat. 28 des ponerent ad ſepulchrũ? Dixerũt eñi pilato: ſeductor il
le: hoc appellat᷑ nõie dñs ieſus xp̃s ad ſolatiũ ſeruorum
ſuoꝝ: quãdo dicũtur ſeductores: Ergo illi pilato: ſeductor il
le inquiũt: dixit adhuc viuens: poſt tres dies reſurgã: Iube
itaq; cuſtodiri ſepulchrũ vſq; in diẽ terciũ: ne forte veniant
diſcipuli eius ⁊ furentur eum: ⁊ dicant plebi: ſurrexit a mor
tuis: ⁊ erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis pilatus:
Habetis cuſtodiam: ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi aũt abeũ
tes munierũt ſepulchrum: ſignãtes lapidem cũ cuſtodibus
Ibidem Poſuerũt cuſtodes milites ad ſepulchrum: concuſſa terra do
minus reſurrexit: miracula facta ſunt talia circa ſepulchrũ:
vt ipſi milites q̃ cuſtodes aduenerant teſtes fierent ſi vel
lẽt vera nũciare. Sed auaricia illa que captiuauit diſcipu
lum comitem xp̃i: captiuauit ⁊ militem cuſtodẽ ſepulchri.
Ubi ſ̃. Damus inquiũt vobis pecuniã ⁊ dicite: q: nobis dormienti
bus venerũt diſcipuli eius ⁊ abſtulerunt eum. Uere defece
runt ſcrutantens ſcrutationes. Quid eſt qd̃ dixiſti: O infe
lix aſtutia? Tñ ne deſeris lucem cõſilij pietatis: ⁊ in pfun
da verſutia demergeris: vt hoc dicas: dicite quia vobis dor
mientibus venerunt diſcipuli eius ⁊ abſtulerunt eum? Dor
mientes teſtes adhibes: vere tu ipſe obdormiſti qui ſcrutã
De verbis do talia defeciſti. Si dormiebant: quid videre potuerunt?
dñi. 43. A. Si nihil viderũt: quomõ teſtes ſunt? Sed defecerunt ſcru
in fine. tantes ſcrutationes. Defecerunt a luce dei: defecerũt in ipſo
effectu conſilioꝝ ſuoꝝ: quãdo qd̃ voluerunt nihil pficere po
tuerunt: vtiq; defecerunt. Quare hoc? Quia acceſſit hõ ad
K cor altũ: ⁊ exaltatus eſt deus. Propterea poſtea cũ innotuiſ
Actuũ. 2. ſet chriſti reſurrectio: ⁊ veniens ſpũſſanctus impleret idu
cia timentes quoſda; diſcipulos: vt auderent iam mortem
non timentes: pdicare quod viderant: exaltato deo in ma
ieſtate ſua: qui ppter noſtram infirmitatem humilis iudica
tus eſt: Et vbi ceperũt tube celeſtes perſonare iudicem vẽ
turum: quem primo viderunt iudicatum: ⌊ Conturbati ſunt
oẽs qui videbãt eos. ⌋ Exaltato deo et duri predicato chri
ſto viſi ſunt iudei a quibuſdam iudeis: viſi ſunt deficientes
in ſcrutationibus ſuis. Uidebant enim illi in nomine cruci
fixi ⁊ occiſi manibus ſuis fieri tanta miracula: ⁊ receſſerunt
corde ab eis qui pmanſerunt in impietate. Diſplicuit eis il
lorum duricia: queſierunt conſilium ſalutis ſue: ⁊ dixerunt
Ibidem apoſtolis: Quid faciemus? Conturbati eñi ſunt omnes qui
videbãt eos: id eſt qui intelligebant qd̃ lingue eoꝝ infirma
te ſunt ſup eos qui intelligebant: quia in omnibus ſuis ma
lis pſcrutationibus conſilioꝝ vbiq; defecerũt. Conturbati
ſunt iſti: ⌊ Et timuit omnis homo. ⌋ Qui nõ timuerũt: nec
homines fuerunt. Timuit oĩs homo: id eſt oĩs vtens ratiõe
ad intelligenda que facta erãt. Unde illi qui timuerunt: pe
cora potius nominãdi ſunt: beſtie potius immanes ⁊ truces.
Leo rapiens ⁊ rugiens ille adhuc populus. At vero omnis
R homo timuit: id eſt qui credere voluerunt: qui iudiciũ ven
M. ✝nõ h; turũ contremuerũt. Et timuit oĩs hõ ⌊ ✝ Et annũciauerũt
opera dei. ⌋ Ille qui dicebat: A timore inimici erue animã
Mat. 10. meã: timuit oĩs hõ: A timore inimici eruebatur: ſed timori
dei ſubdebatur. Non timebat eos q̃ corpus occidũt: ſed eũ
qui poteſtatem haber ⁊ corpus ⁊ animã mittere in gehen
nam. Predicauerunt dominũ. Nam primo petrus timuit: ⁊
inimicum timuit: nõdum erat anima eius eruta ab inimico.
Mat. 26 Interrogatus ab ancilla q̃ inter diſcipulos eius eſſet: ne

gauit dñm ter. Reſurrexit dñs: firmauit colũnam: Iam pe
trus pdicat: ſine timore ⁊ cũ timore. Sine timore eoꝝ q̃ cor Mat. 10
pus occidũt: cum timore eius qui habet poteſtatẽ corpus
⁊ animã occidendi in gehẽnam ignis. Timuit oĩs homo: et
annũciauerũt opera dei. Nãq; annunciãtes iſtos apl̃os ope
ra dei: exhibuerunt ſibi pncipes ſacerdotũ: ⁊ cõminati ſunt
dicentes: ne in nõie ieſu predicarẽt Et illi dixerunt: Dicite Actuũ. 5
nobis: cui magis obtemperare oporteat: deo an hominib⁹?
Quid illi dicerẽt? Uobis potius q̃ deo? Sine dubio non
reſponderũt: niſi deo potius. Illi autẽ ſciebant que iuberet
deus: ⁊ contẽpſerũt minãtes ſacerdotes. Quia ergo timuit
omnis hõ: non terruit hõ: ⁊ annũciauerũt opera dei. Si ti
met homo: nõ terreat homo. Eum enim timere debet hõ: a
quo factus eſt hõ. Qd̃ ſupra homies eſt time: ⁊ homines te
nõ terrebunt. Mortẽ ſempiternã time: ⁊ pſentẽ nõ curabis.
Uoluptatẽ illam incorruptã ⁊ quietẽ ſine labe cõcupiſce: et
pmittentẽ bona iſta tpalia totum mũdum deridebis. Ama
ergo ⁊ time. ama qd̃ pmittit deus: time qd̃ minatur deus:
nec corrũperis ex eo qd̃ pmittit: nec terreberis ex eo qd̃ mi
natur homo. Et timuit oĩs hõ: ⁊ annũciauerunt opera dei.
⌊ Et facta eius intellexerũt. ⌋ Quid eſt: facta ei⁹ intellexe
runt? Hoc erat illud: O dñe ieſu chriſte qd̃ tacebas: ⁊ ſicut Eſa. 53
ouis ad victimã ducebaris: ⁊ nõ aperiebas orã tondente
os tuũ: ⁊ nos eũ putabamus eſſe in plaga ⁊ dolore poſitũ:
⁊ ſcientem ferre infirmitatem. Hoc erat qd̃ abſcondebas
ſpeciem tuã: ſpecioſe forma pre filijs hominũ: hoc erat illud pſ̃. 44.
in quo videbaris non habere ſpeciẽ neq; decorẽ. Portabas Eſa. 53.
in cruce inſultantes ⁊ dicentes: Si filius dei eſt: deſcendat Mat. 27.
de cruce. Quis forte ſciens poteſtatem tuam ſeruus tuus ⁊
dilectus tuus: nõ exclamauit in corde ſuo ⁊ dixit: O ſi mõ
deſcenderet: ⁊ iſti oẽs qui inſultant cõfunderent? Sed non
erat ſic: Moriẽdũ erat ppter morituros: ⁊ reſurgẽdũ ppter
ſemp victuros: Hoc illi q̃ volebant illũ de cruce deſcendere
nõ intelligebãt. At vbi reſurrexit: ⁊ glorificat⁹ aſcẽdit in ce
lum: intellexerunt opera domini Annũciauerũt opera dei:
⁊ facta eius intellexerunt. ⌊ Letabitur iuſtus in domino. ⌋
Iam non eſt triſtis iuſtus. Triſtes enim erant diſcipuli cru M
cifixo domino: contriſtati: merentes diſceſſerunt: perdidiſſe
ſe ſpem putauerunt. Reſurrexit ⁊ glorificatus etiam appa
rens: triſtes inuenit. Tenuit oculos duorum in via ambulã
tium ne ab eis agnoſceretur: ⁊ inuenit eos gementes et ſu
ſpirantes: ⁊ tenuit eos donec exponeret ſcripturas: et per Luce. 24.
ipſas ſcripturas oſtẽderet: quia ita fieri oportebat ſicut fa
ctum eſt. Oſtendit enim in ſcripturis: quia poſt terciũ diẽ
reſurgere oportebat dñm. Et quomõ tertia die reſurgeret:
ſi de cruce deſcenderet? Modo vos qui triſtes eſtis in via: Mat. 27.
ſi iudeis inſultantibus videretis dominum de cruce deſcen
diſſe: quãtum efferremini? Letaremini quod ora iudeorum
ſic obturaſſet? Expectate conſilium medici: qd̃ non deſcen
dit: qd̃ occidi voluit: antidotum terit. Ecce iam reſurrexit:
ecce iam loquitur: nõdum agnoſcitur: vt letius agnoſcatur. Luce. 24.
Poſtea aperuit oculos eoꝝ in fractiõe panis: agnoſcũt eũ:
letantur: exclamãt. Letabitur iuſtus in dño. Nũciatur cui
dam duriori: viſus eſt dñs: reſurrexit dñs: adhuc ille triſtis
eſt: non credit: Niſi miſero inquit manũ meã ⁊ tetigero cica
trices clauoꝝ: nõ credam. Prebetur ⁊ corpus ſtantendum: Joan. 20.
mittit manũ: contrectat ⁊ exclamat: Dñs meus ⁊ de⁹ meus.
Letabitur iuſtus in dño Illi ergo letati ſunt iuſti in dño q̃
viderunt tetigerũt ⁊ crediderũt. Quid iuſti qui modo ſunt:
quia non vident: quia nõ tangunt: non letantur in dño? Et
vbi eſt illa vox dñi ad ipſum thomã: Quia vidiſti me credi
diſti: beati qui non viderunt ⁊ crediderunt? Ergo omnes le Ibidem
temur in domino: omnes ſm fide vnus iuſtus ſimus: oẽſq;
in vno corpore vnũ caput habeamus: ⁊ letemur in domino:
non in nobis: quia bonũ noſtrum nõ nos nobis: ſed ille qui
fecit nos. Ipſe eſt bonũ noſtrum ad letificandos nos. Ne
mo letetur in ſe: nemo preſumat: nemo deſperet de ſe: ne
mo de quoq; homine. quem debeat adducere vt ſocius N
ſit ſpei ipſius: non dator ſpei. Letabitur iuſtus in domino. M ✝ eo.
⌊ Et ſperabit in ✝ eum: ⁊ laudabũtur omnes ✝ qui recti ſunt ✝ recti cor
corde. ⌋ Iam quia dominus reſurrexit: iam quia aſcẽdit in de.
celũ: iam q: oſtendit eſſe aliã vitã: iã q: manifeſta ſunt con Marci. 16.
ſilia eius quibus latuit corde alto non fuiſſe inania: quia Actuũ. 1.

ideo ſanguis ille fuſus eſt vt eſſet ꝓciũ redēptorum iam
quia manifeſta ſunt oia que pꝛedicta ſunt: omnia que cre-
dita ſunt: oia ſub omni celo: Letabit̃ iuſtus in dño ⁊ ſpera-
bit in eum: ⁊ laudabuntur omnes qui recti ſunt corde. Qui
ſunt recti corde? Eia fratres mei ſepe diximus: ⁊ bonum eſt
vt noueritis. Qui ſunt recti corde? Qui oia quecũq; in hac
vita patiũtur: nõ ea tribuũt inſipientie: ſed conſilio dei ad
medicinã ſuam: nec pꝛeſumũt de iuſtitia ſua: vt putent ſe in
iuſte pati qȝ patiuntur: aut ideo eſſe deũ iniuſtũ: quia non
plura patitur qui plus peccat. Uidete fratres hec ſepe dici
mus: Aliqd ſentis: ſiue ſm corpus: ſiue ſm diſpendiũ rei fa
miliaris: ſiue ꝑ oꝛbitatem aliquã chariſſimorum tuoꝝ: noli
reſpicere eos quos noſti iniquiores te. No eñ forte audes
dicere iuſtum te: ſed noſti peiores te: ⁊ florere in iſtis et nõ
flagellari: vt diſpliceat tibi conſiliũ dei: ⁊ dicas: Ecce puta:
peccatoꝛ ſum: ⁊ ꝓpterea flagellor: quare ille nõ flagellatur
cuius noui tanta flagitia? Quãtumcũq; male fecerim ego:
nũquid ego tantũ feci quãtum ille? Diſtoꝛtum eſt coꝛ tuum.
Pſ. 72. Quã bonus deus iſrael: ſed rectis corde. Tui autem labũ-
tur pedes: quia zelas in peccatores: pacem peccatorũ intu-
ens. Sine curari. Nouit deus qd agat: q̃ vulnus nouit: Nõ
ſecatur alius. Quid ſi deſperatur? Quid ſi ꝓpterea tu ſeca-
ris: q: nõ deſparis? Patere ergo quicqd pateris recto cor-
de: Nouit deus qd tibi donet: quid tibi ſubtrahat. Qȝ tibi
donat ad ꝯſolationẽ valeat nõ ad corruptionẽ: ⁊ quod tibi
ſubtrahit: ad tolerantiã valeat nõ ad blaſphemiã. Si autẽ
blaſphemas ⁊ diſplicet tibi deus: ⁊ tu mihi places: ꝑuerſo
corde ⁊ diſtoꝛto es: Et hoc peius: q: coꝛ dei vis corrigere ad
coꝛ tuũ: vt hoc ille faciat qȝ tu vis: cum tu debeas facere
qȝ ille vult. Quid ergo vis detorquere coꝛ dei qȝ ſemꝑ re-
ctum eſt ad prauitatem cordis tui? Quãto melius ad recti-
tudinem dei corrigis coꝛ tuũ? Nõne hoc te docuit dominus
tuus: de cuꝰ paſſione modo loquebamur? Nõne infirmita-
Mat. 26 tem tuã poꝛtabat quãdo dixit: Triſtis eſt aia mea vſq; ad
Ibidem moꝛtẽ? Nonne teipm in ſe figurabat: cum dicebat: Pater ſi
fieri põt tranſeat a me calix iſte? Nõ eñ duo corda ⁊ diuer-
ſa: patris ⁊ filij: ſed in foꝛma ſerui poꝛtauit coꝛ tuũ: vt doce-
ret illud exemplo ſuo. Iam ecce quaſi aliud coꝛ tuũ inuenit
tribulatio: volens trãſire qȝ imminebat: ſed noluit deꝰ. Non
ꝯſentit deus cordi tuo: cõſenti tu cordi dei. Audi vocẽ ipſiꝰ:
Ubi. ſ. Uerũ non qȝ ego volo: ſed quod tu vis pater. Laudabũtur
D ergo omnes recti corde. Quid ſequit̃? Si laudabunt̃ oẽs re-
cti corde: dãnabuntur ꝑuerſi corde. Duo tibi modo ꝓpoſita
ſunt: elige cum tẽpus eſt. Si recto corde fueris: ad dexterã
Mat. 25. eris ⁊ laudaberis: Quõ? Uenite benedicti patris mei: per-
cipite regnũ quod vobis paratũ eſt ab origine mũdi. Per-
uerſo autem corde ſi fueris: ſi ſubſannaueris deũ ſi ꝓui-
dentiam eius irriſeris: ſi dixeris in aio tuo: vere non curat
deus res humanas: ſi curaret res humanas: ille latro tantũ
haberet: ⁊ ego innocens indigerem? Peruerſo corde ſactꝰ
es: veniet iudicium illud: apparebunt oia propter que iſta
omnia faciat deus: ⁊ tu qui noluiſti in hac vita corrigere coꝛ
tuũ ad rectitudinẽ dei ⁊ te ad dexteram pꝛeparare: vbi lau-
dabuntur omnes recti corde: eris ad ſiniſtram vbi tunc au-
Ibidem dies: Ite in ignem eternũ qui pꝛeparatus eſt diabolo ⁊ an
gelis eius. Et nũquid erit tunc tempus corrigere coꝛ? Mo
do ergo corrigite fratres: modo corrigite: qs ꝓhibet? Can-
tatur pſalmus: legitur euãgelium: ſonat lectoꝛ: ſonat diſpu
tatoꝛ: patiens eſt dominus: Peccas ⁊ parcit: adhuc peccas
adhuc parcit: ⁊ adhuc addis. Quãdiu patiens eſt deꝰ. Sen
tieſ iuſtum deum. Terremur: q: timemus. Docete nos nõ
timere: ⁊ nõ terremur. Sed melius nos deus docet time-
re: ꝙ quiſq; hominũ nõ timere. Timuit eũ ois homo: ⁊ an-
nũciauerũt opera dei. Inter illos nos cõputet deus qui ti
muerũt ⁊ annũciauerũt. Quia timemus: annũciamus vo-
bis fratres: Uidemus alacritatem veſtram ad audiendum
verbum ⁊ exigendum: videmus vota veſtra: videmus af-
fectus veſtros. Bene compluitur terra: frumenta non ſpi-
nas generat: Frumẽtis hoꝛreum paratur: ignis ſpinis. No-
ſti quid facias de agro tuo: ⁊ neſcit deꝰ quid faciat de agro
ſeruo ſuo? Quod pluit in agrum vberem: dulce eſt: ⁊ quod
pluit in agrum ſpinoſum: dulce eſt. Nũquid pluuiam accu-
ſat ꝙ ſpinas genuerit? Nonne erit pluuia illa teſtis in iudi-
cio dei: ⁊ dicet: Ego dulcis ſuꝑ omnia veni? Tu ergo quid
pꝛoferas vide: vt quid tibi paretur attendas. Pꝛofers fru-
mentum: hoꝛreum ſpera: pꝛofers ſpinas: ignem ſpera: Sed
nondum venit: aut tempus hoꝛrei: aut tempus ignis. Mo
do ergo paretur ⁊ non timebitur. In nomine chꝛiſti et qui
loquimur viuimus: ⁊ quibus loquimur viuitis. Nũquid cõ-
ſilij corrigendi ⁊ mutande vite male in bonã: non eſt locus:
nõ eſt tempus? Nõne ſi vis hodie fit? Nõne ſi vis modo fit:
Quid empturus es vt facias? Que emplaſtra q̃ſiturus es?
Ad qs indos nauigaturus? Quã nauim pꝛeparaturꝰ? Ecce
cũ loquoꝛ: muta coꝛ: ⁊ factũ eſt qȝ tam ſepe ⁊ tãdiu clamat̃
vt fiat: ⁊ quod eternã penã parturit ſi non fiat.

Explicit tractatus de pſ. lxiij.

Incipit Tractatus de pſ. lxiiij.

A Gnoſcenda eſt vox ſancte ꝓphetie et ipſo titulo pſal- A
mi huius: Inſcribitur: In finem pſalmus Dauid:
canticum Hieremie ⁊ Ezechielis ex populo tranſmigratio-
nis: cum inciperent exire. Res quemadmodum geſta ſit
apud patres noſtros tempoꝛe trãſmigrationis babylonie:
nõ oĩbus notum eſt. ſed his qui ſcripturas ſanctas diligẽter
aduertunt: vel audiendo vel legendo. Captiuatus eſt enim 4. reg. 24.
populus iſrael ex ciuitate hieruſalẽ: ductus eſt in ſeruitutẽ Hiere. 25.
babylonie. Pꝛophetauit autẽ hieremias ſanctus poſt ſe- ⁊ 29.
ptuaginta annos redditurũ populũ de captiuitate: ⁊ inſtau-
raturũ ciuitatem ipſam hieruſalem: quã deuictã ab hoſtibꝰ
planxerat. Illo autẽ tẽpe fuerũt ꝓphete in illa captiuitate
populi cõſtituti in babylonia: inter quos erat ſanctus Eze-
chiel pꝛopheta. Expectabat aũt ille populus donec ipleren-
tur tempoꝛa ſeptuaginta annoꝝ ſm ꝓphetiam Hieremie.
Factum eſt: cõpletis ſeptuaginta annis: reſtitutũ eſt tẽplũ
qȝ deletum erat: ⁊ regreſſa eſt de captiuitate magna pars il-
lius populi. Sed quoniã dicit apoſtolus: Hec in figura con- 1. Coꝛ. 10
tingebant illis: ſcripta ſunt autem ꝓpter nos in quos finis
ſeculorum obuenit. Debemus ⁊ nos noſſe prius captiuitatẽ
noſtram: deinde liberationẽ noſtram: debemus noſſe baby-
loniã in qua captiui ſumus: ⁊ hieruſalẽ ad cuius reditũ ſu-
ſpiramꝰ. Iſte quippe due ciuitates: ſm litterã reuera due B
ciuitates. Et illa quidẽ hieruſalem modo a iudeis nõ inco-
litur. Poſt crucifixum eñ dñm vindicatũ eſt in illa flagello
magno: ⁊ eradicata ab eo loco: vbi impia libertate furioſi
aduerſus medicũ inſanierunt: Diſperſi ſunt per oẽs gẽtes:
⁊ data eſt illa terra chꝛiſtianis: impletũ eſt illud qȝ de his
ꝓdixerat dñs: pꝛopterea auferetur a vobis regnũ: ⁊ dabit̃
genti facienti iuſtitiam. Cum autem viderent tunc multas Mat. 21.
turbas ire poſt dñm ꝓdicantem regnũ celoꝝ ⁊ mirabilia fa-
cientem: dixerũt pꝛincipes illius ciuitatis: Si dimiſerimus Ioan. 11.
eum: oẽs ibunt poſt illum: ⁊ venient romani ⁊ tollẽt nobis
⁊ locũ ⁊ gentẽ. Ne locũ ꝑderent: dñm occiderũt: ⁊ idȝ perdi
derũt: q: occiderũt. Ciuitas qdẽ illa terrena: cuiuſdã ciuita- Ioſue. 18
tis eterne in celis vmbrã gerebat. At vbi cepit illa q̃ ſignifi- 2. Reg. 5
cabatur euidẽtiꝰ ꝓdicari: vmbꝛa q̃ ſignificabat̃ deiecta eſt:
Pꝛopterea ibi mõ templũ nõ eſt: qȝ fabꝛicatũ fuerat in ima- Ioan. 2.
ginẽ futuri corpoꝛis dñi. Tenemus lucem: vmbꝛa tranſiuit:
tamen adhuc in quadã captiuitate ſumꝰ. Quãdiu ſumꝰ ait 2. Coꝛ. 5.
apl's in coꝛpoꝛe: peregrinamur a dño. Et vide noia duarum C
iſtarũ ciuitatum: babylon ⁊ hieruſalẽ. Babylon cõfuſio in-
terpꝛetatur: hieruſalẽ viſio pacis. Intendite nũc ciuitatem
cõfuſionis: vt intelligatis viſionẽ pacis: Iſtã toleretis: ad
illam ſuſpiretis. Unde dinoſci poſſunt iſte due ciuitates?
Nunquid poſſumus eas modo ſeparare abinuicem? Per-
mixte ſunt ⁊ ab ipſo exoꝛdio generis humani: permixte cur-
runt vſq; in finem ſeculi. Hieruſalem accepit exoꝛdium per Geñ. 4.
abel: Babylon per cain. Edificia quippe vrbium poſtea fa- 15. de ciui.
cta ſunt. Illa hieruſalem in terra iebuzeorum: Nam pꝛimo dei, ca. 8.
iebus dicebatur: vnde gens iebuſeorum deleta eſt: quan- et. 9.
do populus dei liberatus eſt de egypto: ⁊ introductus eſt Ioſue. 18.
in terram ꝓmiſſionis. Babylon autem cõdita eſt in intimis 2. Reg. 5.
perſidis regionibus: que diuturno tẽpoꝛe caput extulit ſu-
per ceteras gentes. Due ergo iſte vrbes certis tempoꝛibus
condite ſunt: vt manifeſtaretur figura duarum ciuitatum
olim ceptarum: ⁊ vſq; in finem in iſto ſeculo manſurarum:

ſed in fine

ſed in fine ſeparandarum. Unde ergo poſſumus eas modo
oſtendere que pmixte ſunt? Oſtendet tunc dominus cum
alios ponet ad dexteram: alios ad ſiniſtram. Hieruſalē ad
dexteram erit: babylon ad ſiniſtram. Hieruſalem auditura
Mat. 25. eſt: Uenite benedicti patris mei: percipite regnū qđ vobis
paratum eſt ab origine mundi. Babylon auditura eſt: Ite
Ibidem in ignem eternū qui paratus eſt diabolo ꝛ angelis eiꝰ. Poſ
D ſumus tamen ꝛ aliquid afferre quātum dominꝰ donat: vn
de diſtinguātur pij fideles etiam hoc tempore ciues hieru
ſalem: a ciuibus babylonie. Duas iſtas ciuitates faciūt duo
amores. Hieruſalem facit amor dei: babyloniam facit amor
ſeculi. Interroget ergo ſe quiſqꝫ quid amet: ꝛ inueniet vn
de ſit ciuis: Et ſi ſe inuenerit ciuem babylonie: extirpet cu
piditatem: plantet charitatem. Si autem ſe inuenerit ciuē
hieruſalem: toleret captiuitatem: ſperet libertatem. Mul
ti enī ciues ſancte matris hieruſalem cupiditatibus baby
lonie corrupti tenebantur: ꝛ ipſa corruptione cupiditatum
tanqꝫ ciues inde facti erat: Et multi adhuc ita ſunt: ꝛ multi
poſt nos in hac terra futuri ita erūt: Sed nouit dominꝰ cō
ditor hieruſalē qs ciues eius predeſtinauerit: quos videat
adhuc ſub dominatu diaboli redimendos ſanguine chriſti:
nouit illos ipſe antequꝫ ſe ipſi nouerint. Sub hac ergo figu
ra cantatur hic pſalmus: in cuius titulo poſiti ſunt etiā duo
prophete: qui in illo tempore in captiuitate fuerunt: Hie
remias ꝛ Ezechiel: ꝛ cantabant quedā cum inciperēt exire.
Incipit exire: q incipit amare. Exeunt enī multi latenter: ꝛ
exeuntiū pedes ſunt cordis affectus. Exeunt aūt de baby
lonia. Quid eſt de babylonia? De cōfuſione. Quō exitur de
babylone: id eſt de confuſione? Qui primo cōfuſi erant ſimi
libus cupiditatibus: incipiunt charitate diſtingui: Iam di
ſtincti: nō ſunt cōfuſi: etſi adhuc corpore permixti ſunt: deſi
derio tamen ſancto diſcernūtur: ꝛ ppter permixtionem cor
poralem nōdum exierūt: ppter affectum cordis exire cepe
runt. Iam ergo audiamus fratres: audiamus ꝛ cantemus
ꝛ deſideremus vnde ciues ſumꝰ: Et q gaudia cātantur no
bis? Quō in nobis reformaꝫ amor ciuitatꝫ noſtre: quā diu
turna peregrinatione obliti fueramꝰ: Sꝫ miſit inde ad nos
epiſtolas pater noſter: miniſtrauit nobis ſcripturas deus:
qbus epl'is fieret in nobis redeūdi deſideriū: qꝛ peregrina
tionē noſtram diligendo ad hoſtes faciem poſueramus: et
dorſum ad patriam. Quid ergo hic cantatur.

¶ Expoſitio pſalmi.

E [T]E decet hymnus deus in ſion.] Patria illa eſt ſion:
ipſa eſt hieruſalem que ſion: ꝛ huius nois interpreta
tionem noſſe debetis. Sicut hieruſalem interptatur viſio
pacis: ita ſion ſpeculatio: id eſt viſio ꝛ contemplatio. Neſcio
qđ nobis magnū ſpectaculum promittitur: ꝛ hoc ipſe deus
eſt qui condidit ciuitatem. Pulchra ꝛ decora ciuitas: ꝙ pul
chriorem habet cōditorem? Te decet hymnus deus inquit.
Sed vbi? In ſion: in babylone nō decet. Etenī quiſqꝫ cum
ceperit inouari: iam corde in hieruſalem cantat: dicēte apo
Phil. 3. ſtolo: Cōuerſatio nr̄a in celis eſt. In carne enim ambulan
tes inquit nō ſm carnem militamus. Iam deſiderio ibi ſu
mus: iam ſpem in illam terram quaſi ancoram premiſimus:
ne in iſto mari turbati naufragaremꝰ. Quēadmodū ergo
de naui que in ancoris eſt: recte dicimus ꝙ iam in terra ſit:
adhuc enī fluctuat: ſed in terra quodāmodo educta eſt con
tra ventos ꝛ contra tempeſtates: ſic contra tentationes hu
ius peregrinationis noſtre: ſpes noſtra fundata in illa ciui
tate hieruſalem facit nos non abripi in ſaxa. Qui ergo ſm
hanc ſpem cantat: ibi cantat. Ergo dicat: Te decet hymnꝰ
deus in ſion. In ſion: nō in babylone. Sed modo ibi es ad
huc in babylone. Ibi inquit ſum. Amator iſte ꝛ ciuis iſte ibi
ſunt: ſed carne non corde. Cum autē duo quedam dixerim:
quia ibi ſum carne non corde: vnde canto non ibi? Non enī
carne canto: ſed corde. Carnem quidem ſonantem audiunt
ꝛ ciues babylonie: cordis autem ſonum audit conditor hie
ruſalem. Ubi dicit apoſtolus exhortans ipſos ciues ad ama
toria quedam cantica ꝛ deſideria redeūdi ad illam pulcher
Ephe. 5. rimam ciuitatem viſionem pacis: cantantes inquit ꝛ pſallē
tes in cordibus veſtris domino. Quid eſt: cantantes in cor
dibus veſtris? Ne inde cāteris vnde eſtis in babylonia: ſed
inde cantate vnde ſurſum habitatis. Ergo te decet hymnꝰ
deus in ſion: In ſion te decet hymnus: non in babylonia.
Qui cantant in babylonia? Ciues babylonie: etiam hymnū
dei non decenter cantant. Audi vocem ſcripture: Non eſt
ſpecioſa laus in ore peccatoris. Te decet hymnus deꝰ in ſiō: Eccli. 15.
[Et tibi reddetur votum in hieruſalem.] Hic vouemus ꝛ F
bonū eſt vt ibi reddamus. Qui autem hic vouent ꝛ nō red
dunt? Qui non pſeuerant vſqꝫ in finem in eo qđ vouerunt.
Unde dicit alius pſalmus: Uouete ꝛ reddite domino deo ve Ps. 75
ſtro. Et tibi reddetur votū in hieruſalem. Ibi enī erimus
toti: id eſt integri in reſurrectione iuſtorum: ibi reddeꝫ vo
tum totum noſtrum: nō ſola anima: ſed etiam ipſa caro iam
nō corruptibilis: qꝛ iam nō in babylonia: ſed etiā in corpꝰ ce
leſte immutatū. Qualis mutatio pmittitur? Omnes enim 1. Cor. 15
reſurgemꝰ: ait apoſtolus: ſed nō omnes immutabimur. Quō
autem immutabuntur? Ipſe dixit: In ictu oculi in nouiſſima
tuba. Canet enī tuba ꝛ mortui reſurgent incorrupti: id eſt
integri: ꝛ nos immutabimur. Qualis autem erit illa immuta
tio? Sequitur ꝛ dicit: Oportet enī corruptibile hoc induere
incorruptionem: ꝛ mortale hoc induere imortalitatem. Cū
autem corruptibile hoc induerit incorruptionem: ꝛ mortas
le hoc induerit immortalitatem: tunc fiet ſermo qui ſcriptꝰ
eſt: Abſorpta eſt mors in victoria. Ubi eſt mors aculeus Ibidem
tuus? Modo enī inchoatis in nobis primitijs mentis vbi deſi
deramus hieruſalē: multa ex carne corruptibili contendūt
aduerſum nos: que nō contēdēt cum fuerit mors abſorpta Ubi. s.
in victoria. Uincet pax ꝛ finietur bellum. Quando autē vin
cet pax: vincet ꝛ illa ciuitas q dicitur viſio pacis. Nulla er
go erit a morte contentio. Modo cum morte quāta conten
dimus? Inde ſunt enim delectationes carnales: que etiam
nobis multe illicite ſuggerūtur: qbus non cōſentientibus:
ſed tamen nō pſentiendo contendimꝰ. Primo ergo cōcupi
ſcentia carnis ſequentes duxit nos: poſtea renitentes tra
xit nos: deinde accepta gratia cepit nos: nec ducere: nec tra
here: ſed adhuc contendere nobiſcum: poſt contentionem
erit ꝛ victoria. Modo te ꝛ ſi oppugnat: nō expugnet: poſt
ea cum abſorpta fuerit mors in victoria ꝛ pugnare ceſſabit.
Quid dictū eſt? Nouiſſima inimica deſtruetur mors. Red
dam votum meum. Quod votum? Quaſi holocauſtum. Ho
locauſtum enī tunc dicitur: quādo totum ignis aſſumit. Ho
locauſtum ſacrificium eſt vbi totum cōſumitur. Holon enī
totum dicitur: cauſis incenſio. Holocauſtum totū incenſuꝫ.
Arripiat ergo nos ignis: ignis diuinus in hieruſalem. Inci
piamus ardere charitate donec totū mortale cōſumatur: ꝛ
qđ cōtra nos fuerit eat in ſacrificium dn̄o: Unde alibi dicit:
Benigne fac dn̄e in bona voluntate tua ſion: vt edificētur
muri hieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitie obla Ps. 50
tiones ꝛ holocauſta. Te decet hymnus deus in ſion: et tibi
reddetur votum in hieruſalem. Querimus hic ne forte rex G
nobis ipſius ciuitatis cōmendetur dn̄s ꝛ ſaluator noſter ie
ſus chriſtus. Cantemus ergo donec ad euidentiora perue
niamus. Poſſem enim iam dicere ipſum eſſe cui dicitur: Te
decet hymnus deus in ſyon: ꝛ tibi reddetur votum in hie
ruſalem. Sed ſi dicerem: mihi potius ꝙ ſcripture crederes
tur: ꝛ ideo forte nō mihi crederetur: Audiamus ſequentia.
[Exaudi] inquit, [orationem meam: ad te omnis caro ve Mat. 28
niet.] Et habemus dominū dicentem: datam ſibi poteſtas
tem omnis carnis. Cepit ergo apparere iam rex ille cui di
ceretur: Ad te ois caro veniet. Ad te inquit ois caro veniet
Quare ad illum ois caro veniet? Quia carnem aſſumpſit.
Quo veniat ois caro? Tulit inde pmitias ex vtero virgina
li. Aſſumptis pmitijs: cetera cōſequētur vt holocauſtū com Luce. 1.
pleatur. Unde ergo omnis caro? Omnis homo. Etvnde ois
homo? Nūquid oēs credituri prenūciati ſunt in chriſtū? Nō
ne multi impij qui etiā danabuntur? None quotidie multi
nō credētes in ſua infidelitate moriūtur? Scđm quid ergo
intelligimus: Ad te omnis caro veniet? Omnis caro dixit:
ois generis caro. Ex oi genere carnis: venieꝫ ad te. Quid
eſt: ex omni genere carnis? Nūquid venerūt pauperes ꝛ non
venerūt diuites? Nunquid venerunt humiles: ꝛ non vene
runt ſublimes? Nunquid venerunt docti: et non venerunt
indocti? Nunquid venerunt viri: et non venerunt femine?

Nunquid venerunt domini:et non venerunt ſerui? Nūquid
venerunt ſenes:et non venerunt iuuenes? Aut venerunt iu
uenes:et non venerunt adoleſcentes? Aut venerunt adoleſ-
ſcentes:et non venerunt pueri? Aut venerunt pueri et non
Actuū.2. allati ſunt infantes? Poſtremo nunquid venerunt iudei
(nam inde erant apoſtoli:inde multa milia primo traden-
tium:poſtea credentium) et non venerunt greci? Aut vene-
runt greci:et non venerunt romani? Aut venerunt romani:et
non venerunt barbari? Et quis numeret omnes gentes
venientes ad eum:cui dictum eſt: Ad te omnis caro veniet.
D exaudi orationem meam:ad te omnis caro veniet. ⌊†Ser
Al†verba mones iniquorum preualuerunt ſuper nos: et impietates
†impieta- noſtras tu propitiaberis.⌋ Quid eſt ſermones iniquorum
tes nřis. preualuerunt ſuper nos:et impietatibus noſtris tu propitia
beris? Quod nati ſumus in hac terra: iniquos inuenimus:
quos loquentes audiuimus. Si poſſim explicare quod ſen
tio:adiuuet me intētio charitatis veſtre. Omnis homo vbi
cū͡qȝ naſcitur:ipſius terre vel regionis vel ciuitatis linguam
dicit:illius imbuitur moribus et vita. Quid faceret puer na
tus inter paganos:vt nō coleret lapidem:quādo illum cul-
tum inſinuauerūt parentes? Inde prima verba audiuit: illū
errorem cum lacte ſuxit: Et quia illi qui loquebantur maio
res erant:et puer qui loqui diſcebat infans erat:vnde pote-
rat paruulus niſi maiorū autoritatem ſequi:et id ſibi bonū
ducere qđ illi laudarent? Ergo gentes cōuerſe ad chriſtum:
Hiere.16. poſtea et recordantes impietates parentum ſuorū: et dicen-
tes iam qđ dixit propheta ipſe Hieremias: Vere mendaciū
coluerunt patres noſtri:vanitatem que eis nō profuit. Cum
ergo iam hoc dicunt renūciant opinionibus et ſacrilegijs pa
rentum ſuorum iniquorum. Sed quia vt infererentur tali-
bus opinionibus et ſacrilegijs:perſuaſiones fecerunt eorū:
qui quāto etate precedebant: tāto autoritate precedere de
bere putabantur:confitetur iam redire volens ad hieruſa-
lem de babylonia et dicit: Sermones iniquorū preualuerūt
aduerſus nos:duxerunt nos mala docentes: Ciues baby-
lonie nos fecerunt: Dimiſimus creatorem adorauimus crea-
turam:dimiſimus eū a quo facti ſumus: adorauimus quod
I ipſi fecimus. Sermones enī iniquorū preualuerunt ſup nos
ſed tamen non oppreſſerunt nos. Quare? Impietates no-
ſtras tu propitiaberis. Intendat charitas veſtra: Propitia
beris impietates noſtras: non dicitur:niſi eundam ſacerdo-
tem offerentem aliquid:vnde impietas expietur et propitietur.
Impietas enim tunc dicitur propitiari:cum propitius fit deus
impietati. Quid eſt fieri deum impietati propitium? Id eſt
ignoſcentem:et veniam dantem. Sed vt de venia impetre
tur:propitiatio fit per aliquod ſacrificiū. Extitit ergo a deo
Luce.1. domino miſſus quidam ſacerdos noſter: Aſſumpſit a nobis
Mat.27 quod offerret domino: ipſas dicimus ſanctas primitias car-
Pſ.140. nis ex vtero virginis. Hoc holocauſtum obtulit deo:exten-
dit manus in cruce vt diceret: Dirigatur oratio mea ſicut in
cenſum in conſpectu tuo:eleuatio manuū mearum ſacrificiū
Mat.27 veſpertinū. Sicut noſtis:quia dominus circa veſperam pe
pendit in cruce:et impietates noſtre propitiate ſunt:alioqn
abſorbuerant nos: Sermones iniquorum preualuerūt ſup
nos: Duxerūt nos predicatores iouis:et ſaturni:et mercurij.
Sermones iniquorum preualuerunt ſuper nos. Sed quid
facies? Impietates noſtras tu propitiaberis. Tu ſacerdos
K tu victima:tu oblator:tu oblatio. Ipſe ſacerdos eſt:qui nūc
ad Heb.9 ingreſſus in interiora veli:ſolus ibi ex his qui carnem geſta
Roma.8 uerunt interpellat pro nobis. In cuius rei figura in illo pri
mo populo:et in illo primo templo: vnus ſacerdos intrabat
in ſancta ſanctorū: populus omnis foris ſtabat. Et ille qui
ſolus ingrediebatur in interiora veli: offerebat ſacrificium
pro populo foris ſtante. Si intelligatur bene:ſpiritus viui-
ficat:ſi non intelligatur littera occidit. Modo cum legere-
2.Cor.3. tur apoſtolus audiſtis: Littera occidit ſpiritus autem viui
ficat. Quid enim ageretur in illo populo: iudei neſcierunt:
Ibidem ſed nec modo ſciunt. De illis quippe dictum eſt: Quādiu le
gitur moyſes:velamen ſupra cor eorum poſitum eſt. Ibi ve
lamen figura eſt:ſed tolletur figura:et apparebit veritas in
eiſipſis. Sed quando tolletur velamen? Audi apoſtolum:
Cum autem tranſierint ad dominū:auferetur velamē. Dū
ergo non tranſeunt ad dominū quādiu legunt moyſen: vela-
men habent ſupra cor. Ad hoc ſacramentum fulgebat tunc
facies moyſi: ita vt non poſſent intendere filij iſrael in fa-
ciem eius. Audiſtis modo cum legeretur:et velamē erat in-
ter faciem moyſi loquentis:et populum audientem verba. Exod.34.
Per velum verba audiebant:faciem non videbant. Et quid
ait apoſtolus: Ita vt non poſſent intendere filij iſrael in fa 2.Cor.3.
ciem moyſi. Non intendebant inquit:vſqȝ in finem. Quid
eſt:vſqȝ in finem? Vſqȝ quo intelligerent chriſtū. Dicit quip-
pe apoſtolus: Finis enim legis chriſtus: ad iuſtitiam omni Roma.10
credenti: Erat ſides ſplēdor in facie moyſi:tanqȝ in facie car
nali et mortali. Nunquid diuturnus aut eternus eē poſſit?
Morte enim ſuccedente: profecto auferetur: Splendor
autem glorie beati domini noſtri ieſu chriſti: ſempiternus
eſt. Sed illud figura erat temporalis: Hoc autem quod illa
figura ſignificabatur veritas: Legunt itaqȝ et nō intelligūt
chriſtum:non perducūt intentionem vſqȝ in finem: quia ve
lum oppoſitum negat illis aſpectum ſplendoris interio-
ris. Et vide ibi ſub velo chriſtum: Ait ipſe dominus noſter
ieſus chriſtus: Si crederetis moyſi:crederetis et mihi: De Ioan.5.
me enī ille ſcripſit. Propitiatio autem peccatis noſtris et im
pietatibus:per illud ſacrificiū veſpertinū tranſimus ad do
minū vt auferatur velamen: Propterea et dño crucifixo: ve Mat.27
lum templi ſciſſum eſt. Exaudi orationem meā:ad te omnis
caro veniet. Sermones iniquorū preualuerunt ſup nos: et
impietates noſtras tu propitiaberis. ⌊Beatus quē elegiſti L
et aſſumpſiſti.⌋ Quis eſt electus ab eo:et aſſumptus ab eo?
Et aſſumptus eſt aliquis electus a ſaluatore domino noſtro
ieſu chriſto? An ipſe ſm carnem quod homo eſt:electus et aſ
ſumptus eſt? Ut tanqȝ verbo dei dicatur: quod erat in prin
cipio:ſicut dicit euangeliſta: In principio erat verbum:et ver Ioan.1.
bum erat apud deum:et deus erat verbum:quia et ipſe eſt fi
lius dei:verbū dei:de quo etiam dicit: Omnia per ipſum fa- Ibidem
cta ſunt:et ſine ipſo factum eſt nihil: vt illi dicatur filio dei:
quia ipſe eſt ſacerdos noſter:poſtea carne aſſumpta: Bea-
tus quē elegiſti et aſſumpſiſti:id eſt ille homo quo indutus eſt:
qui cepit ex tēpore:natus ex femina:templum quodāmodo il
lius eſt qui ſemper ieternū eſt:et in eternū fuit. An potius ipſe
chriſtus aſſumpſit quēdam beatū:et non dicatur ipſe quē aſſum-
pſit quaſi in plurali numero ſed in ſingulari? Unum enim
aſſumit:quia vnitatem aſſumit:ſchiſmata nō aſſumit:here-
ſes non aſſumit: Multitudinem de ſe fecerunt:non eſt vnus
qui aſſumitur. Qui autem manēt in compage chriſti: et mem
bra eius ſunt:faciunt quodāmodo vnum virum: de quo di-
cit apoſtolus: Donec occurramus omnes in agnitionem fi- Ephe.4.
lij dei in virum perfectum: in menſuram etatis plenitudi
nis chriſti. Itaqȝ vnus vir aſſumitur cui caput eſt chriſtus: 1.Cor.11.
quia caput viri chriſtus eſt. Ipſe eſt ille beatus vir qui non
abijt in conſilio impiorum: et cetera que ibi dicuntur. Ipſe Pſ.1.
eſt qui aſſumitur: Non eſt extra nos:in ipſius membris ſu-
mus:ſub vno capite regimur: Uno ſpiritu omnes viuimus:
vnam patriam omnes deſideramus. Videamus ergo quod
ad chriſtum dicitur:vtrum ad nos pertineat: et de nobis di-
catur. Interrogemus conſcientias noſtras: amorem illum
perſcrutemur: et ſi adhuc paruus eſt: et modo natus amor
iſte:forte enim modo in aliquo germinauit: diligēter extir-
pet iuxta germinātes ſpinas. id eſt curas ſeculares:nec cre
ſcendo ſanctum germen offocent. Beatus quem elegiſti et
aſſumpſiſti: In illo ſimus:et aſſumemur: in illo ſimus et electi
erimus. Et quid nobis dabit? ⌊Inhabitabit⌋ inquit ⌊in atrijs
tuis.⌋ Hieruſalē illa enī cui cantat qui incipiunt exire de ba
bylonia: Inhabitabit in atrijs tuis. ⌊Replebimur in bonis M
domus tue.⌋ Que ſunt bona domus dei? Fratres cōſtitua
mus nobis aliquā domū diuitē: quātis bonis refecta ſit:quā
copioſa ſit:vaſa quā multa ibi aurea:ſed et argentea:quātum
familie:quātum iumentorū et animaliū:ipſa deniqȝ domus quā
delectat picturis:marmore: laquearibus: colūnis: ſpacijs:
cubilibus:et deſiderantur talia: ſed adhuc ex cōfuſione ba-
bylonie. Amputa omnia iſta deſideria o ciuis hieruſalē: am
puta:ſi vis redire: non te delectet captiuitas. Sed iam ce-
piſti exire: noli retro reſpicere: noli remanere in via. Non
deſunt adhuc hoſtes qui tibi perſuadeant captiuitatem et
peregrinationē. Iam nō preualeant ſuper te ſermones ini-
quorum. Domum dei deſidera: et bona eius domus deſi-
dera:ſed

dera: ſed noli talia qualia deſiderare ſoles: vel in domo
tua: vel in domo vicini tui: vel in domo patroni tui. Aliud
quidem eſt bonum domus illius. Quid opus eſt vt nos di-
camus que ſint bona illius domus? Ipſe audiet qui can-
tat exiens de babylonia. Replebimur inquit in bonis do-
mus tue. Que ſunt bona iſta? Erexeramus fortaſſe cor ad
aurum: ad argentum: et cetera precioſa: Noli talia quere-
re: iſta premunt: non leuant. Hic ergo iam bona illa hieru-
ſalem: bona illa domus domini: bona illa tẽpli domini me-
ditemur: quia que domus domini: hoc ipſum templum do-
Al' † equitate mini. Replebimur in bonis domus tue. Sanctum eſt tem-
plum tuum mirabile in † iuſtitia. Iſta ſunt bona domus
illius. Non dixit: templum ſanctum tuum mirabile in colũ-
nis: mirabile in marmoribus: mirabile in tectis auratis:
ſed mirabile in iuſtitia. Habes foris oculos vnde videas
marmora et aurum: intus eſt oculus vnde videatur pulchri-
tudo iuſtitie. Intus inquam eſt oculus vnde videatur pul-
chritudo iuſtitie. Si nulla eſt pulchritudo iuſtitie: vnde
amatur iuſtus ſenex? Quid affert in corpore quod oculos
delectet? Curua membra: frontem rugatam: caput canis al-
batum: imbecillitatem vndiq querelis plenam. Sed forte
quia tuos oculos non delectat ſenex iſte decrepitus: aures
tuas delectat. Quibus vocibus? Quo cantu? Et ſi forte ado-
leſcens bene cantauit: omnia cum etate defecerunt. An for-
te ſonus verborum eius delectat aures tuas: que verba vix
plene enunciat lapſis dentibus? Tamen ſi iuſtus eſt: ſi alie-
num non concupiſcit: ſi de ſuo quod habet erogat indigenti-
bus: ſi bene monet: et rectum ſapit: ſi integre credit: ſi para-
tus eſt pro fide veritatis etiam ipſa confracta membra im-
pendere: Multi enim martyres etiam ſenes: vnde illũ ama-
mus. Quid in eo bonũ videmus oculis carnis? Nihil. Que-
dam ergo eſt pulcritudo iuſtitie quam videmus oculis cor-
dis: et amamus: et exardeſcimus. Quam multum dilexe-
runt homines in ipſis martyribus: cum eorum membra be-
ſtie laniarent. Nonne cum ſanguis fedaret omnia: cum mor-
ſibus beluinis viſcera funderentur: non habebant oculi niſi
quod horrerent? Quid ibi erat qd amaretur: niſi quia erat
in illa feditate dilaniatorum membrorum integra pulchritudo
iuſtitie? Iſta ſunt bona domus dei: his te para ſatiari. Sed
vt inde ſatieris cum perueneris: hoc te oportet eſurire et ſi-
tire cum peregrinaris: Hoc ſiti: hoc eſuri: quia ipſa erũt bo-
na dei. Audi illum regem cui iſta dicuntur: qui venit vt te
Matth. 5. reducat: et ſe tibi fecit viam. Quid dicit? Beati qui eſuriunt
et ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. Sanctum
templum tuum admirabile in iuſtitia. Et ipſum tẽplum fra-
tres nolite preter vos cogitare. Amate iuſtitiam et vos eſtis
O templum dei. Exaudi nos deus † ſaluator noſter. Ape-
Al' † ſalu- ruit modo quem deum dicat. Saluator eſt proprie domin⁹
taris. ieſus chriſtus: Aperuit modo apertius de quo dixerat: Ad
te omnis caro veniet. Exaudi nos de⁹ ſaluator noſter. Ille
vnus vir qui aſſumitur in templum dei: et plures ſunt et vnus
eſt. Ex vnius perſona dixit: Exaudi orationem meã: et quia
ipſe vnus ex pluribus cõſtat: modo ait: Exaudi nos deus
ſaluator noſter. Audi illum iam apertius predicari: Exaudi
nos deus ſaluator noſter. Spes omnium finiũ terre et in
mari longe. Ecce vnde dictum eſt: Ad te omnis caro ve-
niet. Vndiq venitur. Spes omniũ finiũ terre: non ſpes vni⁹
anguli: non ſpes ſolius iudee: non ſpes ſolius africe: nõ ſpes
pãnonie: non ſpes orientis aut occidentis: ſed ſpes omniũ
finium terre: et in mari longe. Ipſorum finiũ terre et in ma-
ri longe: et quia in mari: ideo longe. Mare enim in figura
dicitur ſeculum hoc ſalſitate amarum: procellis turbulen-
tum: vbi homines cupiditatibus peruerſis et prauis: facti
ſunt velut piſces inuicem ſe deuorantes. Attẽdite mare ma-
lum: mare amarum: fluctibus ſeuum: attendite qualibus
hominibus plenum ſit. Quis optat hereditatem: niſi mor-
te alterius? Quis optat lucrum: niſi damno alterius? Quã
multi aliorum defectione cupiunt ſublimari? Quã multi vt
emant optant alios vendere res ſuas? Quomodo ſe inui-
cem opprimũt: et qui poſſunt deuorant? Et cum deuorave-
rit vnus piſcis maior minorẽ: deuoratur et ipſe a maiore: O
piſcis male: pdã vis de paruo: pda efficieris magno. Quoti-
die iſta eueniunt: ante nos ſunt: videm⁹ illa: horream⁹ illa:

Non illa agamus fratres: quia ſpes eſt ille finiũ terre. Ille
ſi non eſſet ſpes et in mari longe: non diceret diſcipulis ſuis.
Faciam vos piſcatores hominũ. Iam in mari capti per re- Matth. 4
tia fidei: gaudeamus nos ibi natare adhuc infra retia: quia
adhuc mare hoc ſeuit procellis: ſed retia que nos ceperunt
perducẽt ad littus. Littus eſt finis maris. Ergo peruentis
in finem ſeculi. Interim infra ipſa retia fratres bene viua-
mus: non retia rũpentes: foras exeamus. Multi enĩ rupe-
runt retia et ſchiſmata fecerunt et foras exierũt: quia malos
piſces intra retia captos ſe nolle tolerare dixerunt: ipſi ma-
li facti ſunt potius: q illi q ſe nõ potuiſſe tolerare dixerũt.
Namq illa retia ceperunt piſces et bonos et malos. Domi-
nus dicit: Simile eſt regnum celorum ſagene miſſe in ma- Matth. 13
re: que congregat ex omni genere: Quam cum impleta eẽt
educentes: et ſecus littus ſedentes elegerũt bonos in vaſa:
malos autem foras miſerunt. Sic erit inquit in conſumma-
tione ſeculi. Oſtendit littus: oſtendit finem maris. Exibũt Ibidem
angeli: et ſeparabunt malos de medio iuſtorum: et mittent
eos in caminũ ignis: Ibi erit fletus et ſtridor dentium. Eia
ciues hieruſalem qui intra retia eſtis: et piſces boni eſtis:
tolerate malos: retia nolite rumpere: cum illis eſtis in ma-
ri. non cum illis eritis in vaſis. Spes enim ille finium ter-
re: ipſe ſpes eſt et in mari lõge: Longe: quia et in mari. Pre-
parans montes in † fortitudine ſua. Non in fortitudine il- P Al' † virtu-
lorum. Preparauit enim magnos predicatores: et ipſos ap- te tua.
pellauit montes: humiles in ſe: excelſos in illo. Preparans
montes in fortitudine ſua. Quid dicit vnus ex ipſis mon-
tibus? Ipſi in nobiſmetipſis reſponſum mortis habuimus: 2. Cor. 1.
vt non fidẽtes in nobiſmetipſis ſimus: ſed in deo q ſuſcitat
mortuos. Qui in ſe fidit: et in chriſto nõ fidit: non eſt de his
mõtib⁹ qs ille pparat in fortitudie ſua. pparãs mõtes i for- Al. † accin-
titudie ſua. † Circũcinct⁹ in potẽtatu: Potẽtatũ intelligo ctus potẽ-
Circũcinct⁹ qd eſt? Chriſtũ: quẽ in medio ponũt circũcinctũ tia.
faciunt: id eſt vndiq cinctum: Habemus illum omnes com-
muniter: ideo in medio eſt. Circumcingimus illum omnes
qui credimus in illum: et quia fides noſtra non de viribus
noſtris: ſed de illius potentia eſt: ideo circumcinctus in po-
tentatu ſuo: non noſtra fortitudine. Qui conturbas † fun- al' † pfũdũ
dum maris. Fecit hoc: videtur quid fecerit: Preparauit
enim montes in fortitudine ſua: miſit illos predicare. Cir-
cumcinctus eſt a credentibus in potentatu: et motum eſt ma-
re: cõmotũ eſt ſeculũ: et cepit pſeq ſctõs ei⁹. Circũcinctus in
potẽtatu: q cturbas fundũ maris. Nõ dixit q cturbas mare
ſz fundũ maris. Fundũ maris eſt cor impiorũ. Sicut enĩ a fun-
do vehementius omnia mouentur: et fundus continet oĩa
Sic quicqd pceſſit per linguas: per manus: per poteſtates
diuerſas: ad pſecutiones eccleſie a fundo pceſſit. Si enim
nõ eſſet radix iniquitatis in corde: nõ illa omnia pcederent
aduerſus chriſtum. Fundum cõturbauit forte: vt et fundum
exhauriret: Nam hmõi quibuſdã exhauſit mare a fundo:
et poſuit mare deſertum. Dicit illud alius pſalmus: Qui cõ- Ps. 65
uertit mare in aridam. Omnes impii et pagani qui credide-
runt: mare erant: terra facti ſunt: ſalſis fluctibus pmo ſteri-
les: poſtea iuſtitie fructu fecundi. Qui conturbas fundum
maris. Sonum fluctuũ eius † quis ſufferet? Quid eſt: Al' † nõ hʒ
quis ſufferet? Quis homo ſufferet ſonũ fluctuũ maris: iuſ-
ſiones ſublimitatũ ſeculi? Sed vnde ſufferuntur? Quia pre-
parat montes in fortitudine ſua. Quod ergo dixit: quis ſuf-
feret: hoc ait: Nos ipſi per nos ipſos ſufferre illas perſecutio-
nes non poſſemus: niſi ille daret fortitudinem. Qui contur-
bas fundum maris: ſonum fluctuum eius quis ſufferet?
Turbabuntur gentes. Primo turbabantur: ſz illi mon- Q
tes parati in fortitudine chriſti: nunquid turbati ſunt? Tur-
batum eſt mare: eliſum eſt in montem: mare fractum eſt:
montes inconcuſſi manſerunt. Turbabuntur gentes: Et Al' † nõ hʒ
timebunt † omnes. Ecce iam omnes timent: antea qui
turbati erant: timent iam omnes. Non timuerunt chriſtia-
ni et timentur iam chriſtiani Omnes qui perſequebantur:
modo timent. Superauit enim ille qui circumcinctus eſt in
potentatu: ſic ad illum venit omnis caro: vt ceteri pauci-
tatem ipſam iam timeant. Et timebũt omnes. Qui inha- al' † terios
bitant † fines † terre a ſignis tuis. Miracula enim fecerũt † nõ habet
apoſtoli: et ideo omnes fines terre timuerunt et credides

Alſ † ma/ runt. ⌊Exitus † mane ⁊ veſpere delectabis:⌋ Id eſt dele/
tutini. ctabiles facis. Jam in iſta vita qd nobis promittit? Exitus
delectabilis: mane et veſpere. Sunt exitus mane: ſunt exi/
tus veſpere. Mane ſignificat proſperitatem ſeculi: veſpera
ſignat tribulationem ſeculi. Intendat charitas veſtra. In
vtroq̧ enim tentatur anima humana: Et proſperitate: ne
corrūpatur: Et aduerſitate: ne frangatur. Ideo autem ma
ne pſperitatem ſignificat: quia mane letum eſt: tranſacta
velut triſtitia noctis. Triſtes autem ſunt tenebre veniente
veſpera: Ideo veniente quaſi mundi veſpera: obtulit ſacri
ficium veſpertinū. Non ergo timeat vnuſquiſq̧ veſperum:
ne mane corrūpatur? Ecce neſcio quis vt facias mali aliqd:
promiſit lucrum: mane eſt. Arridet tibi ampla pecunia: ma
ne tibi fit. Noli corrūpi: ⁊ habebis exitum mane. Si eni ha
bes exitum: nō capieris. Sic eſt enim promiſſio lucri: quaſi
eſca in muſcipula. Coartaris: ⁊ nō eſt quo exeas: caperis in
muſcipula. Dedit autem tibi exitum dominꝰ deus tuus: ne
lucro capiaris: cum tibi dicat in corde: ego ſum diuitie tue?
Noli attendere quod mūdus promittit: ſed quod promittit
conditor mūdi: Attende qd tibi promiſit deus facienti iuſti
tiam: ⁊ contēne quod tibi promittit homo: vt abducat iuſti
tiam: ⁊ adducat iniuſtitiam. Noli ergo attendere qd mun/
dus promittit: ſed qd conditor mūdi: ⁊ habebis exitum ma
ne per dn̄i verbū dicentis: Quid pdeſt hoī ſi totum mundū
Mat. 16 lucretur: anime aūt ſue detrimentū patiatur? Sed ille q̄ te
pmiſſo lucro corrūpere: ⁊ ad iniquitatem adducere nō po/
tuit: minatur penas: ⁊ cōuertit ſe ad inimicitias: ⁊ incipit ti
bi dicere: Si hoc nō feceris: ego oſtendā: ego faciam: habe
bis me inimicum. Primo cū lucrum pmittebat: mane tibi
erat: modo iam veſpera ſcit: triſtis factus es. Sed q̄ dedit ti
bi exitum mane: dabit ⁊ veſpere. Quō contēpſiſti mane ſe
culi ex luce dn̄i: ſic contēne ⁊ veſperam ex paſſionibus dn̄i:
vt dicas anime tue. Quid mihi amplius facturus eſt iſte:
q̄ paſſus eſt p me dn̄s meus deꝰ: vt teneam iuſtitiā: nō con
ſentiā ad iniquitatē? Seuiat in carne: frangatur muſcipula:
⁊ volabo ad dominū meum qui mihi ait: Nolite timere eos
Mat. 10 qui corpus occidunt: animā autem nō poſſunt occidere. Et
de ipſo corpore ſecuritatem dedit dicens: Capillus capitis
veſtri non periet. Magnifice hic poſuit: delectabis exitus
Luce. 21. mane ⁊ veſpere. Si enī nō te delectet ipſe exitus: nō labo/
rabis exire inde. Mittis caput in lucrum pmiſſum: ſi nō te
delectet promiſſio ſaluatoris. Et rurſus cedis tentanti et
terrenti: ſi nō te delectet ille qui prior paſſus eſt: vt tibi exi
tum faceret. Exitus mane ⁊ veſpere delectabis. ⌊Viſitaſti
R terram ⁊ inebriaſti eā.⌋ Unde inebriaſti terram? Calix tuꝰ
Ps. 22. inebrians q̄ preclarus eſt. Viſitaſti terram ⁊ inebriaſti eam:
miſiſti nubes tuas: pluerūt predicationē veritatis: inebria/
ta eſt terra. ⌊Multiplicaſti † ditare eam.⌋ Unde multipli
Alſ † locu caſti eam ditare? ⌊† Fluuius dei † repletus eſt † aqua.⌋
pletare Quid eſt fluuius dei? Populus dei. Primus populus re/
Al' † flumē pletus eſt vnde ⁊ cetera terra rigaretur. Audi illum pmit/
† repletū tentem aquā: Si quis ſitit: veniat ⁊ bibat: Qui credit i me:
† aquis flumina aque viue de ventre eius fluent. Si flumina ⁊ vnꝰ
Joan. 7. fluuius: quia ppter vnitatem multi vnū ſunt: Multe eccle
⁊ vna eccleſia: Multi fideles ⁊ vna ſponſa chriſti: ſic multa
flumina ⁊ vnus fluuiꝰ. Crediderūt multi iſraelite: ⁊ impleti
ſunt ſpūſancto: Inde diffuſi ſunt per gentes: ceperūt pdi/
care veritatem: ⁊ de fluuio dei q̄ impletus eſt aqua: irriga/
ta eſt tota terra. ⌊Paraſti cibum illoꝝ † quia ita eſt prepa/
Alſ † qm ratio † tua.⌋ Non quia te pmeruerūt q̄bus peccata dona
† eius ſti. Merita illoꝝ mala erant: ſed tu ppter miſericordiā tuā:
quia ita eſt preparatio tua: ita preparaſti cibum illorum.
⌊† Sulcos eius inebria.⌋ Fiant ergo pmo ſulci q̄ inebrien
Al' † riuos tur: doricia pectoris noſtri aperiatur vomere ſermonis dei.
Sulcos eius inebria. ⌊Multiplica † generationes eius.⌋
Alſ † geni Uidemus credunt: ⁊ ex credentibus alij credunt: ⁊ ex illis
mina. alij credunt: ⁊ non ſufficit vni homini vt factus ipſe ſit fide
lis ſi non ⁊ alium lucretur: Sic multiplicatur ⁊ ſemē: Pau/
ca grana mittuntur: ⁊ ſegetes exurgunt. Sulcos eius ine/
bria: multiplica generationes eius. ⌊In ſtillicidijs † ſ. is le
Alſ † eius tabitur † cum exorietur.⌋ In ſtillicidijs ſuis: id eſt anteq̄
† germi/ ſit forte idonea capacitate fluminis cum exorietur in ſtillici
nans dijs ſuis: id eſt ſibi congruis letabitur. Paruulis enim ad/

huc et infirmis ſtillantur quedam de ſacramentis: quia nō
poſſunt capere plenitudinem veritatis. Audi quomodo ſtil
let paruulis dum exoriuntur: id eſt in recenti ortu: minꝰ ca/ 1. Cor. 3
pacibus apoſtolus dicit: Non potui vobis loqui quaſi ſpi/
ritualibus: ſed quaſi carnalibus: quaſi paruulis in chriſto.
Cum dicit paruulos in chriſto: iam dicit exortos: ſed non/
dum idoneos ad capiendam illam vberem ſapientiam: de
qua dicit: Sapientiam loquimur inter perfectos. Letetur 1. Cor. 2.
in ſtillicidijs ſuis: cū exorietur ⁊ augetur: roboratur: capiet
et ſapientiam quomodo infans nutritur lacte: ſit idoneus
cibo: tamen primo de ipſo cibo cui minus idoneus erat illi
lac factum eſt. In ſtillicidijs ſuis letabitur cum exorietur.
⌊Benedices † coronam anni benignitatis tue.⌋ Semina/ S
tur modo: creſcit quod ſeminatur: erit et meſſis: ⁊ modo ſu al. † corōe
per ſemen ſuperſeminauit inimicus zizania: et exorti ſunt Mat. 13
mali inter bonos pſeudo chriſtiani: ſimilem habentes her/
bam: ſed non parem fructum. Etenim zizania ea proprie di
cuntur que naſcuntur in ſimilitudine frumentorum: ſicuti
eſt lolium: ſicuti eſt auena et cetera talia que primam her/
bam prorſus ſimilem habent. Propterea de ſeminatione zi
zaniorum hoc dixit dominus: Uenit inimicus et ſuperſemi
nauit zizania. Cum autem creuiſſet herba et fructum feciſ
ſet: tunc apparuerunt zizania. Ergo venit inimicus et ſu/
perſeminauit zizania. Sed quid fecit tritico? Non opprimi
tur zizanijs frumentum: immo per tolerantiam zizaniorū
creſcit fructus frumētorum. Ipſe enim dominus dixit qui/
buſdam operarijs volentibꝰ eradicare zizania: Sinite vtra/
q̧ creſcere vſq̧ in meſſem: ne forte cum vultis eradicare zi/ Ibidem
zania: eradicetis ſimul et frumentum: ſed in tempore meſ/
ſis dicam meſſoribus: Colligite primum zizania et alliga/
te faſciculos ad comburendum: frumentum autem recondi
te in horreum. Ille eſt finis anni: meſſis ſeculi: Benedices
coronam anni benignitatis tue. Coronam vbi audis: glo/
ria victorie ſignificatur. Uince diabolum: et habebis coro/
nam. Benedices coronam anni benignitatis tue. Rurſus
commēdat benignitatem dei: ne quiſq̄ de ſuis meritis glo T
rietur. ⌊Et campi tui replebuntur vbertate. Pingueſcent al. † ſpecio
† fines deſerti: et colles exultatione accingentur.⌋ Cam/ ſa.
pi: colles: fines deſerti: idem: ipſi ſunt homines. Campi: p/
pter equalitatem. Ergo ppter equalitatem: inde dicti ſunt
campi populi iuſti. Colles: propter erectionem: quia erigit
in ſe deus eos qui ſe humiliant. Fines deſerti: omnes gen/
tes Quare fines deſerti? Deſerti erant: nullus ad eos pro/
pheta miſſus erat. Sic erant illi quomodo eremus: qua
non tranſit homo. Nullum verbum dei miſſum erat ad gen
tes: Soli populo iſrael predicauerunt prophete. Uentum
eſt ad dominum: crediderunt frumenta in ipſo populo iu/
deorum. Nam dixit tunc diſcipulis ſuis: Dicitis quia longe Joan. 4.
eſt meſſis: reſpicite et videte: quia albe ſunt regiones ad
meſſem. Fuit ergo meſſis prima: erit ſecunda in vltimo ſe/
culo. Meſſis prima de iudeis: quia mittebantur ad illos p/
phete annunciantes venturum ſaluatorem. Ideo dixit di/
ſcipulis ſuis dominus: Uidete quia albe ſunt regiones ad
meſſem: regiones vtiq̧ iudee. Alij inquit laborauerunt: et
vos in eorum labores intraſtis. Laborauerunt prophete Ibidem
vt ſeminarent: et vos cum falce intraſtis ad aliorum labo/
res. Facta eſt ergo prima meſſis: et inde de ipſo frumento
quod tunc purgatum eſt: ſeminatus eſt orbis terrarum: vt
ſurgat alia meſſis que in fine metenda eſt. In ſecunda meſ Mat. 13
ſe ſuperſeminata ſunt zizania: modo hic laboratur. Quomo
do in illa prima laborauerūt prophete: quouſq̧ veniret do
minus: Sic in iſta ſecunda laborauerunt apoſtoli: ⁊ omnes
pdicatores veritatis laborant: quouſq̧ in finē dimittat in
meſſem angelos ſuos. Antea g deſertū erat: ſz pingueſcēt
fines deſerti: Ecce vbi pphete nō ſonuerāt: dn̄o pphetarū
accepꝰ ē. Pingueſcēt fines deſerti: ⁊ exultatiōe colles accin
gentur. ⌊Induti ſunt arietes ouium:⌋ Subaudiendum V
exultatione. Qua enim exultatione colles accingentur: hac
induuntur arietes ouium. Ipſi arietes: qui colles. Colles
enī eminentiore gratia: Arietes: quia duces gregum. Arie/
tes ergo apoſtoli induti ſunt exultatione: gaudēt de fructi
bus ſuis: nō ſine cauſa laborauerunt: nō ſine cauſa pdicaue
rūt. Induti ſunt arietes ouiū. ⌊Et † conualles abundabūt Al' † valles
frumento.⌋

frumento.] Et humiles populi multum fructum afferẽt.
[Clamabunt.] Inde abundabunt frumẽto: q2 clamabũt:
Quid clamabunt? [Etenim hymnum dicent.] Aliud eſt
enim clamare aduerſus deum: aliud hymnum dicere aliud
clamare ſacrilegium: aliud clamare laudes. Si clamas in
blaſphemia: ſpinas protuliſti: Si clamas in hymno: abun-
das frumento.

¶ Explicit tractatus de pſ̃. lxiiij.
¶ Incipit Tractatus de pſ̃. lxv.

A Inſcribitur in titulo pſalmus iſte: [In finem cantici
pſalmi reſurrectionis.] In finem cum auditis quan-
do pſalmi pronunciantur: in chriſtum intelligite: dicente
Roma. 10. apoſtolo: Finis enim legis chriſtus: ad iuſtitiam omni cre-
denti. Quomodo ergo hic cantetur reſurrectio: et cuius re-
ſurrectio: quantum ipſe donare et aperire dignatur: audie-
tis. Reſurrectionem enim chriſtiani nouimus in capite no-
Colo. 1. ſtro iam factam: et in membris futuram. Caput eccleſie chri-
ſtus eſt: membra chriſti eccleſia. Quod preceſſit in capite:
ſequetur in corpore. Hec eſt ſpes noſtra: ad hoc credimus:
ad hoc duramus et perſeueramus in tanta malignitate hu-
ius ſeculi: conſolante nos ſpe: anteꝗ̃ ſpes fiat res. Res enĩ
erit cum et nos reſurrexerimus: et in celeſtem habitum com-
Mat. 22 mutati equales angelis facti fuerimus. Quis hoc ſperare
auderet: niſi veritas promitteret? Hanc autem ſpem pro-
miſſam ſibi iudei tenebant: et de bonis et de quaſi iuſtis ope-
ribus multum gloriabantur quod acceperant legem ſm
quam viuendo: et hic haberent bona carnalia: et in reſurre-
ctione mortuorum talia ſperabant de qualibus hic gaude-
bant: Propterea ſaduceis qui negabant futuram reſurre-
ctionem: iudei reſpondere non poterant proponentibꝰ que-
ſtionem quam domino propoſuerunt idem ſaducei. Hinc
enim intelligimus eos hanc queſtionem ſoluere nõ potuiſ-
ſe: quia domino ſoluente mirati ſunt. Proponebant ergo ſa-
ducei queſtionem de quadam muliere que habuit ſeptem
viros: non ſimul ſed ſuccedentes ſibi. Erat enim hoc legis
Deut. 25 ad populum propagandum: vt qui forte ſine liberis defun-
Mat. 22 geretur: frater eius ſi haberet: acciperet vxorem eius: ad
reſuſcitandum ſemen fratri ſuo. Propoſita ergo illa muli-
ere que habuit ſeptem viros omnes mortuos ſine liberis: et
ad hoc officium implendum ducentes fratris vxorem: di-
xerunt querentes In reſurrectione cuius eorum erit vxor.
Ibidem Proculdubio iudei non fatigarentur: non deficerent in iſta
queſtione: ſi non talia ſibi in reſurrectione ſperarent: qua-
lia agebant in hac vita. Dominus autem equalitatem ange-
lorum promittens non humanam carnis corruptionem: ait
Mat. 22. illis: Erratis: neſcientes ſcripturas neq; virtutem dei. In
reſurrectione enim neq; nubent: neq; vxores ducent: neq;
enim incipient mori: ſed erunt equales angelis dei. Demõ-
ſtrauit ꝙ ibi non ſit neceſſaria ſucceſſio: vbi deſerit deceſ-
ſio. Ibi quia deceſſores non erunt: nec ſucceſſores queren-
tur. Ad hoc ſubiecit: non enim incipient mori. Verumtamẽ
quia iudei tenebant: et ſi carnaliter ſpem reſurrectiõis fu-
ture: gauiſi ſunt reſponſum eſſe ſaduceis cum quibus illis
erat de hac ancipiti et obſcura queſtione certamen. Tene-
bant ergo iudei ſpem reſurrectionis mortuorum: et ſolos
ſe ad beatam vitã reſurrecturos ſperabant propter opus
legis: et propter iuſtificationes ſcripturarum quas habe-
Roma. 11. bant ſoli iudei: et gentes non habebant. Crucifixus eſt chri-
ſtus: cecitas ex parte in iſrael facta eſt: vt plenitudo gen-
tium intraret. Hoc apoſtolo dicente: cepit etiam gentibus
promitti reſurrectio mortuorũ: credentibus in ieſum chri-
ſtum quod reſurrexerit. Inde pſalmus iſte eſt aduerſus
preſumptionem et ſuperbiam iudeorum: pro fide gentium
ad eandẽ ſpem reſurrectionis vocatarum. Quodammodo
fratres mei animũ pſalmi audiſtis. In hoc quod dixi: hoc
quod propoſui: tota veſtra ſuſpendatur intentio. Hinc vos
nulla cogitatio auertat: contra preſumptionem dicitur iu-
deorum: qui de iuſtificationibus legis ſperabant ſibi re-
ſurrectionem: et crucifixerunt chriſtum qui primus reſur-
rexit: non membra reſurrectura ſolos iudeos: habitu-
ros: ſed omnes qui in eum credidiſſent: id eſt omnes gen-
tes. Inde cepit.

¶ Expoſitio pſalmi.

Iubilate deo.] Qui? [Omnis terra.] Non ergo ſo- B
la iudea. Videte fratres quẽadmodum commẽdetur Pſ̃. 99
vniuerſitas eccleſie toto orbe diffuſe: et non ſolum dolete
iudeos: qui gratiam iſtam gentibus inuidebant: ſed plus
hereticos plangite. Si enim dolendi ſunt qui collecti non
ſunt: quanto amplius qui collecti diuiſi ſunt? Iubilate deo
omnis terra. Quid eſt iubilate? In vocẽ erumpite gaudio-
rum: ſi non poteſtis verborum. Non enim verbis iubilatur:
ſed ſolus gaudentium ſonitus redditur quaſi parturien-
tis et parientis cordis leticiam in vocem rei concepte que
verbis explicari non poſſ. t. Iubilate deo omnis terra Ne-
mo iubilet in parte: Nemo inꝗ̃ iubilet in parte: omnis ter-
ra iubilet: catholica iubilet: catholica totũ tenet. Quicũq;
partem tenet et a toto preciſus eſt: vlulare vult non iubila-
re. Iubilate deo omnis terra. [† Pſallite † autem nomini C
eius.] Quid dixi: pſallentibus vobis? Benedicatur no- Alī † pſal
men eius. Quid ſit autem pſallere: heri dixi: et credo memi- mũ dicite.
niſſe charitatem veſtram. Pſallere eſt organum etiam aſſu- † nõ hʒ.
mere quod pſalterium dicitur: et pulſu atq; opere manuũ
vocibus concordare. Si ergo iubilatis quod deus audiat:
pſallite etiam ꝙ homines videant et audiant: ſed non pro-
pter nomen veſtrum Cauete enim facere iuſtitiam veſtrã Mat. 6.
coram hominibus: vt videamini ab eis Et propter cuius
nomen inquies pſallam: vt non videantur ab hominibus
opera mea? Attendite alio loco: Luceant opera veſtra co- Mat. 5.
ram hominibus: vt videant bona facta veſtra: et glorificent
patrem veſtrum qui in celis eſt. Videant bona facta veſtra:
et glorificent non vos ſed deum. Nam ſi propter vos glori-
ficandos facitis opera bona: reſpondetur vobis quod ipſe Mat. 6.
dixit de quibuſdam talibus: Amen dico vobis: perceperũt Ibidem
mercedem ſuas. Et iterum: Alioquin mercedem non habe-
bitis apud patrem veſtrum qui in celis eſt. Ergo inquies
debeo abſcõdere opera mea: ne faciam coram hominibus?
Non. Sed quid ait? Luceant opera veſtra coram homini-
bus Anceps ergo remanebo. Hic mihi dicis: Cauete face-
re iuſtitiam veſtram coram hominibus: hic mihi dicis: Lu-
ceant opera veſtra coram hominibus: Quid obſeruabo?
Quid faciam? Quid relinquam? Tamen non poteſt homo Mat. 6
ſeruire duobus dominis diuerſa iubentibus: ꝙ̃ nec vni di-
uerſa iubenti. Non ait dominus: diuerſa iubeo. Finem at-
tende. In finem canta: quo fine facias: vide. Si ideo facis
vt tu glorificeris: hoc prohibui: ſi autem ideo vt deus glori-
ficetur: hoc iuſſi. Pſallite ꝗ̃ nõ nomini veſtro: ſed nomini dñi dei
vrĩ. Vos pſallite: ille laudetur: vos bene viuite: ille glorificet.
Vñ enĩ habetis ipſum bene viuere? Si eternum haberetis:
nũꝗ̃ male vixiſſetis ſi a vob haberetis nũꝗ̃ bñ vixiſſetis Pſal-
lite aũt nomini eius. [Date gloriam laudi eius.] Totam D
intentionem noſtram in laudem dei mittit: nihil nobis re-
linquit vnde laudemur. Gloriemur inde magis et gaudea-
mus: illi inhereamus: in illo laudemur. Audiſtis cum lege- 1. Cor. 1.
retur apoſtolus: Videte vocationem veſtram fratres: quia
non multi ſapientes ſm carnem: non multi potentes: non
multi nobiles: ſed ſtulta mundi elegit deus: vt confundat
ſapientes: et infirma mundi elegit deus: vt confundat for-
tia: et ignobilia mundi elegit deus: et ea que nõ ſunt tanꝗ̃
que ſunt: vt ea que ſunt euacuentur. Quid voluit dicere?
Quid voluit oſtendere? Deſcendit dominus deus noſter
Ieſus chriſtus in ſpiritu reparare genus humanum: et da-
re gratiam ſuam omnibus intelligentibus: quia gratia il-
lius non ex meritis eorum: Et ne quelibet perſona glo-
riaretur in carne: infirmos elegit: nam inde non eſt ele- Marci. 2.
ctus ille nathanael etiam. Quid enim tibi videtur: vt pu-
blicanum in teloneo ſedentem eligeret Mattheum: et non
eligeret nathanael cui perhibuit teſtimonium ipſe domi- Joan. 1.
nus dicens: Ecce verus iſraelita in quo dolus non eſt?
Intelligitur ergo nathanael iſte doctus fuiſſe in lege: non
quia doctos non erat electurus: ſed ſi ipſos primo ele-
giſſet: doctrine ſue merito ſe electos putarent: et ita illo-
rum ſcientia laudaretur: et laus chriſti gratie minueretur.

Perhibuit teſtimonium tanq̄ bono fideli in quo dolus nõ
erãt:ſed tamẽ eũ non aſſumpſit inter illos diſcipulos quos
primũ idiotas elegit. Et vnde intelligimus quod ille peri-
tus erat legis? Quãdo audiuit ab vno ex eis qui ſecuti erãt
dominũ dicentem: Inuenimus meſſiam: quod interpreta-
tur chriſtus: queſiuit vnde: ⁊ dictum eſt a nazareth. Et ille:
Ibidem A nazareth poteſt aliquid boni eſſe. Procul dubio qui intel
lexit: quia a nazaret poteſt aliquid boni eſſe: peritus erat
legis: ⁊ bene prophetas inſpexerat. Noui eſſe in illius ver-
bis aliam pronũciationem: ſed a prudentioribus nõ eſt ap-
probata: vt quaſi deſperaſſe videatur: ille cum audiens di-
xiſſet: a nazaret poteſt aliquid boni eſſe. i. nũquid põt? Sic
pnunciando q̄ſi deſperaret. Sequit̃ aũt ibi: Ueni ⁊ vide: h
vba. i. veni ⁊ vide vtrãq; pñt pronunciationem ſequi: Si
dicas: quaſi non credens: a nazareth põt aliquid boni eſſe?
Reſpõdetur: Ueni ⁊ vide quod nõ credis. Rurſus ſi dicas
cõfirmans: A nazareth põt aliquid boni eſſe. Reſpõdetur:
veni ⁊ vide qd̃ credis q̄ vere bonũ ſit: bonũ qd̃ nũcio a na-
zareth: ⁊ q̄ recte credas: veni ⁊ experire. Hinc tamen eſti-
1. Cor. 1. matur doctus ille in lege fuiſſe: quia nõ eſt electus inter di-
ſcipulos ab illo: qui ſtulta mũdi prius elegit: cum tantum ei
Joan. 1. perhibuerit teſtimoniũ dominꝰ dicens: Ecce vere iſraelita:
in quo dolus non eſt. Elegit ergo dominus poſtea ⁊ orato-
res: ſed illi ſuperbirent ſi nõ prius elegerit piſcatores. Ele-
De verbis git diuites: ſed dicerent merito diuitiarum ſuarum ſe ele-
apſi. 27. E ctos eſſe: niſi primo elegiſſet pauperes. Elegit imperato-
⁊ de vbis res poſtea: ſed melius eſt vt romam cum venerit impera-
dñi. 59. F tor: depoſito diademate ploret ad memoriam piſcatoris: q̄
1. Cor. 1. vt piſcator ploret ad memoriam imperatoris. Infirma eñi
mundi elegit deus: vt confundat fortia: ⁊ ignobilia mundi
elegit: et ea que non ſunt tanq̄ ea que ſunt vt ea que ſunt
euacuarentur. Et quid ſequitur? Quid ait? Concluſit apo-
Ibidem ſtolus: vt non glorietur coram deo omnis caro. Uidete quẽ-
admodum nobis abſtulit gloriam: vt daret gloriam. Abſtu-
lit noſtram: vt daret ſuam. Abſtulit inanem: vt daret ple-
nam. Abſtulit nutantem: vt daret ſolidam. Tanto ergo glo-
ria noſtra fortior ⁊ firmior: quia in deo eſt. Non ergo in te
debes gloriari quod prohibuit veritas: ſed quod ait apo-
ſtolus: hoc precipit veritas: Qui gloriatur: in domino glo-
rietur. Date ergo gloriã laudi eius: nolite imitari iudeos:
qui q̄ſi meritis ſuis volebant tribuere iuſtificationes ſuas:
⁊ inuidebant gentibus accedentibus ad gratiam euange-
licam: vt peccata omnia donarent̃ eis: quaſi illi non habe-
rent quod donaretur ſibi: quaſi iam boni operarij merce-
dem expectantes: Et cum adhuc egroti eſſent: ſanos ſe eſſe
putabant: et inde periculoſius egrotabant. Nam ſi vel mi-
E tius egrotaſſent: nõ quaſi phrenetici medicum occidiſſent.
Als† terri Date gloriam laudi eius. [Dicite deo q̄ † timẽda ſunt ope
bilia ra tua †.] Quare timenda ⁊ nõ amanda? Audi aliam vo-
† domine. cem Pſalmi. Seruite domino in timore: et exultate ei cum
Pſ. 2. tremore. Quid ſibi hoc vult? Audi vocem apoſtoli: Cum ti-
Phil. 2. more inquit et tremore veſtram ipſorum ſalutem operami-
Ibidem ni. Quare cum timore et tremore? Subiecit cauſam: Deus
eſt enim qui operatur in vobis ⁊ velle et perficere pro bo-
na voluntate. Si ergo deus operatur in te: gratia dei bene
operaris non viribus tuis. Ergo ſi gaudes: et time: ne forte
quod datum eſt humili: auferatur ſuperbo. Nam vt noue-
ritis hoc eſſe factum de ipſa ſuperbia iudeorum quaſi ſe ex
operibus legis iuſtificantium: et ideo cadentium: dicit alꝰ
Pſ. 19 pſ. Hi in curribus ⁊ hi in equis: quaſi in ſuis quibuſdã paſ-
ſibus ⁊ inſtrumentis ad erectionem ſuam. Nos autem inq̄t
in nomine domini dei noſtri magnificabimur. Hi in curri-
bus ⁊ hi in equis: nos autem in nomine dñi dei noſtri ma-
gnificabimur. Uidete quẽadmodũ illi extollebant̃ in ſe: vi-
dete quẽadmodũ iſti gloriabantur: in deo: propterea quid
Ibidem ſecutum eſt? Illis obligati ſunt pedes et ceciderunt: nos
Joan. 19 autem ſurreximus et erecti ſumus. Audi ipſum dominum
noſtrum hoc idem dicentem. Ego inquit veni: vt qui non vi-
dent videant: et qui vident ceci fiant. Uide in vna parte bo-
nitatem: in alia quaſi maliciã. Sed quid melius illo? Quid
miſericordius? Quid iuſtius? Quare ergo qui non vident
videant? Propter bonitatem. Quare et qui vident ceci fi-
ant? Propter elationem. Et vere videbant: et facti ſunt ce-
ci: Non videbant: ſed videre ſibi videbantur. Nam ecce vi-
dete fratres cum dicerent ipſi iudei: Num ſumus ceci? Ait Ibidem
illis dominus: Si ceci eſſetis: peccatum non haberetis: mo-
do autem, quia dicitis videmus: peccatum veſtrum in vo-
bis manet. Ad medicum veniſti: videre te dicis? Ceſſabunt
collyria: ſemper cecus remanebis. Confitere te cecum: vt
illuminari merearis. Attende iudeos: attẽde gentes. Qui
non vident: videant inquit: Ideo veni: et vt qui vident ceci
fiant. Ipſum dominũ ieſum chriſtum in carne videbant iu-
dei: gentes non videbant. Ecce qui viderunt crucifixerunt:
qui non viderunt crediderunt. Ergo quid feciſti o chriſte: F
aduerſus ſuperbos? quid feciſti? Uidemus quia dignatꝰ es
et membra tua ſumus: videmus: Abſcondiſti deum: et ho-
minem aſpectibus obieciſti hominum. Quare hoc? Ut ceci- Roma. 11.
tas ex parte in iſrael fieret: ⁊ plenitudo gentium intraret.
Ad hoc abſcondiſti deum: ⁊ hominem aſpectibus obieciſti.
Uidebant ⁊ non videbant. Uidebant quod acceperas: ⁊ nõ
videbant quod eras. Uidebant formam ſerui: non videbãt Phil. 2.
formam dei. Formam ſerui qua maior eſt pater: non formã Joan. 14.
dei propter quam modo audiſtis: Ego ⁊ pater vnum ſumꝰ. Joan. 10
tenuerunt quod videbant: crucifixerũt quod videbant: In- Mat. 26
ſultauerunt et quem videbant: non agnouerũt qui latebat. Ibidẽ. 27
Audi apoſtolum dicentem: Si enim cognouiſſent: nunq̄ do- 1. Cor. 2.
minũ glorie crucifixiſſent. Ergo gentes que vocate eſtis at- Roma. 11
tendite ramos preciſos propter ſeueritatem: vos autem
inſertos propter bonitatem: et participes factos pinguedi-
nis olee: non altum ſapientes: id eſt non ſuperbientes. Nõ Ibidem
enim tu radicem portas: ait: ſed radix te: magis terreami-
ni: quia videtis amputatos ramos naturales. Iudei enim
per patriarchas venerunt: et de carne abrae nati ſunt. Et
quid ait apoſtolus? Sed dicis: Fracti ſunt rami vt ego inſe-
rar. Bene. Propter infidelitatem fracti ſunt: tu autẽ inq̄t Roma. 11
fide ſtas: noli altum ſapere: ſed time. Si enim naturalibus
ramis deus non pepercit: neq; tibi parcet. Attende ergo ra-
mos fractos: ⁊ te inſertum: noli extolli ſup ramos fractos:
ſed magis dicito deo: q̄ metuenda ſunt opera tua. Fratres
ſi aduerſus iudeos olim preciſos de radice patriarcharum
extollere nos nõ debemꝰ: ſed timere potiꝰ ⁊ dicere deo: q̄
timenda ſunt opera tua: quanto minus non nos debemus
extollere aduerſus recentia vulnera preciſionum? Preciſi
ſunt ante iudei: inſerte ſunt gentes. De ipſa inſertione pre-
ciſi ſunt heretici. Sed neq; contra illos nos extollere debe-
mus: ne forte precidi mereamur. Quos delectat inſultare
preciſis? Fratres mei qualiſcũq; epiſcopi vox ſonuit vobis:
rogamus vos vt caueatis quicunq; in eccleſia eſtis: nolite
inſultare eis qui non ſunt intus: ſed orate potius vt et ipſi
intus ſint. Potens eſt enim deus iterum inſerere illos. De
ipſis iudeis dixit hoc apoſtolus: ⁊ factum eſt eis: Reſurre- Ibidem
xit dominus ⁊ multi crediderunt: Non intellexerunt cum
crucifigerent: tamen poſtea crediderunt in eum: ⁊ donatũ
eſt eis tam magnum delictum. Fuſus domini ſanguis do-
natus eſt homicidis: non vt dicam deicidis: quia ſi cogno-
uiſſent nunq̄ dominũ glorie crucifixiſſent. Modo homici- 1. Cor. 2.
dis donatus eſt: fuſus ſanguis innocentis: Et ipſum ſangui-
nem quem per inſaniam fuderant: per gratiam biberunt.
Dicite ergo deo: q̄ timenda ſunt opera tua. Unde timen-
da? Quia cecitas ex parte in iſrael facta eſt: vt plenitudo
gentium intraret. O gentium plenitudo: dic deo q̄ timen- Roma. 11
da ſunt opera tua: et ſic gaude vt contremiſcas: noli extolli
ſuper ramos preciſos. Dicite deo: q̄ timẽda ſunt opera tue.
[In multitudine † potentie tue mentient̃ tibi inimici tui.]
Ad hoc tibi inquit mentientur inimici tui: vt multa ſit po- B
tentia tua. Quid eſt hoc? Intenti audite. Potentia domi- Al† virtutis.
ni noſtri ieſu chriſti: maxime apparuit in reſurrectione: Un-
de pſalmus iſte titulum accepit. Et reſurgens apparuit di-
ſcipulis ſuis. Non apparuit inimicis ſuis: ſ; diſcipulis ſuis.
Crucifixus apparuit omnibus: reſurgens fidelibus: vt etiã Actuũ. 10.
poſtea qui vellet crederet: et credenti reſurrectio promitte-
retur. Multi ſancti multa miracula fecerunt: nullus eorum
mortuus reſurrexit: quia ⁊ qui ab eis reſuſcitati ſunt: mori-
turi reſuſcitati ſunt. Intendat charitas veſtra. Commen- Joan. 10.
dans dominus opera ſua dixit: Operibus credite: ſi mihi
non vultis credere. Et commendantur etiam preterita
opera

Mat. 14. opera prophetarum:etſi non eadem:tamen multa eiuſdem
potentie. Ambulauit dominus ſuper mare: iuſſit ⁊ petrum.
Exod. 14 Numquid non ibi erat ipſe dominus:quādo ſe diuiſit mare:
vt Moyſes cum populo iſrael tranſiret? Idem dominus il
la faciebat:Qui fecit iſta per carnem ſuā: ipſe illa faciebat
per carnem ſeruorum ſuorū: Illud tamen per ſeruos ſuos
non fecit: Nam ipſe omnia faciebat vt aliquis ipſorum mor
tuus eſſet:⁊ reſurgeret in vitam eternā. Quia ergo poſſent
dicere iudei cum miracula faceret dominus:fecit hoc ⁊ moy
3. reg. 17. ſes: fecit hec ⁊ helias: fecit hoc ⁊ heliſeus : poſſent ſibi iſta
4 Reg. 4. dicere:quia ⁊ illi mortuos reſuſcitauerunt:⁊ multa miracu
la fecerunt: Propterea cum ab illo ſignū peteretur: propriū
ſignum cōmendans quod in ſe ſolo futurum erat:ait: Gene
Mat. 12. ratio iſta praua ⁊ amaricans ſignum querit:⁊ ſignum nō da
Ione. 2. bitur ei:niſi ſignum Ione prophete. Sicut enim fuit ionas
in ventre ceti tribus diebus ⁊ tribus noctibus:ſic erit filius
hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus.
Quomodo fuit ionas inventre ceti? Nonne vt poſtea viuus
euomeretur? Hoc fuit infernus domino : quod ione cetus.
Hoc ſignum proprium cōmendauit: hoc eſt potentiſſimum.
Potentius eſt reuixiſſe mortuum: ꝙ non fuiſſe mortuum.
Multitudo potentie domini ſecundum quod homo factus
eſt:in virtute reſurrectionis apparet . Hanc commendat et
Phil. 3. apoſtolus cum dicit: Non habens eam iuſtitiā que ex lege
eſt:ſed eam que eſt per fidem chriſti:que eſt ex deo iuſtitia
in fide ad cognoſcendum eum ⁊ virtutē reſurrectionis eius.
2. Cor. 13. Sic commendatur ⁊ alio loco: Et ſi crucifixus eſt ex infirm
H tate: ſed viuit ex virtute dei. Cum ergo iſta magna poten
tia domini in reſurrectione intelligatur: vnde titulum pſal
mus iſte accepit:quid ſibi vult in multitudine potentie tue
mentientur tibi inimici tui:niſi vt ſic intelligas:ideo tibi mē
tientur inimici tui vt crucifigaris:ideo crucifigeris vt reſur
gas? Mendacium ergo illorum ad cōmendandam multam
potentiam tuam valebit. Quare ſolent inimici mentiri? Ut
potentiam cuiuſꝫ minuāt de quo mentiuntur. Tibi inquit
contrarium accidit. Nam minus appareret potentia tua: ſi
illi tibi non mentirentur. Attendite ⁊ ipſum mendacium fal
ſorum teſtium in euangelio:et videte quia de reſurrectione
Mat. 12. eſt. Cum enim domino dictum eſſet quod ſignum oſtendis
nobis:quia iſta facis: excepto eo quod dixerat de iona: per
Ioan. 2. aliam ſimilitudinem hoc ipſum item dixit vt noueritis hoc
proprium ſignum maxime commendatum: Soluite templū
inquit hoc:⁊ in tribus diebus excitabo illud. Et illi dixerunt
Ibidem. Quadraginta ⁊ ſex annis edificatum eſt templum hoc: ⁊ tu
in triduo excitabis illud? Et euangeliſta:quid illud eſſet:ex
ponens: Hoc autē inquit dicebat ieſus de templo corporis
ſui. Ecce hanc potentiam ſuam hominibus ſe demonſtratu
rum dicebat. Unde ſimilitudinem de templo dederat pro
pter carnem ſuam que erat templum latentis intus diuini
tatis. Unde iudei templum foris videbant numen intus ha
bitans non videbant . Ex iſtis verbis domini cocinnauerūt
falſi teſtes mendacium quod contra eum dicerent:ex his ip
ſis vbi cōmendauit reſurrectionem ſuam futuram loquens
de templo. Dixerunt enim falſi teſtes aduerſus eum : cum
Mat. 26. quereretur ab eis quid illum audiſſent dixiſſe blaſphemiū:
Audiuimus eum dicentem: Soluam templū hoc:⁊ poſt tri
duum reedificabo illud. Poſt triduum reſuſcitabo audierāt
ſoluam non audierant:ſed audierant ſoluite. Unum verbum
mutauerunt ⁊ paucas literas:vt falſum teſtimonium moli
rentur. Sed cui mutas verbum o humana vanitas:o huma
na infirmitas? Verbo incōmutabili verbum mutas? Mutas
Pſ. 26. tu tuum verbum:nunquid mutas dei verbum? Unde alio lo
co dicitur: Et mētita eſt iniquitas ſibi Quare ergo tibi mē
titi ſunt inimici tui o domine:cui iubilat omnis terra? In mul
titudine potentie tue mentientur tibi inimici tui. Dicunt: ſol
uam:cū tu dixeris :ſoluite. Quare te dixerunt dixiſſe: ſoluā
et non dixerunt quod tu dixiſti: ſoluite? Ut quaſi ipſi ſe a cri
mine ſoluti templi defenderēt ſine cauſa. Chriſtus enim qꝛ
voluit mortuus eſt:⁊ tamē vos occidiſtis . Ecce concedimus
I vobis o mendaces: ipſe ſoluit templum. Dictū eſt enim ab
Gal. 2. apoſtolo: Qui me dilexit:⁊ tradidit ſemetipſum pro me. Di
Ro. 8. ctum eſt de patre: Qui proprio filio nō pepercit:ſed pro no
bis omnibus tradidit illum. Si ergo pater filium tradidit:

et filius ſemetipſum tradidit: Iudas quid fecit? Pater tra Mat. 26.
dendo filium ad mortem pro nobis:bene fecit:chriſtus tra
dendo ſeipſum pro nobis fecit bene:tradendo iudas magi
ſtrum pro auaricia ſua fecit male. Nō enim qd nobis preſti
tum eſt de paſſione chriſti:malicie inde deputabitur. Habet Ioan. 2.
ille mercedem malicie:chriſtus laudem gratie. Prorſus ipſe Ioan. 10.
ſoluerit templum:ipſe ſoluerit qui dixit: Poteſtatem habeo
ponendi animam meam:⁊ poteſtatem habeo iterum ſumen
di eam:nemo tollet eam a me:ſed ego ipſe pono eam a me:
et iterum ſumo eā. Ipſe ſoluit templum gratia ſua:nō ma
licia veſtra. In multitudine potentie tue mētientur tibi ini
mici tui. Ecce mētiuntur:ecce creditur eis:ecce opprimeris:
ecce crucifigeris:ecce inſultatur tibi:ecce caput agitatur: Si fi Mat. 2.
lius dei es :deſcende de cruce. Ecce quando vis animam po Ioan. 19.
nis:⁊ lancea latus percuteris:⁊ ſacramēta de latere tuo de
fluunt:deponeris de ligno:inuolueris linteaminibus: pone
ris in ſepulchro:adduntur cuſtodes ne tollant te diſcipuli tui: Mat. 28.
Uenit hora reſurrectionis tue:terra concutitur:monumenta
ſcindūtur:reſurgis occultus:appares manifeſtus . Ubi ſunt
ergo illi mēdaces? Ubi eſt falſū teſtimoniū maliuolētie? Nō
ne in multitudine potentie tue mentiti ſunt tibi inimici tui?
Da ⁊ illos ſepulchri cuſtodes:referant quid viderūt accipiāt
pecuniam et ipſi mentiantur. Dicant etiam ipſi moniti per
uerſi a peruerſis:dicant a iudeis corrupti:qui in chriſto no
luerunt eſſe integri:dicant: Mentiātur etiam ipſi. Quid di
cturi ſunt? Dicite:videamus: mentimini ⁊ vos in multitudi
ne potentie domini. Quid dicturi eſtis? Cum dormiremus Ibidem.
nos:venerunt diſcipuli eius:⁊ abſtulerunt eū de monumēto.
O vere ſtultitia dormiens: Aut vigilabas:⁊ prohibere debui lib. 50. ho
ſti:aut dormiebas:et quid ſit geſtum neſciſti. Acceſſerunt et meliarū.
ipſi mendacio inimicorum:auctus eſt et numerus mentien 36. D.
tium:vt augeretur merces credentium:quia in multitudine
potentie tue mentientur tibi inimici tui. Ergo mentiti ſunt:
in multitudine potentie tue mentiti ſunt. Apparuiſti contra
mendaces veracibus:⁊ apparuiſti eis veracibus quos tu ve
races feciſti. Remaneant iudei in mendacijs ſuis: quia tibi K
in multitudine potētie tue mentiti ſunt:fiat quod ſequitur: Alś † pſal
[Omnis terra adoret te ⁊ pſallat tibi: † pſallat nomini tuo mū dicat.
† altiſſime.] Paulo ante humillime: modo altiſſime. Hu al † nō hꝫ.
millime inter manus mentientium inimicorum: Altiſſime ſu
per verticem laudantium angelorum. Omnis terra adoret
te ⁊ pſallat tibi:pſallat nomini tuo altiſſime . [Uenite ⁊ vi
dete opera † domini.] O gentes :ovitime nationes:relin Alś † dei.
quite iudeos mentientes:venite confitentes. Uenite ⁊ vide
te opera domini. [Terribilis in conſilijs ſuper filios homi
num.] Filius hominis et ipſe quidem dictus eſt: ⁊ vere fi Phil. 2.
lius hominis factus eſt. Uere filius dei in forma dei: vere fi
lius hominis in forma ſerui: Sed nolite formam iſtam ſerui
ex aliorum ſimilium conditione penſare. Terribilis eſt in cō
ſilijs ſuper filios hominum. Machinati ſunt filij hominum
conſilium ad crucifigendum chriſtum: crucifixus excecauit
crucifigentes. Quid ergo feciſtis filij hominum machinan
do acuta conſilia aduerſus dominum veſtrum:in quo late
bat maieſtas ⁊ apparebat infirmitas? Uos machinati eſtis
conſilia perdendi: Ille excecandi ⁊ ſaluandi. Excecandi ſu
perbos:ſaluandi humiles. Ad hoc autem ſuperbos iſtos ex
cecandi:vt cecati humiliarentur:humiliati confiterentur:cō
feſſi illuminarentur. Terribilis in conſilijs ſuper filios homi
num. Uere terribilis: Ecce cecitas ex parte in iſrael facta eſt Ro. 11.
Ecce iudei ex quibus natus eſt chriſtus:foris ſunt. Ecce gē
tes que contra iudeam erant in chriſto:intus ſunt. Terribi
lis in conſilijs ſuper filios hominum . Propterea quid fecit
terrore conſilij ſui? Conuertit mare in aridam. Hoc enim ſe L
quitur: [Qui conuertit mare in aridam.] Mare erat mū
dus amarus ſalſitate:turbulentus tempeſtate:ſeuiens flu
ctibus perſecutionum:mare erat. Certe in aridam conuer
ſum eſt mare: Modo ſitit aquam dulcem mundus:quia ſal
ſa plenus erat. Quis hoc fecit? Qui conuertit mare in ari Pſ. 142.
dam. Iam anima gentium omnium quid dicit? Anima mea
velut terra ſine aqua tibi . Qui conuertit mare in aridam.
[In flumine pertranſibunt pede.] Illi ipſi qui conuerſi
ſunt in aridam:cū eſſent antea amari:in flumine pede per
tranſibunt. Quid eſt flumē? Flumen eſt omnis mortalitas .

ſeculi. Uide flumē: alia veniunt q; tranſeunt: alia trāſitura ſuc
cedunt. Nōne ſic fit in aqua fluminis: que de terra naſcitur
et manat? Omnis qui natus eſt: cedat oportet naſcituro: Et
omnis iſte ordo rerum labentium: fluuius quidam eſt. In
iſtum fluuiū non ſe mittat cupida anima: nō ſe mittat: ſtet.
Et quomodo tranſiet delectationes rerum peritu rarū? Cre
dat in chriſtum: et facile pertranſibit pede: tranſibit illo duce:
pede tranſibit. Quid eſt pede tranſire? Facile tranſire: Et
M. non querat equum vt tranſeat: nō erigatur ſuperbia ad trā
Alſ † leta ſeundum flumen: humilis tranſeat. et ocyus tranſit. In flu
bimur. mine pertranſibunt pede. [Ibi † iocundabimur in ipſo.]
In bonis operibus iocundare. O iudei de veſtris operibus
gloriamini: deponite ſuperbiam gloriandi de vobis: ſumite
gratiam iocundandi in chriſto. Ibi enim iocundabimur: ſed
non in nobis: ibi iocundabimur in ipſo. Quando iocundabi
mur? Cum flumen tranſierimus pede: vita eterna promitti
tur: reſurrectio promittitur: ibi caro noſtra iam non erit flu
men. Flumen enim modo eſt: quando mortalis eſt. Uidete
ſi ſtat aliqua etas. Pueri creſcere volunt: et neſciunt q; ſpaciū
vite ſue annis ſuccedentibus minuitur. Nō enim adduntur
anni: ſed ſubtrahunt creſcentibus: ſicut aqua fluminis pro
ſus accedit: ſed a fonte recedit: Et volunt creſcere pueri vt
careant dominatu maiorum. Ecce creſcunt: agitur cito: per
ueniunt ad iuuentutem. Qui exceſſerūt pueritias: ſi poſſint
teneant iuuentutem. Tranſit et ipſa: ſenectus ſuccedit: vel ſe
nectus eterna ſuccedit: vel ſenectus eterna ſit: morte auſe
ratur: ergo fluuius eſt carnis naſcentis. In hunc fluuium
mortalitatis nemo ſe mortalium rerum concupiſcentia ſub
uertat ne rapiatur: facile tranſit qui humiliter: id eſt pede
tranſit: duce illo qui prior tranſijt qui de torrente in via vſq;
Ps. 109. ad mortem bibit: propterea exaltauit caput. Traſeuntes er
go pede fluuium iſtum: id eſt facile tranſeuntes mortalitatē
iſtam fluentem: ibi iocundabimur in ipſo. Modo autem
in quo niſi vel in ipſo: vel in ſpe ipſius? Etſi enim iocūdamur
modo: in ſpe iocundamur: tunc autem in ipſo iocundabimur
1. Cor. 13. Et modo in ipſo ſed per ſpem: tunc autem facie ad faciem:
N ibi iocundabimur in ipſo. In quo? [Qui dominatur in vir
Deū. 3. tute ſua in eternum.] Nam nos quam virtutem habemus?
Nunquid eternam? Si eterna eſſet virtus noſtra: non lapſi
eſſemus: nō cecidiſſemus in peccatum: non meruiſſem' mor
talitatem penalem. Ille voluntate ſuſcepit: quia nos meri
tum noſtrum deiecit. Qui dominatur in virtute ſua in eter
num: Eius participes efficiamur: in cuius virtute nos erim'
fortes: ille autē in ſua. Nos illuminati: ille lumē illuminans.
Nos auerſi ab illo cōtenebramur: ille auerti a ſe non poteſt
Calore ipſius accendimur: vnde recedentes frigueramus:
accedentes rurſum accendimur. Ergo dicamus ei vt cuſto
diat nos in virtute ſua: quia in ipſo iocundabimur qui dñā
tur in virtute ſua in eternum. Sed non hoc ſolis iudeis pre
ſtitit credentibus: quia multum ſe extulerunt iudei de virtu
te ſua preſumentes: poſtea cognouerunt in cuius virtute fue
runt ſalubriter fortes: et quidam eorum crediderūt: ſed non
ſufficit chriſto. Multum eſt quod dedit: magnum preciū
dedit: nō pro ſolis iudeis debuit valere quod dedit. [Ocu
li eius ſuper gentes reſpiciunt.] Ergo oculi eius ſuper gē
tes reſpiciunt: Et quid facimus? Murmurabūt iudei: dictu
ri ſunt iudei: quod nobis: hoc et illis: Nobis euangeliū: illis
euangelium: Nobis gratiam reſurrectionis: et illis gratiam
reſurrectionis: Nihil nobis prodeſt quod nos legem accepi
mus: et in iuſtificationibus legis viximus: et tenuimus pre
cepta patrum? Nihil valebit hoc illis quod nobis: Non litigēt:
Alſ † exaſ non contendant. [Qui † amaricant non exaltentur in ſe
perant. metipſis.] O caro miſera et tabeſcens: nonne peccatrix es?
Ro. 2. Qui clamat lingua tua? Attendatur conſcientia. Omnes
enim peccauerunt: et egent gloria dei. Agnoſce te infirmitas
humana: accepiſti legem vt et preuaricatrix legis eſſes. Non
enim tenuiſti et impleſti quod accepiſti. Acceſſit tibi ex lege
non iuſtificatio quam lex iubet: ſed preuaricatio quam tu fe
Ro. 5. ciſti. Si ergo abūdauit peccatum: quid inuides ſuperabun
danti gratie? Noli amaricare: quia qui amaricant non exal
Mat. 23. tentur. Quaſi malediriſſe videtur: qui amaricant non exal
tentur: immo exaltentur ſed non in ſeipſis. Humilientur in
ſeipſis: exaltentur in chriſto. Qui enim ſe humiliat exaltabi

tur: et qui ſe exaltat humiliabitur. Qui amaricant: non exal
tentur in ſemetipſis. [Benedicite gentes deum noſtrū.] O
Ecce repulſi ſunt qui amaricant: reddita eſt illis ratio: Ali
qui conuerſi ſunt: aliqui ſuperbi remanſerunt. Non vos ter Geñ. 12.
reant qui gratiam euangelicam inuident gentibus: iam ve
nit ſemen abrae in quo benedicuntur omnes gentes: Bene
dicite eum in quo benedicimini: benedicite gētes deum no Alſ † audi
ſtrum. [Et † audite vocē laudis eius.] Ne voſipſos lau tu; facite.
detis ſed ipſum laudetis. Que eſt vox laudis eius? Quia gra
tia ipſius ſumus: quicquid boni ſumus. [Qui poſuit animā Alſ † ad.
meam † in vitam.] Ecce vox laudis eius qui poſuit ani
mam meam in vitam. Ergo in morte erat: In morte erat:
quia in te erat. Inde eſt quod non debuiſtis exaltari in vo
bis ipſis. Ecce in morte erat in te. Ubi erit in vita niſi in illo
qui dixit: Ego ſum via: veritas: et vita. Quomodo quibuſdā Joan. 14.
credentibus ait apoſtolus: Fuiſtis aliquando tenebre: nunc Ephe. 5.
autem lux in domino? Tenebre ergo in vobis: lux in domi
no: ſic mors in vobis vita in domino. Qui poſuit animā meā
in vitam. Ecce poſuit animam noſtram in vitam: quia credi
mus in eum qui in vitam poſuit animam noſtram. Sed quid
deinde opus eſt niſi vt perſeueremus vſq; in finem? Et hoc
quis dabit: niſi de quo conſequenter dictum eſt: [Et nō de
dit in † motum pedes meos?] Ipſe poſuit animam meā Al' † cōmo
in vitam: ipſe regit et pedes ne nutent: ne moueantur et den tionem.
tur in motum: et ipſe nos faciet vincere: ipſe perſeuerare vſq; Mat. 10.
in finem vt in eternum viuamus. Et non dedit in motum pe
des meos. Quare hoc dixiſti: et non dedit in motum pedes
meos? Quid enim paſſus es: aut quid pati potuiſti vt moue
rentur pedes tui? Quid? Audi que ſequantur. Quare dixi:
non dedit in motū pedes meos? Quia multa paſſuri ſumus
de quibus mouerentur de via pedes noſtri niſi ipſe regeret
eos et in motum non daret. Que ſunt iſta? [Quoniam pro P
baſti nos deus: † igniſti nos ſicut ignitur argentum.] Alſ † igne
Non igniſti ſicut fenum: ſed ſicut argentum: Adhi nos exami
bendo nobis ignem: non in cinerem conuertiſti: ſed ſordes naſti ſicut
abluiſti. Igniſti nos ſicut ignitur argentum. Et vide quomo examinat
do ſeuit deus in illos quorum animam poſuit in vitā. [In
duxiſti nos in † muſcipulam.] Non vt capti moreremur: al' † laqu;
ſed vnde liberati experiremur. Poſuiſti tribulationes in
dorſo noſtro.] Erecti enim male: ſuperbi eramus: male
erecti curuati ſumus: vt curuati bene erigeremur. Poſuiſti
tribulationes in dorſo noſtro. [Impoſuiſti homines ſuper
capita noſtra.] Hec omnia paſſa eſt eccleſia varijs et diuer
ſis perſecutionibus: paſſa eſt hoc et ſingillatim: et modo pati
tur etiam. Non enim quiſq; eſt qui ſe in hac vita ab his tem
ptationibus poſſit dicere immunem. Ergo imponūtur et ho
mines ſuper capita noſtra: toleramus quos nolumus: pati
mur ſuperiores aliquando quos nouimus peiores. Peccata
autem ſi deſint bene ſuperior eſt homo: Quanto autem plu
ra aſſunt: tanto eſt inferior. Et bonum eſt vt conſideremus
nos peccatores eſſe: et ſic toleremus impoſitos ſuper capita
noſtra: vt et nos deo confiteamur: quia digna patimur.
Quid enim indigne pateris quod facit qui iuſtus eſt? Po
ſuiſti tribulationes in dorſo noſtro: impoſuiſti homines ſu
per capita noſtra. Seuire videt' de' cū iſta facit: ne metuas
quoniam pater eſt: nunq; ſic ſeuit vt perdat. Quando male
viuis ſi parcit: plus iraſcitur. Omnino iſte tribulationes fla
gella ſunt corrigentis: ne ſit ſententia punientis. Poſuiſti
tribulationes in dorſo noſtro: impoſuiſti homines ſuper ca
pita noſtra. [Tranſiuimus per ignem et aquam.] Ignis Q
et aqua: vtrumq; periculoſum eſt: In hac vita: certe videtur
aqua ignem extinguere: et ignis videtur aquam ſiccare: Ita
et ipſe temptationes ſunt: quibus abundat hec vita. Ignis
vrit: aqua corrumpit: vtrumq; metuendum: et vſtio tribula
tionis: et aqua corruptionis: Quando ſunt res anguſte et ali
que infelicitates ſunt in hoc mundo: quaſi ignis eſt: quando
ſunt res proſpere et abundantia ſeculi circūfluit: quaſi aqua
eſt. Uide ne te ignis exurat: ne aqua corrūpat. Firmus eſto
aduerſus ignem: coqui te oportet: tanq; vas fictum mitteris
in caminus: vt firmetur quod formatum eſt: Uas ergo quod
in igne firmatum eſt: aquam non timet: vas autem ſi ſolida
tum igne non fuerit: tanq; lutum aqua ſoluetur. Noli feſtina
re ad aquam: per ignem tranſi ad aquam: vt tranſeas et
aquam:

aquam. Propterea ⁊ in ſacramentis ⁊ in cathezizando ⁊ in
exorcizando: adhibetur primo ignis. Nam vnde plerūq; im-
mundi ſpiritus clamant ardeo: ſi ille ignis nō eſt? Poſt ignē
autem exorciſmi venitur ad baptiſmum: vt ab igne ad aquā
ab aqua in refrigerium. Quod autem in ſacramentis aqua
baptiſmi: hoc etiam in tēptationibus huius ſeculi anguſtia
timoris. Accedit prima vice ignis: poſtea ablato timore me
tuendum eſt ne felicitas corrumpat mundana. Cum autem
te ignis crepare non ſuffecerit: ⁊ in aquam non merſeris ſed
enatauerís: per diſciplinam tranſis ad requiem: ⁊ tranſiens
per ignem ⁊ aquam educeris in refrigerium. Quarum enī
rerū ſigna ſunt in ſacramētis: ipſe res ſunt in illa perfectio
ne vite eterne. Iam cum tranſierimus ad illud refrigerium
fratres chariſſimi: nullum ibi timebimus inimicum: nullum
tentatorem: nullum inuidum: nullum ignem: nullam aquā:
perpetuum ibi refrigerium erit. Refrigerium propter quie
tem dicitur: Nam ſi dicas calorem: verum eſt: ſi dicas refri-
gerium verum eſt. Si enim refrigerium male accipias: qua
ſi torpeſcimus ibi: non autem torpeſcimus ibi: ſed requieſce
mus: Nec quia calor dicitur eſtuabimus ibi: ſed feruemus
Pſ.18. ſpiritu: Attende ipſum calorem in alio pſalmo: Nec eſt qui
Ro.12. ſe abſcondat a calore eius. Quid dicit ⁊ apoſtolus? Spiritu
feruentes. Ergo tranſiuimus per ignem ⁊ aquā. ⌊ Et edu
xiſti nos in refrigerium. ⌋ Attende quia non tantum de re
R frigerio: ſed nec de ipſo ipſo igne optabili tacuit. ⌊ Introi
bo in domū tuam in holocauſtis. ⌋ Quid eſt holocauſtum?
Totum incenſum: ſed igne diuino. Holocauſtum enim dici-
tur ſacrificium cum totum accēditur. Alie ſunt partes ſacri-
ficiorum: aliud holocauſtum. Quando totum ardet: ⁊ totū
conſumitur igne diuino: holocauſtum dicitur: quando pars:
ſacrificium. Omne quidem holocauſtum ſacrificium: ſed nō
omne ſacrificium holocauſtum. Holocauſta enim promittit:
Corpus chriſti loquitur: vnitas chriſti loquitur: Introibo in
1.Cor.15. domum tuam in holocauſtis: Totum enim meum conſumat
ignis tuus: nihil enim remaneat mihi: totum ſit tibi. Hoc au
tem erit in reſurrectione mortuorum: quando ⁊ corruptibile
hoc induerit incorruptionē: ⁊ mortale hoc induerit immor
Ibidem. talitatem: tunc fiet quod ſcriptum eſt: Abſorpta eſt mors in
victoria. Victoria quaſi ignis diuinus eſt: cū abſorbet ⁊ mor
tem noſtram: holocauſtū eſt: Non remanet mortale aliquid
in carne: non remanet culpabile aliquid in ſpiritu: totum ex
mortali vita conſumetur: vt in eterna vita conſummetur: vt a
morte ſeruemur in vitā. Erunt ergo illa holocauſta. Et quid
erit in holocauſtis? ⌊ Reddam tibi vota mea que diſtinxe-
runt labia mea? ⌋ Que eſt diſtinctio in votis? Hec eſt diſtin
ctio: vt te accuſes: illum laudes. Te intelligas creaturam: il
Pſ.17. lum creatorem. Tenebras: illum illuminatorem: cui dicas:
Tu illuminabis lucernam meam domine: deus meus illumi
na tenebras meas. Nam quando dixeris: O anima: quia ex
te tibi lucet: ne diſtingues: Si non diſtingues: nō reddes vo
ta diſtincta. Redde vota diſtincta: confitere te mutabilem:
illum incommutabilem: confitere te ſine illo nihil eſſe: ipſum
Pſ.15. autem ſine te perfectum eſſe te indigere illo: illum autem
tui non indigere. Clama ad illum: Dixi domino deus meus
es tu: quoniam bonorum meorū non indiges. Iam eo q te
in holocauſtum aſſumit deus: non ille creſcit: non ille auge-
tur: non ille ditior: non ille inſtructior fit: tibi eſt melius quic
quid de te pro te facit: non ei qui facit. Hec ſi diſcernas: red-
S dis vota deo tuo: que diſtinxerunt labia tua Reddam tibi
vota mea: que diſtinxerūt labia mea. ⌊ Et locutū os meū:
in tribulatione mea. ⌋ Quam dulcis eſt ſepe tribulatio: q
neceſſaria eſt tibi. Quid ibi locutum eſt os ipſius in tribula
tione ſua? ⌊ Holocauſta medullata offeram tibi. ⌋ Quid eſt
medullata? Intus teneam charitatem tuam: non erit in ſu-
perficie: in medullis meis erit quod diligo te. Nihil enim in
terius medullis noſtris: Interiora oſſa ſunt carne: medulle
interiores ſunt ipſis oſſibus. Quiſquis ergo in ſuperficie co
lit deum: magis placere vult hominibus. Aliud autē intus
ſentiens: non offert holocauſta medullarum: cuius autē me
al† arietū dullam inſpicit: ipſum totum accipit. Holocauſta medullata
offeram tibi: ⌊ Cum incenſo † ⁊ arietibus. ⌋ Arietes ſunt
duces eccleſie. Totum corpus chriſti loquitur: hoc eſt quod
offert deo incenſum. Quid eſt oratio cū incenſo ⁊ arietibus?
Maxime enim arietes orant pro gregibus. ⌊ Offeram tibi
boues cum hircis. ⌋ Boues inuenimus triturantes: et ipſi
offeruntur deo. Apoſtolus de annūciatoribus euangelij di
xit intelligendum quod ſcriptum eſt: Boui trituranti os nō 1.Cor.9.
infrenabis. Nūquid de bobus pertinet ad deum? Ergo ma-
gni illi arietes: magni boues. Quid reliqui qui forte conſcij
ſunt aliquorum peccatorū: qui forte in ipſo itinere lapſi ſunt
et ſauciati: per penitentiam ſanantur? Nunquid ⁊ ipſi rema
nebunt: ⁊ ad holocauſta non pertinebunt? Ne ipſi timeant
addidit ⁊ hircos. Holocauſta inquit medullarata offeram tibi:
cum incenſo ⁊ arietibus: offeram tibi boues cum hircis: Ad-
iunctione ipſa ſaluantur hirci: per ſe non poſſunt accipi: ad-
iuncti bobus accipiuntur. Talibus enim dictum eſt: Facite Luce.16.
vobis amicos de māmona iniquitatis: vt ⁊ ipſi recipiāt vos
in eterna tabernacula. Ergo illi hirci non erūt a ſiniſtris: q
fecerunt ſibi amicos de mā mona iniquitatis. Qui autē hir-
ci ad ſiniſtram? Quibus dicetur: Eſuriui ⁊ non dediſtis mi- Mat.25.
hi mādůcare: non qui peccata ſua elemoſynis redemerunt. T
⌊ Venite: audite ⁊ narrabo omnes qui timetis deum: ⌋ Ve-
niamus: audiamꝰ quid narraturus eſt. Venite audite ⁊ nar-
rabo. Sed qd? Venite audite ⁊ narrabo oēs q timetis deū.
Si deū nō timetis. nō narrabo. Non eſt quibus narrē: vbi
dei timor nō eſt. Dei timor aperiat aures: vt ſit quod intret:
et qua intret: qđ narraturus ſum. Sed quid eſt narraturus?
⌊ Quāta fecit aīe mee: ⌋ Ecce narrare vult. Sed qd eſt nar
raturꝰ? An forte quantū pateat terra: quantū diſtēdat celū:
⁊ quot ſint ſydera: et q ſint vices ſolis ⁊ lune? Iſta creatura
peragit ordinē ſuum: qui multū eam curioſe queſierūt: eius
creatorem ignorauerunt. Illud audite: illud accipite: o qui
timetis deū: quanta fecit anime mee: Si vultis veſtre eſt.
Quanta fecit anime mee? ⌊ Ad ipſum ore meo clamaui. ⌋
Et hoc ipſum factū dicit anime ſue: vt ad ipſum ore ſuo cla
maret: factum eſſe dicit anime ſue. Ecce fratres gentes era
mus: ⁊ ſi non in nobis: in parentibus noſtris. Et quid dicit
apoſtolus: Scitis quando gentes eratis: ad ſimulacra ſine 1.Cor.12.
voce quodammodo aſcendebatis inducti. Dicat nunc eccle-
ſia quāta fecit anime mee: ad ipſum ore meo clamaui. Olī
ad lapidem clamabam: ad lignum ſurdum clamabam: ſimu
lacris ſurdis: mutis loquebar: iam imago dei cōuerſa eſt ad
creatorem ſuum. Qui dicebam ligno: pater meus es tu: ⁊ la
pidi: tu me genuiſti: modo dico: Pater noſter qui es in celis Hiere.2.
Ad ipſum ore meo clamaui. Ore meo iā nō ore alieno. Quā Mat.6.
do clamabam ad lapidem, in vana conuerſatione paterne 1.Pet.1.
traditionis: ore alieno clamabam: quando clamaui ad domi
num: quod ipſe donauit: quod ipſe inſpirauit: ad ipſum ore
meo clamaui. ⌊ Et † exaltaui ſub lingua mea. ⌋ Quid eſt Al† exultaui.
clamaui ore meo: ⁊ exaltaui ſub lingua mea? Ipſum publice
predicaui: ipſum in ſecreto confeſſus ſum. Parum eſt deum
exaltare lingua: ſed et ſub lingua: vt quod certus loqueris:
hoc tacitus cogites. Ad ipſum ore meo clamaui: et exaltaui
ſub lingua mea. Vide q vult in ſecreto eſſe integer qui in ſe
creto offert holocauſta medullata. Hoc agite fratres: hoc
imitamini: vt dicatis: Venite: audite quāta fecit anime mee
Omnia enim que enarrat: ipſius gratia ſunt in anima no-
ſtra. Videte et alia que dicat: ⌊ Iniquitatem ſi aſpexi in V
corde meo: non exaudiet dominus. ⌋ Cōſiderate modo fra
tres: q facile: q quotidie homines erubeſcētes in hominibꝰ
iniquitates accuſant: Male fecit: perdite fecit: ſceleratꝰ ho-
mo eſt: hoc forte propter homines dicit. Vide ſi non in corde
tuo conſpicis iniquitatem: ne forte quod reprehendis in al-
tero cogites facere: ⁊ ideo in illum clames: non quia fecit:
ſed quia inuentus eſt. Redi ad te: intus eſto tibi iudex. Ec-
ce in cubiculo tuo abſcondito: in ipſa vena intima cordis tui
vbi tu ſolus es ⁊ ille qui videt: illic tibi diſpliceat iniquitas
vt placeas deo. Noli illam reſpicere: ideſt noli illam dilige-
re: ſed potius deſpice: ideſt cōtemne: auertere ab ea. Quic-
quid letum promiſerit vt illiciat ad peccandum: quicquid
triſte minatum fuerit: vt impellat ad malefaciendum: totū
nihil eſt: totum tranſit: deſpici dignum eſt vt calcetur: non
conſpici vt acceptetur. Suggerit enim aliquando per cogi- 1.Cor.15
tationes vel per verba colloquentium malorum. Corrum-

punt enim mores bonos colloquia mala:tu noli ea reſpice-
re.Sed parū eſt in vultu:parum eſt in lingua:in corde no-
li reſpicere:ideſt noli diligere:noli acceptare. Nā reſpectū
pro dilectione poni quotidianum eſt:primo quia de deo dici
mus:reſpexit me.Quid eſt:reſpexit me? Ante enim te non
videbat?Aut rurſum attēdebat: ꝛ precibus tuis cōmonitus
eſt:vt in te oculos mitteret?Uidebat te ꝛ ante: ſed reſpexit
me dicis:dilexit me.Et homini qui te videt: ꝛ rogas eū di-
cis vt miſereaꝛ tui:reſpice me.Uidet te:ꝛ dicis:reſpice me.
Quid eſt:reſpice me?Dilige:attēde:miſerere mei.Ergo nō
ideo dixit iniquitatem ſi aſpexi in corde meo:quia omnino
nulla iniquitas ſuggeritur cordi humano: Ibi ſuggeritꝛ: nō
ceſſat ſuggeſtio:ſed nō ſiat reſpectio.Si enim conſpicis ini-
quitatem:retro aſpicis:ꝛ incurris ſententiam domini dicen
Luce.9. tis in euangelio:Nemo ponens manum ſuper aratruꝫ ꝛ re-
Phil.3. ſpiciens retro:aptus eſt regno dei. Quid ergo debeo face-
re?Qđ ait apoſtolus: Que retro oblit⁹:in ea que ante ſunt
extentus.Retro enim noſtra omnia que tranſierūt: iniqua
Ro.2. ſunt.Nemo ex bono venit ad chriſtum: omnes peccatores
fuerunt:omnes peccauerunt:ſed credendo iuſtificātur.Per
fecta iuſtitia non erit:niſi in illa vita:tamen ad profectum ꝛ
mores boni ab ipſo inſpirantur:ab ipſo donantur. Noli er-
go tua merita cōputare:noli.Et ſi ſuggeritur iniquitas:noli
X conſentire.Quid enim ait?Iniquitateꝫ ſi conſpexi in corde
al† nō hꝫ. meo : nō exaudiet dominus . ⌊ Propterea exaudiuit †me
al† atten- deus: ⌋ Quia iniquitatem non cōſpexi in corde meo. ⌊ Et
dit.†depꝛe- † intēdit voci † orationis mee. ⌋ Benedictus deus meus
cationis. qui non amouit deprecationem meam ꝛ miſericordiā ſuam
a me.Tenet ſenſum ab eo loco vbi ait:Uenite audite ꝛ nar-
rabo vobis omnes qui timetis deū:quāta fecit anime mee:
ꝛ dixit que audiſtis ꝛ ad finem ita concluſit. ⌊ Benedictus
al †nō hꝫ. deus † meus qui non amouit † deprecationem meam ꝛ mi-
al†orōnē. ſericordiā ſuam a me. ⌋ Sic enim peruenit ad reſurrectio-
nem iſte qui loquitur vbi iam ꝛ nos ſpe ſumus:immo ꝛ nos
ſumus:Etenim noſtra vox iſta eſt.Quandiu ergo hic ſumus
hoc rogemus deum:vt non a nobis amoueat deprecationeꝫ
noſtram:ꝛ miſericordiam ſuam: ideſt vt perſeueranter ore-
mus:ꝛ perſeueranter miſereatur.Multi enim langueſcunt
in orando:ꝛ in nouitate ſue cōuerſionis feruenter orāt:poſt
ea languide:poſtea frigide:poſtea negligenter:Quaſi ſecu
ri ſunt.Uigilat hoſtis:dormis tu.Ipſe dominus precepit in
Luce.18. euangelio:Quia oportet ſemper orareꝛ nō deficere:Et dat
ſimilitudinem de illo iniquo iudice qui nec deum timebat:
nec hominem reuerebatur:quē interpellabat illa vidua quo
tidie vt audiret eam:ꝛ ceſſit tedio:qui non flectebatur miſe
ricordia:ꝛ ait ſibi iudex nequam:Si nec deuꝫ timeo:nec ho
mines revereor:vel propter tedium quod mihi quotidie fa
Ibidem. cit hec vidua:audiam cauſam eius ꝛ vindicabo eam. Et ait
dominus:Si iudex nequam hoc fecit:pater veſter non vin-
dicabit electos ſuos qui ad eum clamant die ac nocte? Ita
dico vobis:faciet iudicium eorū cito.Ergo non deficiamus
in oratione.Ille quod conceſſurus eſt:etſi differt: nō aufert
Securi de pollicitatione ipſius non deficiamus in orando:
ꝛ hoc ex beneficio ipſius eſt.Propterea dixit: Benedictus
deus meus:qui non amouit deprecationem meam:ꝛ miſeri
cordiam ſuam a me.Cum videris non a te amotam depre-
cationem tuam:ſecurus eſto quia non eſt a te amota miſe-
ricordia eius.

¶ Explicit Tractatus de pſ̄.lxv.
¶ Incipit Tractatus de pſ̄.lxvj.

¶ Prefatio.

A

Pſ̄.102. MEminit charitas veſtra in duobus pſalmis qui iam
tractati ſunt exhortatos nos fuiſſe animam noſtram
vt benediceret dominū:ꝛ pio cantu dixiſſe: Benedic anima
mea dominum.Si ergo hortati ſumus in illis pſalmis ani-
mam noſtraꝫ vt benediceret ipſum:in hoc pſalmo recte dicitꝛ:

¶ Expoſitio pſalmi.

al†nobis. DEus miſereaꝛ noſtri:ꝛ benedicat,† nos . ⌋ Benedi-
cat anima noſtra dominum: et deus benedicat nos.

Cum benedicit nos deus:nos creſcimus:ꝛ cum nos benedi
cimus dominum:creſcimus:vtrūq; nobis prodeſt.Nō auge
tur ille benedictione noſtra: nec minuitur maledictione no-
ſtra.Qui maledicit domino:ipſe minuitur:qui benedicit do
minum ipſe augetur.Prior eſt in nobis benedictio domini:
et conſequens eſt:vt ꝛ nos benedicamus dominū. Illa plu
uia:iſte fructus eſt.Ergo redditꝛ tanq̄ fructꝰ agricole deo
compluenti nos ꝛ colenti: Cantemus iſta deuotione:nō ſte
rili:non inani voce: ſed vero corde . Apertiſſime enim deus
pater dictus eſt agricola Apoſtolus dicit: Dei agricultura 1.Cor.3.
eſtis:dei edificatio eſtis.In rebus huius mundi viſibilibus
viſis non eſt edificium:ꝛ edificium non eſt vinea:nos auteꝫ
vinea domini ſumus:quia colit nos ad fructuꝫ: Edificiū dei
ſumus:q2 colit nos ꝛ habitat in nobis.Et quid ait idem apo
ſtolus?Ego plantaui:apollo rigauit: ſed deus incrementuꝫ
dedit.Ergo neq; qui plantat eſt aliquid:neq; qui rigat: ſed Ibidem.
qui incrementum dat deus. Ille ergo incrementum dat nū
quid forte iſti ſunt agricole?Agricola enim dicitur qui plan
tat ꝛ qui rigat.Dixit autem apoſtolus: Ego plantaui:apol-
lo rigauit Queramus vnde ipſe iam fecerit?Reſpōdit apo-
ſtolus:Non ego autem ſed gratia dei mecum.Ergo quocū- 1.Cor.15.
q; te verteris:ſiue per angelos:deum inuenies agricolam
tuuꝫ:ſiue per prophetas:ipſe eſt agricola tuus:ſiue per apo
ſtolos:eundem ipſum agnoſce agricolam tuum.Quid ergo
nos?Forſitan operarij ſumus agricole illius:ꝛ hoc ipſum ab
ipſo impartitis viribus:ꝛ ab ipſo donata gratia Ipſe ergo
et colit ꝛ incrementum dat:Agricola autem homo vineā co-
lit hactenus:vt aret:putet:adhibeat cetera que pertinēt ad
agricolarum diligentiam:pluere vinee ſue nō poteſt.Quod
ſi forte irrigare poteſt:de cuius poteſt?Ipſe ducit quidē ri-
uum:ſed deus implet fontes.Poſtremo in vinea ſua incre-
mentum dare ſarmentis nō poteſt:formare fructus non po
teſt:modificare ſemina non poteſt:tempora gignendi tem-
perare non poteſt. Deus autem qui omnia poteſt agricola
noſter eſt:ſecuri ſimus.Forte ait aliquis:Tu dicis agricolā
noſtrum eſſe deū:Immo ego apoſtolos agricolas dico eſſe
qui dixerunt:Ego plantaui:apollo rigauit. Si ego dico:ne-
mo credat:ſi chriſtus dicit:ve qui non credit.Quid ergo do
minus chriſtus ait?Ego ſum vitis:vos ſarmenta:pater me⁹
agricola.Sitiat ergo terra ꝛ edat voces ſitis ſue: quoniam Joan.15.
ſcriptum eſt:Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Dicat er
go terra noſtra:nos ipſi:pluuiam dei deſiderans:Deus miſe Pſ̄.142.
reatur noſtri ꝛ benedicat nos . ⌊ Illuminet vultum ſuū ſu- B
per nos. ⌋ Queſiturus eras forſitan quid eſt benedicat nos
Multis modis ſe volūt homines benedici a deo.Ali⁹ bn̄dici
ſe vult vt habeat plenam domum neceſſariis rebus huic vi-
te:Alius benedici ſe cupit vt obtineat ſalutem corporis ſine
labe.Alius benedici ſe vult ſi forte egrotat vt reparet ſani-
tatem.Alius deſiderans filios:ꝛ forte cōtriſtatus q᷑ non na
ſcantur:benedici ſe vult vt habeat poſteritatē.Et quis enu-
meret diuerſa vota hominū ſe a domino deo benedici cupiē
tium?Quis autem noſtrum dicturus eſt non eſſe illā dei be
nedictionem:ſi vel agricultura ei fructum ferat: vel domus
cuiuſq; abundet copia rerum temporalium: vel ipſa corporis
ſalus:aut vt teneatur:aut ne amittatur:aut amiſſa reparetꝛ?
Fecunditas etiam feminarum:ꝛ caſta vota filios deſiderā-
tium:ad quem pertinent niſi ad dominum deuꝫ?Qui enim
creauit omnia quādo nō erant:ipſe prolis ſucceſſu facit per-
manere quod condidit.Facit hec deus:donat hec deus.Pa
rum eſt nobis dicere:facit hec deus :donat hec deus: ſed ſo-
lus hec facit:ſolus donat.Quid enim?Facit hec deus: ſi fa-
cit hec aliquis non deus?Facit hec deus :ꝛ ſolus facit:Et ſi-
ne cauſa iſta petuntur:vel ab hominibus vel a demonibus:
et quecunq; bona accipiunt inimici dei:ab illo accipiunt: et
cum ab alijs petunt ꝛ accipiunt:ab illo accipiunt neſcientes.
Quomodo cū puniuntur ꝛ putant ſe ab alijs puniri:neſcien
tes ab illo puniuntur:Sic ꝛ cum vegetantur:implentur:ſal-
uantur:liberantur.Et ſi hoc neſcientes: vel hominibus vel
demonibus vel angelis tribuunt:non habent niſi ab illo pe-
nes quem poteſtas eſt omnium.Ad hoc diximus hec fra-
tres vt quiſquis etiam iſta terrena forte:vel propter ſupple
menta neceſſitatis:vel propter aliquam infirmitatem deſi-
derat:

derat:nō niſi ab illo deſideret:q̄ eſt fons oīm bonoꝝ ⁊ crea-
C toꝝ recreatoꝛ vniuerſoꝝ. Sed alia ſunt dona q dat de⁹ ⁊ ini
micis ſuis:alia q̄ nō ſeruat niſi amicis ſuis. Que ſunt dona q̄
dat de⁹ inimicis ſuis? Ea q nūeraui. Nō eñ ſoli boni plenas
babēt domos rebus neceſſarijs:aut ſoli boni: vel ſalui facti
ſunt:vel ab egritudine conualeſcunt:aut ſoli boni filios ha-
bent:ꝑſoli boni pecuniā : ſoli boni cetera apta huic vite tem-
porali atq; tranſeunti: Habent hec ⁊ mali: et aliquando de-
ſunt bonis:ſed deſunt ⁊ malis:⁊ plerūq; illis magis q̄ illis:
aliquando illis q̄ iſtis potius abūdant. Permixta iſta tem-
poralia deus eſſe voluit:quia ſi bonis ſolis ea daret:putarēt
et mali propter hec colendum deum. Rurſus ſi ea ſolis ma
lis daret:timerent boni infirmi cōuerti:ne iſta illis forte de
eſſent. Eſt enim adhuc anima infirma minus capax regni
dei:nutrire illam debet deus agricola noſter. Nam ⁊ queq;
arboꝛ iam tempeſtates roboꝛe ſuſtinet: cum de terra naſce-
retur, herba erat. Nouit ergo ille agricola:nō ſolū robuſtas
arboꝛes putare atq; purgare:ſed etiam teneras in recēti oꝛ
tu ſepire. Propterea dilectiſſimi: vt dicere ceperam:ſi ſolis
bonis darentur iſta:oīes ꝑpter hec accipienda vellent cō
uerti ad deum. Rurſus ſi ſolis malis darentur:timerent in-
firmi ne cum conuerterentur:amitterent qꝺ ſoli mali habe-
rent: Permixte data ſunt ⁊ bonis ⁊ malis. Rurſus ſi ſolis bo
nis auferrentur:idem ille timoꝛ eſſet infirmoꝛum nec cōuer
terentur ad deum . Rurſus ſi ſolis malis auferrentur: ipſa
ſola pena putaretur qua mali plectūtur. Quod ergo dat ea
bonis:cōſolatur itinerantes:quod dat ea ⁊ malis:admonet
bonos vt alia deſiderent que non habent cum malis cōmu
D nia. Rurſus bonis aufert ea quando vult:vt interrogent ſe
Joan.1. de ſuis viribus:⁊ inueniant ſe qui forte latebant ſe:vtrū iā
poſſint dicere:Dominus dedit dominus abſtulit: ſicut domi
no placuit:ita factum eſt:ſit nomen domini benedictū. Be
nedixit enim ⁊ illa anima dominum:⁊ reddidit fructus com
pluta ſagina benedictionis:Dominus dedit dominus abſtu
lit. Subtraxit data:ſed non ſubtraxit datoꝛem anima bene
dicta. Omnis ſimplex non herens terrenis rebus:nec viſco
implicatis pennis iacens:ſed exerto nitoꝛe virtutū in gemi
nis alis gemine dilectionis exultat in auras liberas:⁊ videt
ſibi ſubtractum eſſe qꝺ calcabat:non ſibi incumbebat:⁊ dicit
ſecura:Dominus dedit dominus abſtulit:ſicut domino pla-
cuit ita factum eſt:ſit nomen domini benedictū. Dedit ⁊ ab-
E ſtulit: manet qui dedit: et abſtulit qꝺ dedit:ſit ergo nomen
eius benedictū. Ad hoc ergo iſta auferuntur bonis. Sed ne
quis forte infirmus diceret:quando ergo eſſe poſſem tante
virtutis ſicut ſanctus Job. Robur miraris arboꝛis que non
nata eſt? Hec magna quam modo miraris: ſub cuius ramis
et vmbꝛa refrigeraris:virga fuit . Sed times ne tibi aufe-
rantur hec:tu cum talis fueris:attende:quia auferuntur et
malis. Quid te ergo differs a conuerſione? Quod bonus ti-
mes amittere:forte amiſſurus malus es. Si bonus ea perdi
deris:adeſt conſolatoꝛ qui abſtulit. Arca exinanita eſt auro:
coꝛ plenum eſt fide. Foꝛis pauper es:ſed intus diues es . Di
uitias tecum poꝛtas quas non amitteres etiam ſi de naufra
gio nudus exires. Qꝺ ergo forte perditurus es malus : cur
non bonum te inuenit damnū:quando quidem vides ⁊ ma-
los pati damnū? Sed maioꝛe illi damno feriuntur. Inanis
eſt domus:inanioꝛ conſcientia eſt. Quiſquis malus iſta per
diderit:non habet foꝛis qꝺ teneat : non habet intus vbi re-
quieſcat. Fugit hec vbi damnum paſſus eſt:vbi ſe ab oculis
hominū de diuitiarum oſtētatione iactabat. Jam ſe in ocu-
Puerb.6. lis hominum iactare non poteſt:ad ſe intro non redit:q2 ni-
et.30. bil habet. Non eſt imitatus foꝛmicam:non ſibi collegit gra-
na cum eſtas eſſet. Quid dixit cum eſtas eſſet? Cum eſſet vi-
te tranquillitas:cum eſſet ſeculi huius erga illum pꝛoſperi-
tas:quando ei vacabat:quando felix vocabatur ab oībus:
eſtas ipſius erat: Imitaretur foꝛmicā:ſi audiret verba dei:
colligeret grana:⁊ intus reconderet. Venerat temptatio tri
bulationis:ſuperuenerat hyems toꝛpoꝛis:tempeſtas timo-
ris: frigus triſtitie:ſiue damnū eſſet:ſiue ſalutis periculū:
ſiue aliqua oꝛbitas ſuoꝛum ſiue aliqua exhonoꝛatio ſiue hu-
miliatio:hyems erat. Redit foꝛmica ad id quod eſtate colle
git:⁊ intus in ſecreto ſuo vbi nemo videt:eſtiuis laboꝛib⁹ re-
creatur. Quando ſibi iſta colligebat eſtate videbant omnes

cum his paſcitur in hyeme:nullus videt. Quid eſt hoc? Vide
foꝛmicam dei:ſurgit quotidie: currit ad eccleſiam dei: oꝛat:
audit lectionem:hymnū cantat:ruminat:qꝺ audiuit: apud
ſe cogitat:⁊ recondit intus grana electa de area. Hec ipſa que
modo dicuntur qui pꝛudenter audiunt:hoc agunt:⁊ ab om-
nibus videntur pꝛocedere ad eccleſiam: redire de eccleſia:
audire ſermonem:audire lectionem:inuenire libꝛum:aperi-
re ⁊ legere: Omnia iſta videntur cum fiunt. Foꝛmica illa eſt
conterens iter:poꝛtans ⁊ recondens in conſpectu cernentiū.
Venit hyems aliquando:cui enim non venit? Accidit dam-
num:accidit oꝛbitas: Ceteri miſerantur foꝛte vt miſerū qui
non noꝛunt quid intus habeat foꝛmica qꝺ comedat:⁊ dicūt:
Miſer ille cui hoc accidit. Aut ille cui hoc accidit: Quid illi
credis animi eſſe? Quo modo confectus eſt? Metitur ex ſe:
comparatur ex viribus ſuis: ⁊ ideo fallitur:quia menſuram
qua ſe metitur:vult afferre ad eum quem non nouit : Vides
illum paſſum damnum:aut humiliatū:aut oꝛbitate percuſ
ſū: Quid credis? Iſte aliq̄d mali fecit:vt hoc illi cōtingeret
Tale coꝛ habeant:aut talem animum inimici mei: Ignoꝛas
o homo:vere tu tibi inimicus es:qui per eſtatem tibi nō col
ligis qꝺ iſte collegit. Modo intus foꝛmica comedit laboꝛes
eſtatis:ſed eam colligentem videre poteras:manducantem
videre non potes. Iſta fratres quantū dominus dedit:quā
tum ſuggerere ⁊ imbuere dignatus eſt infirmitatē ⁊ humi-
litatem noſtram:quantum capimus pꝛo modulo noſtro: di-
ximus quare det deus omnia iſta permixta:⁊ bonis ⁊ malis
et quare auferat ⁊ bonis ⁊ malis. Dedit tibi:non extollaris:
abſtulit tibi non frangaris. Times ne auferat:bono: poteſt
auferre ⁊ malo. Melius ergo bonus qꝺ dei eſt amittis: ſed
deum tenes: Sic ergo ⁊ ille malus:ipſum hoꝛtamur. Paſſu
rus es damnū:quis non paſſurus eſt oꝛbitatem? Aliquis ca
ſus irruet:aliqua calamitas de tranſuerſo:vndecūq; plenus
eſt mundus:exempla non ceſſant. Loquoꝛ tibi in eſtate:gra
na que colligas non deſunt. Attende ad foꝛmicam o piger:
collige eſtate cū potes:hyems colligere te nō ſinet:ſed mā-
ducare ſinet qꝺ collegeris . Quā multi enim tribulationem
ita patiuntur:vt non eis vacet nec legere aliquid:nec audire
aliquid:nec foꝛte admittuntur ad eos qui eos conſolentur.
Remanſit foꝛmica in cauerna:videat ſi collegit eſtate aliq̄d F
quo ſe auocet hyeme. Sed modo quia benedicet nos deus
quare benedicet nos? Quam benedictionem petit hec vox?
Ut benedicat nos deus benedictione quam ſeruat amicis
ſuis:quam ſolis bonis dat: Non pꝛo magno appetas quod ⁊
mali accipiunt: Quia bonus deus facit illa:qui ſolem ſuū fa Mat.5.
cit oꝛiri ſuper bonos ⁊ malos:⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos.
Quid ergo pꝛecipue bonis? Quid pꝛecipue iuſtis? Illumi-
net vultum ſuum ſuper nos. Solis huius vultum illuminat
ſuper bonos ⁊ malos:vultum tuum illumina ſuper nos. Vi-
dent iſtam lucem cum pecoꝛibus ⁊ boni ⁊ mali: Beati enim
mundo coꝛde:quoniam ipſi deum videbunt. Illuminet vul-
tum ſuum ſuper nos. Geminus intellectus eſt:vterq; dicen
dus eſt. Illumina inquit vultū tuum ſuper nos: oſtende no
bis vultū tuū. Non enim aliquando illuminat vultum ſuum
deus:quaſi aliquādo fuerit ſine lumine:ſed illuminat ſuper
nos:vt qꝺ nos latebat:aperiatur nobis:⁊ qꝺ erat ſed nobis
abſconditum erat:reueletur ſuper nos:hoc eſt illuminetur.
Aut certe imaginem tuam illumina ſuper nos:vt hoc dice-
ret: illumina vultum tuum ſuper nos: impꝛeſſiſti nobis vul- Geñ.1.
tum tuum:feciſti nos ad imaginem ⁊ ſimilitudinem tuā:fe-
ciſti nos nummū tuum:ſed nō debet imago tua in tenebꝛis
remanere. Mitte radiū ſapientie tue:expellat tenebꝛas no
ſtras:⁊ fulgeat in nobis imago tua. Cognoſcamus nos ima
ginem tuam:audiamus qꝺ dictum eſt in Canticis canticoꝝ: Canti.1.
Niſi cognoueris temetipſam o pulcherrima inter mulieres
Dicitur enim eccleſie:niſi cognoueris temetipſam. Quid eſt
hoc: Niſi cognoueris ad imaginem dei te factam: O anima
ecce eſſe pꝛecioſo redempta ſanguine agni immaculati: attē-
de quanti valeas:quid pꝛo te datum ſit cogita. Dicamus er
go ⁊ optemus:illuminet vultum ſuū ſuper nos. Geſtamus
vultum eius:quomodo dicuntur vultus imperatoꝛum. Uere
quidem ſacer vultus dei eſt in imagine ipſius:ſed iniqui nō
cognoſcunt in ſe imaginem dei. Ut illuminetur vultus dei ſu
per illos: quid debent dicere? Tu illuminabis lucernā meā Pſ.17.

doñe: deus me' illumina tenebras meas. Sū in tenebris pec
catorū: ſed radio ſapiētie tue diſcutiantur tenebre mee. Ap
pareat vultus tuus: et ſi forte appareat per me aliquantulō
al' iſta bz. deformis effectus: a te reformetur qd a te formatum eſt. Il
† et miſe- luminet ergo vultum ſuū ſuper nos: ⌊ † Ut cognoſcamus
reatur nſi in terra viā tuā. ⌋ In terra hac: in hac vita cognoſcamus viā
G tuam. Que eſt via tua? Que ducit ad te. Agnoſcamus quo
eamus: agnoſcamus qua eamus: vtrūqꝫ in tenebris nō poſ
ſumus. Longe es a peregrinantibus: viam nobis porrexi
ſti per quam redeundum ſit ad te. Agnoſcamus in terra viā
tuam. Que eſt via ipſius: quia hoc optaumus vt cognoſca
mus in terra viam tuam? Queſituri ſumus eam nos: nō per
Joan. 14. nos diſcituri. Poſſumus eam de euangelio diſcere: Ego ſuz
via: dominus ait. Chriſtus dicit: Ego ſum via. Sed times
ne erres: adiecit: et veritas. Quis errat in veritate? Errat in
veritate qui receſſerit a veritate. Ueritas chriſtus: via chriſt'
Ambula. Times ne moriaris anteꝗ̄ peruenias: Ego ſum vi
ta: Ego ſum inquit via et veritas et vita. Quaſi diceret: quid
times? Per me ambulas: ad me ambulas: in me requieſcis.
Quid ergo ait: Cognoſcamus in terra viā tuam: niſi cognoſ
camus in terra chriſtum tuum? Sed ipſe pſalmus reſpon
deat: Ne putetis ex aliis ſcripturis adhibendū eſſe teſtimo
nium: qd forte hic deeſt: repetendo oſtendit qd dixerit: Ut
H cognoſcamus in terra viam tuam. Et quaſi tu quereres: in
qua terra: quā viā? ⌊ In omnibus gentibus ſalutare tuū. ⌋
In qua terra queris? Audi: In omnibus gentibus. Quam
viam queris? Audi: Salutare tuum. An forte chriſtus non
eſt ſalutare ipſius? Et quid eſt quod dixit ſenex ille ſimeon:
Luce. 2. ſenex ille in euangelio ſeruatus annoſus vſqꝫ ad in
fantiam verbi? Accepit enim ſenex ille in manibus ſuis in
fantem verbum dei. Qui et in vtero eſſe dignatus eſt: in ma
nibus ſenis eſſe dedignaretur? Ille in vtero virginis: qui in
manibus ſenis: infirmus infans et intra viſcera et in manib'
ſenis: ad dandam nobis firmitatem per quez facta ſunt om
nia. Et ſi oſſita: et ipſa mater. Uenit humilis: venit infirmus
2. Cor. 13. ſed indutus infirmitate mutāda: qꝛ et ſi crucifixus eſt: ex in
firmitate: ſed viuit ex virtute dei: Apoſtolus ait: Erat ergo
in manibus ſenis. Et quid ait ſenex ille? Quid ait gratulās
qd iam ſoluendus hinc eſſet: videns ſuis in manibus conti
Luce. 2. neri a quo et in quo ſalus eius continebatur? Iam dimittis
inquit domine ſeruum tuuz in pace: quia viderunt oculi mei
ſalutare tuum. Ergo benedicat nos deus et miſereaꝭ noſtri:
illuminet vultum ſuum ſuper nos: vt cognoſcamus in terra
viam tuam. In qua terra? In omnibus gentibus. Quā viā?
Salutare tuuz. Quid ſequitur: quia cognoſcitur in terra via
dei: quia cognoſciꝭ in omībus gentibus ſalutare dei? ⌊ Cō
fiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi: ⌋ inquit: ⌊ po
puli omnes. ⌋ Exiſtit hereticus et dicit: Ego in africa popu
los habeo: et alius ex alia parte: et ego in galatia populos ha
beo. Tu in africa: ille in galatia: ego illū quero qui vbiqꝫ ha
bet. Certe ad iſtam vocem exultare vos auſi eſtis: quoniam
audiſtis: confiteantur tibi populi deus. Audite ſequentē ver
ſum: quia non de parte loquitur: Confiteanꝭ tibi populi om
nes. Ambulate in via cum omnibus gentibus: ambulate in
via cū omnibus populis o filii pacis: filii vnice catholice am
bulate in via: cantate ambulantes. Faciunt hoc viatores ad
Joan. 14. ſolamen laboris. Cantate vos in hac via: obſecro vos per ip
ſam viam: cantate in hac via. Canticum nouum cantate: ne
2. Cor. 5. mo ibi vetera cantet. Cantate amatoria patrie veſtre: nemo
vetera: Uia noua: viator nouus: canticuz nouum. Audi apo
ſtolum hortantem te ad canticum nouum: Si qua igitur in
chriſto noua creatura: vetera trāſierūt: ecce noua facta ſunt.
Canticum nouum cantate in via: quaz cognouiſtis in terra.
In qua terra? In omnibus gentibus: Propterea et canticū
nouuz non pertinet ad partem. Qui in parte cantat: vetus
cantat. Quodlibet cantet: vetus cantat: vetus homo cātat:
Diuiſus eſt: carnalis eſt. Certe inquantum carnalis eſt: intā
tum vetus: et inquantum ſpiritalis: intantum nouus. Uide
1. Cor. 3. quid dicat apoſtolus: Non potui vobis loqui quaſi ſpiritali
bus: ſed quaſi carnalibus. Unde illos probat carnales? Cuz
enim vnus dicit: Ego ſum pauli: alter vero ego apollo: non
ne inquit carnales eſtis? Ergo in ſpiritu canticum nouū can
ta in via ſecura: Sicut viatores cantāt: et pleruṁqꝫ in nocte
cantant. Formidoloſa circūſtrepunt omnia: vel potius non
circumſtrepunt: ſed circumſilent: et quanto magis ſilentia: tā
to magis formidoloſa: cantant tamen quia latrones timent
Quanto ſecurius cantas in chriſto? Non habet via iſta latro I
nem: ſi tu non deſerendo viam: incidas in latronem. Canta
inquam ſecurus canticum nouum in via quam cognouiſti in
terra: hoc eſt in omnibus gentibus. Unde quia ipſum canti
cum nouum non tecum cantat qui in parte eſſe voluit. Can
tate inquit domino canticum nouum: Et ſequitur: Cantate Pſ. 95.
domino omnis terra. Confiteantur tibi populi deus: Inue
nerunt viam tuam: confiteantur. Ipſa cantatio confeſſio eſt
cōfeſſio peccatorum tuorum et virtutis dei. Tuam iniquita
tem confitere: gratiam dei confitere. Te accuſa: illum glori
fica. Te reprehende: illum lauda: vt et ipſe veniens: inueniat
te punitorem tuuz: vt exhibeat ſe tibi ſaluatorem tuū. Quid
enim timetis confiteri: qui inuenitis hanc viam in omnibus
gentibus? Quid timetis confiteri et in confeſſione veſtra cā
tare canticum nouum cum omni terra? In omī terra: in pa
ce catholica confiteri times deo ne confeſſum dānet? Si nō
confeſſus lates: non confeſſus damnaberis. Times confite
ri qui non confitendo eſſe non potes occultus: damnabe
ris tacitus: qui poſſes liberari confeſſus. Confiteantur tibi
populi deus: confiteantur tibi populi omnes. Et qꝛ iſta con
feſſio non ad ſupplicium ducit: ſequitur et dicit: ⌊ Letentur K
et exultent gentes. ⌋ Si plangunt ante hominem cōfeſſi la
trones: letentur ante deum confeſſi fideles. Si homo iudi
cet: exigat a latrone confeſſionē tortor et timor: immo alliquā
do confeſſionem premit timor: exigit dolor: Et ille qui plan
git in tormentis: timet autem occidi confeſſus: portat tormē
ta quantum poteſt: et ſi victus dolore fuerit: profert ad mor
tem vocem ſuam. Nuſqꝫ ergo letus: nuſqꝫ exultans: anteꝗ̄
confiteatur exarat vngula: cuz confeſſus fuerit damnat car
nifex: ducitur miſer vbiqꝫ. Sed letentur et exultent gentes.
Unde? Per ipſam confeſſionez. Quare? Quia bonus eſt cui
confitentur. Ad hoc exigit confeſſionem: vt liberet humilē:
Ad hoc damnat non confitentem: vt puniat ſuperbum. Ergo
triſtis eſto anteꝗ̄ confitearis: confeſſus exulta: iam ſanabe
ris: Non confitentis conſcientia ſaniem collegerat: apoſte
ma tumuerat: cruciabat te: requieſcere non ſinebat: adhibet
medicus fomenta verborum et aliquando ſecat: adhibet
medicinale ferrum in correptione tribulationis: tu agnoſce
medici manum: confitere: exeat in confeſſione et defluat om
nis ſanies: Iam exulta: iam letare: quod reliquum eſt: facile
ſanabitur. Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi
populi omnes. Et quia confitentur: letentur et exultent gen
tes. ⌊ Quoniam iudicas populos in equitate. ⌋ Nemo ſe L
fallat: gaudeat iudicandus: qui timuit iudicaturum. Preue
dit enim et preuenit faciem eius in confeſſione: ille autē po
pulos cū venerit in equitate iudicabit. Quid ibi valebit cal
liditas accuſatoris: vbi eſt teſtis cōſcientia: vbi tu eris et cau
ſa tua: vbi iudex non querit teſtem? Aduocatū miſit tibi pro
pter illum: et per illum confitere. Age cauſam tuam: et defen
ſor eſt penitentis: et petitor venie confitentis: et iudex innocē
tis. Uere timere poteris cauſam tuam: vbi aduocatus tuus
erit iudex tuus. Letentur ergo et exultent gentes: quoniam
iudicas populos in equitate. Sed timere poterunt ne male
iudicentur: dent ſe corrigendos: dent ſe dirigendos ei qui
vadet iudicandos. Hic corrigantur: et non timeant cum iudi
cabuntur. Uide quid dicat in alio pſalmo. Deus in nomine Pſ. 53.
tuo ſaluum me fac: et in virtute tua iudica me. Quid eſt? Si
non me prius ſaluas in nomine tuo: debeo timere cū me iu
dicabis in virtute tua. Si autez me prius ſaluas in nomine
tuo: quid timebo iudicantez in virtute: cuius ſalus preceſſit
in nomine? Sic etiam hoc loco confiteantur tibi populi om
nes. Et ne putetis aliquid timendum in confeſſione: letētur
inquit et exultent gentes Quare letenꝭ et exultent? Quoniā
iudicas populos in equitate. Nemo contra nos premiū dat:
nemo te corrūpit: nemo te fallit: Ergo ſecurus eſto. Sed quid
de cauſa tua? Nemo corrumpit deum manifeſtum eſt: ne for
te ideo magis timendus ſit: quia corrumpi nul'o modo po
teſt: Quomodo ergo ſecurus es ſecundum illud qd iam di
ctum eſt: Deus in nomine tuo ſaluuz me fac: et in virtute tua
iudica me: ſic et hic: Letentur et exultent gentes quoniā iudi
cas popu

M caſ populos in equitate. Et ne timeant iniqui: ſubiecit:
⌊ Et gentes in terra diriges. ⌋ Praue erant gentes: ⁊ tor-
tuoſe erant gentes: peruerſe erant gentes: merito prauita-
tis ⁊ diſtortionis ⁊ peruerſitatis ſue: iudicem venientem ti-
mebant. Venit manus ipſius: extenta eſt miſericorditer in
populos: dirigunturvt ambulent rectam viam: quid timeāt
venturum iudicem: qui primo agnouerūt correctorem? Ma-
nibus eius dent ſe: ipſe gentes in terra dirigit. Directe au-
tem gentes ambulantes in fide: exultantes in illo: faciētes
opera bona: ⁊ ſi qua forte quoniam per mare nauigant: in-
trat aqua per minutiſſimas cauernas: per rimulas ad ſen-
tinam: exhauriendo eam per opera bona: ne plus intrando
cumulum faciat: ⁊ nauim deprimat: exhauriant quotidie: ie-
Mat.6. iunando: orando: elemoſynas faciendo: dicendo puro corde
Dimitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimittimus debito-
ribus noſtris. Dicendo iſta: ambula ſecurus: ⁊ exulta in via:
canta in via: noli timere iudicem. Anteq̄ eſſes fidelis time-
bas: ſed iam inueniſti ſaluatorem: Impium te quefiuitvt re-
dimeret: redēptu deſeretvt pdat? Et gētes in terra diriget.
Exultat: gaudet: hortaſ: repetit eoſdēverſum exhortatiōe.
N ⌊ Confiteanſ tibi ppli de⁹: cōfiteanſ tibi ppli oēs: terra de-
dit fructum ſuum. ⌋ Quem fructum? Confiteantur tibi po-
puli omnes. Terra erat: ſpinis plena erat: Acceſſit eradican-
tis manus: acceſſit vocatio maieſtatis eius et miſericordie:
cepit terra confiteri: Iam dat terra fructum ſuum. Daret
fructum ſuum: niſi ante complueretur? Daret terra fructum
ſuum: niſi ante miſericordia dei veniret deſuper? Legāt mi-
Mat.4. hi inquis: quo compluta dederit terra fructum ſuum. Audi
compluentem dominum: Agite penitentiam: appropinqua-
bit enim regnum celoꝝ. Pluit ⁊ ipſa pluuia: Tonitruus eſt:
terret: Time tonantem: ⁊ excipe pluentem. Ecce poſt illam
vocem tonantis ⁊ pluentis dei: poſt illam vocem aliquid de
ipſo euangelio audiamus: Ecce illa meretrix malam famaꝫ
habens in ciuitate: irrupit in alienam domum: qua non erat
inuitata ab hoſpite: ſed ab inuitato vocata: non lingua: ſed
gratia. Nouerat egra habere ibi ſe locum: vbi medicum ſuū
diſcumbere ſciebat. Ingreſſa eſt que erat peccatrix: non au-
Luce.7. det accedere niſi ad pedes: Flet ad pedes: irrigat lachry-
mis: tergit crinibus vngit vnguento. Quid miraris? Terra
dedit fructum ſuum. Ergo hoc factum eſt ibi: pluente domi-
no: per os ſuū facta ſunt que legimus in euangelio: quo pluē-
te domino per nubes ſuas: miſſis apoſtolis ⁊ predicantibus
veritatem: terra amplius dedit fructum ſuum: et iſta ſeges
iam impleuit orbem terrarum. Vide quid deinde dicatur.
O ⌊ Benedicat nos deus deus noſter: benedicat nos deus. ⌋
Benedicat ſicut iam dixit: etiam atq̄ꝫ etiam benedicat: mul-
tiplicet benedicendo. Attendat charitas veſtra: quoniam iā
preceſſit fructus terre in hieruſalem. Inde enim cepit eccle-
Act.2. ſia: venit ibi ſpiritusſanctus: ⁊ impleuit ſanctos in vnum cō-
gregatos: facta ſunt miracula: linguis omnium locuti ſunt:
Impleti ſunt ſpiritu dei: cōuerſi ſunt qui ibi erāt: timentes
Ibidem, et ſuſcipientes imbrem diuinum: dederunt in confeſſione tā-
et ca.4. tum fructum: vt omnia ſua in cōmune conferrent: diſtribuē-
tes pauperibus: vt nemo diceret aliquid propriū: ſed eſſent
illis omnia cōmunia: ⁊ haberent vbi animaꝫ vnam ⁊ cor vnū
in deum. Donatus enim illis erat ſanguis domini quem fu-
derant: donatus erat ignoſcente domino: vt iam qd̄ fuderāt
etiaꝫ bibere diſcerent. Magnus ibi fructus: terra dedit fru-
ctum ſuum: ⁊ magnum fructum ⁊ optimum fructum: Nun-
quid terra illa ſola debuit dare fructum ſuum? Benedicat
nos deus deus noſter: benedicat nos deus. Adhuc benedi-
Geñ.j. cat: Benedictio enim in multiplicatione ſolet maxime pro-
prie intelligi. Probemus hoc in Geneſi: vide opera dei: Fe-
cit deus lucem: ⁊ diuiſit deus inter lucem ⁊ tenebras: Luceꝫ
vocauit diem: et tenebras vocauit noctem. Non dictum eſt:
benedixit lucem: Eterum eadeꝫ lux redit ⁊ alternat diebus
Ibidem. ac noctibus. Vocauit celū firmamentoꝫ inter aquas ⁊ aquas
non dictum eſt: benedixit celum. Diſcreuit mare ab arida: ⁊
nominauit vtrumq̄ꝫ: aridam terram: ⁊ congregationē aqua-
rum mare: nec hic dictum eſt: benedixit deus. Ventum eſt
ad ea que fecunditatis habitura erāt ſemen: ⁊ ex aquis exi-
ſtentia: Ipſa enim maximam multiplicationis vbertatem
Geñ.j. habent: ⁊ benedixit ea dominus dicens: Creſcite ⁊ multipli-
camini: ⁊ replete aquas maris: ⁊ volatilia multiplicentur ſu-
per terram. Sic ⁊ cum omnia ſubiecit homini queꝫ fecit ad
imaginem ſuam: ſcriptum eſt: Et benedixit eos deus dicēs:
Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ implete faciem terre. Ergo be-
nedictio proprie ad multiplicationem valet: ⁊ ad implēdam
faciē terre. Audi in hoc pſalmo: Benedicat nos deus deus
noſter: benedicat nos deus. Et quo valet iſta benedictio?
⌊ Et metuant eum omnes fines terre. ⌋ Ergo fratres mei
chariſſimi ſic abundanter in nomine chriſti benedixit nos P
deus: vt filijs ſuis impleat vniuerſam faciem terre: adopta-
tis in regnum ſuum coheredibus vnigeniti ſui. Unicum ge-
nuit inq̄: ⁊ vnum eſſe noluit: Unicum genuit inq̄ ⁊ vnum eū
noluit remanere: Fecit ei fratres: ⁊ ſi non gignendo: tamen
adoptando fecit ei coheredes. Fecit eum participem prius
mortalitatis noſtre: vt crederemus nos eſſe participes diui-
nitatis eius. Attendamus precium noſtrum: Predicta ſunt
omnia: exhibentur oīa: it euangelium per orbem terrarū:
Omnis labor humani generis in hoc tempore teſtimonium
dicit: implentur oīa que in ſcripturis predicta ſunt. Sicut
vſq̄ꝫ ad hodiernum diem omnia venerunt: ſic et que reſtant
euentura ſunt. Timeamus iudicij diem: venturus eſt domi-
nus. Qui venit humilis: veniet excelſus: Qui venit iudican-
dus: veniet iudicaturus. Agnoſcamus humilem: vt nō expa-
ueſcamus excelſum: Amplectamur humilē: vt deſideremus
excelſum. Deſiderantibus enim ſe: propitius veniet. Illi eū
deſiderant qui tenuerunt fidem eius: et fecerunt mandata
eius. Nā ⁊ ſi nolumus veniet. Velimus ergo noſtimus veniet
q̄ veniet ⁊ ſi nolum⁹. Quōvelim⁹ vt veniat? Bene viuēdo: bn̄ Q
agēdo: Preterita nos nō delectēt: pſentia nō nos teneāt: ne Pš.57.
claudamus aurem tanq̄ de cauda: ne premamus aurem in
terra: ne preteritis retardemur obaudiēdo: ne preſentibus Phil.3.
implicemur: ſed ad futura meditando. Extendamus nos in
ea que ante ſunt: obliuiſcamur preterita. Et qd̄ modo labo-
ramus: ⁊ qd̄ modo gemimus: quod modo ſuſpiramus: quod
modo loquimur: qd̄ et quantulacunq̄ꝫ parte ſentimus ⁊ ca-
pere non poſſumus: capiemus: perfruemur in reſurrectione
iuſtorum. Renouabitur iuuentus noſtra ſicut aquile: tantū- Pš.102.
modo nos vetuſtatem noſtram ad petram chriſtuꝫ contera-
mus. Siue illa vera ſint fratres que dicuntur de ſerpente:
vel que dicuntur de aquila: ſiue ſit fama potius hominum q̄
veritas: veritas eſt tamen in ſcripturis: ⁊ non ſine cauſa hoc
dixerunt ſcripture: Nos quicquid illud ſignificat faciamus:
et q̄ ſit illud verum non laboremus. Tu eſto talis vt iuuen- 1.Cor.10.
tus tua renouari poſſit ſicut aquile: Et ſcias eam non poſſe
renouari: niſi vetuſtas tua in petra contrita fuerit: ideſt niſi
auxilio petre: niſi auxilio chriſti: non poteris renouari. Tu
noli dulcedine preterite vite obſurdeſcere aduerſus verbuꝫ
dei: noli preſentibus rebus ſic teneri ⁊ impediri vt dicas: nō
mihi vacat legere: non mihi vacat audire: Hoc autem aureꝫ
premere in terram eſt. Tu ergo talis noli eſſe: ſed eſto talis Pš.57.
quod contra inuenis: adeſt vt preterita obliuiſcaris: in ante-
riora te extendas: vtvetuſtatem tuam in petra conteras. Et
ſi que tibi ſimilitudines date fuerint: ſi inueneris in ſcriptu-
ris crede: ſi non inueneris dici niſi fama: nec valde credas:
Res ipſa forte ita eſt: forte non eſt ita: Tu pfice tibi: valeat
ad ſalutem iſta ſimilitudo. Non vis per iſtam ſimilitudineꝫ
per aliam faciendum tamen facias: ⁊ ſecurus expecta regnum
dei: ne rideatur tecum oratio tua. Tu enim chriſtiane quādo
dicis: Adueniat regnum tuum: quomodo dicis: adueniat re- Mat.6.
gnum tuum? Excute cor tuuꝫ: vide: Ecce veniet regnū tuū:
Clamat tibi venio: non times. Sepe diximus charitati ve-
ſtre: predicare veritatem nihil eſt: ſi cor a lingua diſſentiat:
Et audire veritatē nihil eſt: ſi nō auditiones fructus ſequaſ.
De iſto loco quaſi ſublimiore loquimur ad vos: q̄ ſimus au-
tem timore ſub pedibus veſtris deus nouerit qui propitius
ſit humilibus: q: non nos tam delectant voces laudantiū: q̄
deuotio confitentiū ⁊ facta rectorꝫ: ⁊ q̄ non delectemur niſi
profectibus veſtris. In iſtis aūt laudibus q̄ periclitemur:
ille nouerit qui nos ab omnibus periculis liberet: ⁊ nos vo-
biſcum ab omni temptatione ſaluatos: in regno ſuo cogno-
ſcere ⁊ coronare dignetur.

¶ Explicit Tractatus de pš. lxvj.

Incipit Tractatus de pſ.lxvij.

A Ro.10. PSalmi huius titulus non videtur eſſe oneroſe diſpu-
tationis:ſimplex enim apparet et facilis. Nā ita ſe ha-
bet. In finē ipſi dauid pſalmus cantici. In multis aūt
iam pſalmis admonuimus quid ſit in finem:quoniā finis le-
gis chriſtus ad iuſtitiam omni credenti: Finis qui perficiāt
non qui cōſumat aut perdat. Verūtamen ſi quiſq̄ conet in-
quirere:quid ſibi velit pſalmus cantici:cur nō aut pſalmus
aut canticū:ſed vtrumq̄:vel qoid interſit inter pſalmū can-
tici:et canticū pſalmi:q2 et ſic quorūdam pſalmorum tituli ita
inſcribuntur:inueniet fortaſſe aliquid qd̄ acutioribus et ocio-
ſioribus nos relinquimus. Diſcreuerunt qoidā ante nos in-
ter canticum et pſalmū:vt quoniā canticū ore profertur:pſal-
mus autem viſibili organo adhibito:ideſt pſalterio cantur:
Videatur cantico ſignificari intelligentiā mentis:pſalmo ve-
ro opera corporis:ſicut in hoc ipſo ſexageſimo ſeptimo quē
nunc tractandū ſuſcepimus:illud qd̄ dictū eſt: Cantate deo
pſallite nomini eius:ita quidā diſcreuerunt:vt cantate: deo
dictum videaſ:q2 ea que in ſeipſa mens agit:deo nota ſunt
Mat.5. que ab hominibus non videntur:Opera vero bona quoniā
ideo videnda ſunt ab hominibus:vt glorificent patrē noſtrū
ē.pſ.4.B qui in celis eſt: merito dictum ſit:pſallite nomini eius: ideſt
pſ.46. diffamationi eius:vt laudabiliter nominetur. Hanc differē-
tiam alicubi quantū recolo:etiam ipſe ſecutus ſum. Memi-
ni aūt legiſſe nos etiā pſallite deo:quia talia q̄uiſibiliter be-
ne operamur:non tantū hominibus: ſed etiaꝫ deo placent.
Non aūt omnia que deo placent etiam hominibus poſſunt
que videre non poſſunt. Unde mirū eſt ſi quēadmodum verū
q̄ legitur:et cātate deo et pſallite deo:ita alicubi legi poteſt:
cantate nomini eius. Quaſi et hoc in ſcripturis ſanctis dictus
inuenitur:hec differentia fruſtra elaborata eſt. Monet etiā
me qd̄ generaliſ nomine magis pſalmi q̄ cantica vocantur:
ita vt dominus diceret:que ſcripta ſunt in lege et prophetis
Luce.24. et pſalmis de me:Et liber ipſe pſalmorum dicitur non cantico-
rum:ſicut ſcriptum eſt inquit in libro pſalmorum: cum potius
ſcdm̄ iſtam differentiā:cantica dici debuiſſe videantur: quo-
niam cantici etiam ſine pſalmo eſſe poteſt:pſalmus vero ſi-
ne cantico eſſe nō poteſt. Poſſunt etenim cogitationes eſſe
mentis:quarum nō ſint opera corporalia: Nullum eſt autē
opus bonū:cuius non ſit in mente cogitatio:Ac per hoc vtro-
biq̄ cantica:non vtrobiq̄ pſalmi:et tamen ſicut dixi genera-
liter pſalmi appellantur non cantica: liberq̄ pſalmorum non
canticorum. Et ſi intelligantur atq̄ diſcutiantur ſenſus di-
ctorum vbi titulus eſt tantūmodo pſalmi:et vbi tantūmodo
cantici:et vbi non pſalmus cantici:ſicut in iſto: ſed canticum
pſalmi inſcriptum eſt:neſcio vtrum poſſit iſta differentia de-
mōſtrari. Proinde ſicut ceperamus relinquētes iſta eis qui
poſſunt et quibus vacat talia diſcernere: et certa differentias
rum ratione deſinire:nos quantum adiuuante domino vale-
mus huius pſalmi textum conſideremus atq̄ tractemus.

B Ro.9. Expoſitio pſalmi.

EXurgat deus et diſſipenſ inimici eius. Iam factum
eſt:exurrexit chriſtus:qui eſt ſuper omnia deus bene-
dictus in ſecula:et diſperſi ſunt inimici eius per omnes gētes
iudei:in eo ipſo loco vbi inimicitias exercuerūt debellati:at-
q̄ inde per cūcta diſperſi:et nunc oderunt:et metuūt:et in ip-
ſo metu faciūt qd̄ ſequiſ. Et fugiant qui oderunt eū a fa-
pſ.138. cie eius. Fuga quippe animi eſt timor. Nam carnali fuga
quo fugiant ab eius facie quivbiq̄ preſentie ſue demōſtrat
effectū: Quo abibo inquit ille a ſpiritu tuo:et a facie tua quo
fugiā: Animo ergo nō corpore fugiūt:timendo ſcꝫ nō latens-
do:nec ab ea facie quā non vident:ſed ab ea quā videre co-
Mat.24 guntur:Facies quippe eius appellata eſt preſentia eius per
eccleſiam eius. Unde illis inimicantibus dixit: Amodo vide-
bitis filium hominis venientē in nubibus:ſicut venit in ec-
cleſia ſua:diffundens eam toto orbe terrarū:in quo diſperſi
Eſa.5. ſunt inimici eius Venit aūt in talibus nubibus:de quibus
dicit: Mandabo nubibus meis:ne pluāt ſuper eā imbrem.
Fugiant ergo qui oderūt eū a facie eius:timeāt a preſentia

ſanctorum fideliūq̄ eius:de quibus dicit: Cum vni ex minimis Mat.25.
meis feciſtis mihi feciſtis. Sicut deficit fumus deficiāt. pſ.72.
Extulerunt enim ſe ab ignibus odiorum ſuorum in ſuperbie ty- Joan.19.
pum: et ponentes in celū os ſuū atq̄ clamātes:crucifige cru-
cifige: Capto illuſerunt:pendentē irriſerunt: vnde victores
tumuerunt:mox victi euanuerunt. Sicut fluit cera a facie
ignis:ſic pereant peccatores a facie dei. Quamq̄ fortaſſe
eos hoc loco ſignificauerit:quorum duricia in penitentie la-
chrymas ſoluitur:tamen etiā illud intelligi poteſt vt futurū
iudicium cōminetur:quia cū in hoc ſeculo ſicut fumus ſe ex-
tollendo:ideſt ſuperbiēdo defecerint:veniet illis in fine ex-
trema damnatio:vt ab eius facie pereant in eternū: cum in C
ſua claritate fuerit preſentatus:velut ignis ad penaꝫ impio- Alñ† ſepu
rum lumenq̄ iuſtorum. Deniq̄ ſequitur. Et iuſti † locun- lentur.
dentur et exultent in conſpectu dei:et delectētur in leticia. Mat.25.
Tunc enim audient: Venite benedicti patris mei percipite
regnum. Jocundenſ ergo qui laborauerūt:et exultent in cō-
ſpectu dei. Non enim erit exultationis huius tanq̄ corā ho- pſ.2.
minibus inanis illa iactantia:ſed in conſpectu eius qui ſine
errore inſpicit qd̄ donauit. Delectentur in leticia:nō iā exul- Job.7.
tantes cum tremore ſicut in hoc ſeculo:q̄diu tēptatio eſt vi-
ta humana ſuper terram. Deinde ſe ad ipſos conuertit qui-
bus tantam ſpem dedit:et hic viuentes alloquiſ et hortatur. Alñ† pſal
Cantate deo † pſallite nomini eius. Jam hinc in titulū mū dicite.
expoſitione qd̄ videbatur prelocuti ſumus. Cantat deo qui
viuit deo:pſallit nomini eius qui operatur gloriā eius. Ita
in cantando:ita in pſallendo:ideſt ſic viuendo: ſic operādo.
Iter facite ei: inquit: qui aſcendit ſuper occaſum. Eſa.52.
Iter facite chriſto:vt per ſpecioſos pedes euangelizantiū:
peruia ſint ei corda credentiū. Ipſe eſt enim qui aſcēdit ſu-
per occaſum:ſiue q2 non eum excipit noua vita ſe ad euꝫ con-
uertentis:niſi vetus occiderit huic ſeculo renunciantis: ſiue
qui aſcendit ſuper occaſum : cum reſurgendo vicit corporis Alñ† no-
caſum. Dñs † enim nomen eſt ei. Quod illi ſi cognouiſ- men illi.
ſent: nunq̄ dominum glorie crucifixiſſent. † Et exultate 1.Cor.2.
in conſpectu eius. O vos quibus dictuꝫ eſt:cantate deo: al† nō hꝫ.
pſallite nomini eius:iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſuꝫ 2.Cor.6.
et iam exultate in conſpectu eius:quaſi triſtes: ſemper autē
gaudētes. Dū enim facitis iter & dū preparatis qua veniat
genteſq̄ poſſideat:multa paſſuri eſtis in conſpectu hominū Ro.11.
triſtia. Sed vos non ſoluꝫ nolite deficere:ſed etiā exultate:
nō in conſpectu hoim̄:ſed in conſpectu dei. Spe gaudētes:in
tribulatione tolerantes: Exultate in cōſpectu eius. Illi enī Mat.10.
qui vos in conſpectu hominū turbant: Turbabuntur a fa-
cie eius:patris orphanorum et iudicis viduarum. Deſolatos
enim putant a quibus plerunq̄ gladio verbi dei:et parētes
a filijs:et mariti ab vxoribus ſeparanſ:ſed habent cōſolatio-
nem deſtituti atq̄ viduati:patris orphanorum et iudicis viduas
rum: Habent eius cōſolationē qui ei dicunt: quoniam pater
meus et mater mea dereliquerūt me:dñs aūt aſſumpſit me:
et qui ſperauerunt in dño: perſiſtentes in orationibus nocte pſ.26.
ac die:a cuius facie illi turbabunſ cū viderint ſe nihil profi- Joan.11.
cere:qm̄ totus mundus poſt eū abijt. Nam de his orphanis
et viduis:ideſt ſpei ſecularis ſocietate deſtitutis:dñs ſibi tē-
plum fabricat: de quo conſequenter dicit. † Dñs in loco D
ſancto ſuo. Quis enī ſit locus eius aperuit cū dicit: De- al† deus.
q̄ inhabitare facit † vniuſmodi in domo. Unanimes:vnū
ſentientes:iſte eſt locus ſanctus dñi. Cuꝫ enim dixiſſet:dñs al† vnius
in loco ſancto ſuo:tanq̄ requireremus in quo loco:cū ille vbi- moris.
q̄ ſit totus:et nullus eum cōtineat corpo. aliū ſpaciorum locus:
ſtatim ſubiecit:ne queramus eū abſq̄ nobis:ſed potius vniuſ-
modi habitantes in domo mereamur: vt habitare etiā ipſe
dignetur in nobis. Iſte eſt enim locus ſanctus domini: quod
plerīq̄ homines querunt:vt habeant vbi orantes exaudian- pſ.4.
tur. Sint ergo ipſi qd̄ querunt:et que dicūt in cordibus ſuis:
ideſt in talibus cubilibus ſuis cōpungantur:habitantes vniuſ- 2.Timo.2.
modi in domo:vt a dño magne domus inhabitētur: et apud
ſe in ſeipſos exaudiantur. Eſt enī domus magna in qua nō
ſolum aurea vaſa ſunt et argentea:ſed et lignea et fictilia: Et
alia quidem ſunt in honorē:alia in contumeliā: Si qui aūtē
mundauerint ſemetipſos a vaſis contumelie:erūt vniuſmo-
di in domo et locus ſanctus domini. Nā ſicut in magna do-
minus domo:

iuſis domo: non in qualicūq; loco eius requieſcit dominus
eius: ſed in aliquo vtiq; ſecretiore ⁊ honoratiore loco: ſic deꝰ
non in omnibus qui in domo eius ſunt habitat: non enī ha
bitat in vaſis contumelie: ſed locus ſanctus eius ſunt quos
tropi. habitare facit vniuſmodi vel vniuſmoris in domu. Qui enī
τρόποι grece dicunt: ⁊ modi ⁊ mores latine interpretari poſ
ſunt. Nec habet grecus: Qui inhabitare facit: ſed tm̄: habi
tare facit. Dn̄s ergo in loco ſancto ſuo. Quis eſt locus iſte?
ipſe deus qui eū ſibi facit. Deus enī habitare facit vniuſmo
ris in domu: hic eſt locus ſanctus eius. Qd̄ aūt gratia ſua ſi
E bi edificet hūc locū: nō meritis eorū precedentibꝰ ex quibus
al' victos eū edificat: vide quid ſequat. Qui educit † cōpeditos in
fortitudine. Soluit enī gratia vincula peccatorū quibꝰ im
pediebantur ne ambularēt in via preceptorū: educit aūt eos
in fortitudine quā ante eius gratiā nō habebāt. Similr
al' eos q̄ exaſperāt † amaricātes qui habitāt in ſepulchris: Idest oīno mor
tuos occupatos in operibꝰ mortuis: Hi enī amaricāt reſiſtēs
do iuſtitie: nā illi cōpediti forſitan volunt ambulare nec poſ
ſunt: deūq; precant vt poſſint eiq; dicūt: De neceſſitatibus
Pš. 24. meis educ me: A quo exauditi gratias agunt dicētes: Dirū
Pš. 15. piſti vincula mea. Iſti aūt amaricātes qui habitāt in ſepul
Eccli. 17. chris: in eo degeneres ſunt: qd̄ alio loco ſcriptura ſignificat
puerb. 18. dicens: A mortuo velut qui nō ſit perit cōfeſſio. Vn̄ eſt illud:
Peccator cū venerit in profundū malorū contēnet. Aliud eſt
enī deſiderare: aliud oppugnare iuſtitiā: aliud a malo libe
rari velle: aliud mala ſua defendere potius q̄ fateri: vtroſq;
tamen gratia chriſti educit in fortitudine. Qua fortitudine
niſi vt aduerſus peccatū vſq; ad ſanguinē certēt? Ex vtroq;
enim genere fiunt idonei: quibꝰ conſtruat locus ſctūs eius:
Illi ſoluti: illi reſuſcitati: q2 ⁊ mulieris quam alligauerat ſa
thanas per decem ⁊ octo annos: iubendo vincula ſoluit: ⁊ la
Luce. 13. zari mortē clamando ſuperauit. Qui fecit hec in corporibus
Joan. 11. poteſt mirabiliora facere in moribus: ⁊ facere vniuſmodi ha
E bitare in domo: educens cōpeditos in fortitudine: ſimiliter
al' ſ egre amaricantes qui habitant in ſepulchris. Deus cū † egre
dereris. † dieris † corā populo tuo. Egreſſus eius intelligitur: cū
in conſpe apparet in operibus ſuis. Apparet aūt nō omnibus: ſed eis
ctu popu qui nouerunt opera eius intueri. Nō enī ea nunc opera di
li tui. co que cunſpicua ſunt omnibus: celū ⁊ terrā ⁊ mare ⁊ vniuer
ſa que in eis ſunt: ſed opera quibus educit cōpeditos in for
titudine: ſimiliter amaricantes qui habitant in ſepulchris:
et facit eos vniuſmodi habitare in domo: ſic egredieſ corā
populo ſuo: ideſt corā eis qui iſtā gratiam eius intelligunt.
al' ſ per Denīq; ſequit: Cum † tranſieris in deſertu: Terra mota
tranſieris eſt. Deſertū erant gentes que ignorabant deū: Deſertū
erat vbi lex nulla ab ipſo deo data erat: vbi nulli prophete
habitauerant: q̄m̄q; eſſe venturū predixerant. Cum ergo
tranſieris in deſerto: cū predicaueris in gentibus: terra mu
ta eſt: terreni homines ad fidē excitati ſunt. Sed vnde mo
ta eſt? Etenim celi diſtillauerunt a facie dei. Forſitan
hic aliquis recolat illud tēpus: quando in deſerto deus trā
Exod. 13. ſibat corā populo ſuo: corā filijs iſrael: die in colūna nubis:
nocte in fulgore ignis: ⁊ hoc eſſe ſentiat: qd̄ celi diſtillauerūt
Pš. 77. a facie dei: quoniā manna pluit populo ſuo: hoc etiam eſſe
al' nō hꝫ. quod ſequitur. † Mons † ſina a facie dei iſrael. Pluuiā
al' final. voluntariā † ſegregās deus hereditati tue. Quia in mō
† ſegrega te ſina locutus eſt deus ad moyſen quando legem dedit: vt
bis. manna ſit pluuia voluntaria: quā ſegregauit deus heredita
Exod. 19. ti ſue: ideſt populu ſuo: q2 ſolos eos ita pauit: nō vt ceteras
gentes: vt qd̄ deinde dicit. Et infirmata eſt. Ipſa here
numeri. 11. ditas infirmata intelligatur: q̄n̄ murmurātes manna faſtidio
ſe reſpuerunt: deſiderantes eſcas carniū: et ea quibus veſci
in egypto conſueuerant. Sed in his verbis ſi proprietas tā
tummodu litere: non ſpiritualis requirendus eſt intellectus
oportet vt oſtendat ſcd̄m proprietatē carnalē: qui tunc cōpe
diti: quiq; etiā habitantes in ſepulchris: educti ſunt in forti
tudine. Deinde ſi ille populus: illa ſc3 hereditas dei faſtidio
Ibidem. manna reſpuens infirmata eſt: non debuit ſequi. Tu vero
nume. 14. perfeciſti eam. Sed tu vero percuſſiſti eam. Deo quippe
offenſo per illa murmura atq; faſtidia: ingens plaga ſecuta
eſt. Poſtremo illi oēs in heremo conſternati ſunt: nec quiſq̄
eorum preter duos terram meruit promiſſionis intrare: q̄ q̄

etiā ſi dicatur in filijs eorū: hereditas illa perfecta: nos ſen
ſum ſpiritualem liberius tenere debemus. Omnia quippe 1. Cor. 1.
illa in figura contingebant illis: donec aſpiraret dies: et re Cant. 2.
mouerentur vmbre. Aperiat itaq; nobis pulſantibus dn̄s: ⁊ B.
myſteriorū eius quantū ipſe dignat ſecreta pandant. Etenī
vt terra mota eſſet ad fidē: cum in deſertū gentium tranſiret
euangeliū: celi diſtillauerunt a facie dei. Hi ſunt celi de qui
bus in alio pſalmo cantitur: Celi enarrant gloriā dei. De his
quippe paulo poſt ibi dicit. Nō ſunt loquele neq; ſermones
quorū non audiant voces eorū: In omnē terrā exiuit ſonus Pš. 18.
eorū: ⁊ in fines orbis terre verba eorū. Nec tamē iſtis celis ꝗ Ibidem:
ta gloria tribuenda eſt: tanq̄ ab hominibus illa gratia vene
rit vt deſertū: ideſt gentiū terra moueret ad fidē. Nō enim
celi a ſeipſis diſtillauerunt: ſed a facie dei vtiq; inhabitātis
eos: ⁊ faciētis eos inhabitare vniuſmodi in domo. Ipſi enī
ſunt ⁊ montes de quibus dicit: Leuaui oculos meos ad mō Pš. 120.
tes vnde veniet auxiliū mihi: Et tn̄ in hominibus ſpē poſuiſ
ſe videretur: cōtinuo ſubiecit: Auxiliū meum a dn̄o qui fecit
celum ⁊ terrā. Et quippe alio loco dicit: Illuminans tu mi
rabiliter a montibus eternis: Quāuis a montibus eternis
tamen illuminans tu. Sic ⁊ hic: celi diſtillauerunt: ſed a fa Pš. 75.
cie dei. Etenī ipſi ſalui facti ſunt per fidē: ⁊ hoc nō ex ſeipſis
ſed donū dei eſt: nō ex operibus: ne forte quis extollat: Ip Ephe. 2.
ſius enim ſumus figmentū: qui facit vniuſmodi habitare in D.
domu. Sed quid eſt qd̄ ſequit: mons ſina a facie dei iſrael?
An ſubaudiendū eſt diſtillauit: vt qd̄ vocauit celorū nomine
hoc voluerit intelligi nomine etiā montis ſina: ſicut dıximus
eos vocari montes: qui vocati ſunt celi? Nec in iſto ſenſu mo
uere debet: q2 mons non montes: ⁊ ibi dictū ſit celi: non ce
lum. quia ⁊ in alio pſalmo cum dictum eſſet: Celi enarrant Pš. 18.
gloriam dei: more ſcripture eundem ſenſum verbis alijs re
petens ſubſequenter dictum eſt: Et opera manuū eius an
nunciat firmamentum. Prius dixit: celi non celum: ⁊ tamen
poſtea non firmamenta: ſed firmamentum. Vocauit enim
deus firmamentum celum: ſicut in geneſi ſcriptum eſt. Ita Gen. 1.
ergo celi ⁊ celum: montes ⁊ mons non aliud: ſed hoc ipſum:
ſicut eccleſie multe et vna eccleſia: non aliud ſed hoc ipſum.
Cur ergo mons ſina qui in ſeruitutem generat: ſicut dicit
apoſtolus? An forte lex ipſa intelligenda eſt in monte ſina: Gal. 4.
quam diſtillauerunt celi a facie dei vt terra moueretur? Et
ipſe eſt terremotus: cum conturbabuntur homines q2 legē Exod. 19.
implere non poſſunt. Quod ſi ita eſt: hec eſt pluuia volunta Pš. 147.
ria: de qua conſequenter dicit: Pluuiam voluntariam ſegre
gans deus hereditati tue: quia non fecit ſic vlli genti: ⁊ iudi
cia ſua non manifeſtauit eis. Segregauit itaq; pluuiā hanc
voluntariam deus hereditati ſue quod legem dedit: ⁊ infir
mata eſt vel ipſa lex vel ipſa hereditas. Lex infirmata ſic ac
cipi poteſt: eo q̄ non impleretur: non q̄ ipſa infirma ſit: ſed
q̄ infirmos facit minandu penam nec adiuuādo per gratiā. Ro. 8.
Nam ⁊ apoſtolus ipſu verbo viſus eſt vbi ait: Quod enī im Ro. 5.
poſſibile erat legis: in quo infirmabatur per carnem: ſignifi
care volens quia per ſpiritum ſanctū impletur: tamē ipſam
dixit infirmitari cum ab infirmis non poſſit impleri. Infir
mata vero ipſa hereditas: ideſt ipſe populus: data ſibi lege
ſine vlla ambiguitate intelligitur. Lex enim ſubintrauit: vt
abundaret delictum. Quod autem ſequitur: Tu vero: perfe
ciſti eam: ad legem ita refertur: quia ſecundū illud perfecta:
ideſt impleta eſt: qd̄ dominus in euangelio dicit: Non veni Mat. 5.
legem ſoluere ſed adimplere. Vnde ⁊ apoſtolus qui dixerat Ro. 8.
legem infirmatam eſſe per carnem: quia caro nō implet: qd̄
per ſpiritum impletur: ideſt per gratiam ſpiritualem. Ipſe Ibidem.
item dicit vt iuſtitia legis impleretur in nobis: qui non ſcd̄m
carnem ambulamus: ſed ſcd̄m ſpiritum. Hoc eſt ergo: Tu ve Ro. 13.
ro perfeciſti eam: quia plenitudo legis eſt charitas: ⁊ chari Ro. 5.
tas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris: non per noſipſos: ſed
per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Hoc eſt: Tu vero
perfeciſti eam ſi legem perfeciſſe intelligatur. Si vero here
ditatem: facilior eſt intellectus. Si enim propter hoc dicta Ibidem.
eſt hereditas dei infirmata: ideſt populus dei infirmatus
data lege: quia lex ſubintrauit vt abundaret delictum: Er
go ⁊ quod ſequitur: Tu vero perfeciſti eam: et illo intelligit
qd̄ etiam in apoſtolo ſequitur: Vbi autem abundauit deli

ctum ſuperabundauit gratia. Nãq; abundante delicto: mul
tiplicate ſunt infirmitates eorum: ⁊ poſtea accelerauerunt: qꝛ
Pſ.15. ingemuerunt: et inuocauerunt: vt ipſo adiuuante implere-
J tur: quod ipſo iubente non implebatur. Eſt in his verbis et
Aliꝰ intel- alius ſenſus qui probabilior mihi videtur. Multo enim con
lectus pre- gruentius intelligitur ipſa gratia pluuia voluntaria: quia
dictorum. nullis precedentibus operum meritis gratis datur. Si eñ
Ro.11. gratia iam nõ ex operibus: alioquin gratia iam non eſt gra
1. Cor.15. tia: Non enim dignus ſum inquit vocari apoſtolus: quia per
ſecutus ſum eccleſiam dei: Gratia autem dei ſum id quod
ſum. Hec eſt pluuia voluntaria. Voluntarie quippe genuit
Jaco.1. nos verbo veritatis: Hec eſt pluuia voluntaria. Inde alibi
dicitur: Scuto bone voluntatis tue coronaſti nos. Iſtam
Pſ.5. pluuiam cum deus tranſferret in deſerto: ideſt predicare-
1.Cor.15. tur in gentibus: celi diſtillauerunt: non tamen a ſeipſis: ſed
Ibidem. a facie dei: quoniam ⁊ ipſi gratia dei ſunt id qđ ſunt. Et ideo
Ro.15. mons ſina: qꝛ et ipſe qui plus oĩbus illis laborauit: nõ ipſe
Phil.3. aũt: ſed gratia dei cũ illo: vt abũdantius diſtillaret in genti
Gal.4. bus: ideſt in deſerto: vbi chriſtus nõ erat annũciatus: ne ſu
pra alienũ fundamentum edificaret: Ipſe inq̃ iſraelita erat
ex genere iſrael de tribu beniamin. Et ipſe ergo in ſeruitu-
tem generatus erat de hieruſalẽ terrena: que ſeruit cũ filiis
ſuis: ⁊ ideo perſequebatur eccleſiã. Nam qđ ipſe cõmonuit: ſi
cut tunc qui ſcđm carnẽ generatus eſt: perſequebatur eũ qui
Ibidem. ſcđm ſpiritũ: ita ⁊ nunc: ſed miſericordiã cõſecutus eſt: quia
1.Timo.1. ignorãs fecit in incredulitate. Miramur ergo ꝙ celi diſtilla
uerũt a facie dei: magis miremur ꝙ mõs ſina: ideſt q̃ prius
Phil.3. perſequebatur hebreꝰ ex hebreis: ſcđm legẽ phariſeus. Quid
aũt miramur? Nõ eñ a ſeipſo: ſed qđ ſequitur a facie dei iſrl'.
Gal.6. De quo ipſe dicit: Et ſuper iſrael dei: De quo dñs dicit: Ec
Joan.1. ce vere iſraelita in quo dolus nõ eſt. Hanc ergo pluuiã vo-
luntariam nullis precedentibus meritis operũ bonorum ſegre-
gauit deus hereditati ſue: ⁊ infirmata eſt. Agnouit eñ non
eſſe ſe aliquid per ſeipſum: nõ in viribus ſuis: ſed gratie dei
tribuendo eſſe qđ eſt. Agnouit qđ dictũ eſt: In infirmitati-
2. Cor.12. bus meis gloriabor. Agnouit quod dictũ eſt: Noli altũ ſape
Ro.11. re: ſed time. Agnouit qđ dictũ eſt: Humilibꝰ aũt dat gratiã.
Jaco.4. Et infirmata eſt. Tu vero perfeciſti eam: qꝛ virtus in infir-
mitate perficitur. Quidã ſane codices: ⁊ latini ⁊ greci: nõ ha-
2.Cor.12. bent mons ſina: ſed a facie dei ſinai: a facie dei iſrael: ideſt
celi diſtillauerunt a facie dei: Et quaſi quereretur: cuius dei:
a facie dei inquit ſina: a facie dei iſrael: ideſt a facie dei qui
legẽ dedit populo iſrael. Quare ergo celi diſtillauerũt a fa-
Pſ.83. cie dei: a facie huius dei: niſi qꝛ ſic impletũ eſt qđ predictum
eſt: Benedictionẽ dabit qui legẽ dedit? Legem qua terreat
de humanis viribus preſumentẽ: benedictionẽ quam liberet
in deũ ſperantẽ. Tu ergo perfeciſti deus hereditatẽ tuã: qꝛ
infirmata eſt in ſe: vt perficeretur abs te. ⌊ Animalia tua † in
Al' † habi- bitabunt in ea. ⌋ Tua nõ ſua: tibi ſubdita non ſibi libera: a
tabunt. te egentia: non ſibi ſufficientia. Deniq; ſequitur. ⌊ Paraſti in
R † tua ſuauitate egẽti deus. ⌋ In tua ſuauitate: nõ in illius
Al's † dul- facultate. Egens eſt eñ: quĩ infirmatus eſt vt perficiatur:
cedĩe tua Agnouit ſe indigentem: vt repleatur. Hec eſt illa ſuauitas: de
pauperi. qua alibi dicitur. Dñs dabit ſuauitatẽ ⁊ terra noſtra dabit fru
Pſ.84. ctum ſuũ: vt bonum opus fiat: nõ timore ſed amore: non for
midine pene: ſed delectatione iuſtitie. Ipſa eſt eñ vera ⁊ ſa
na libertas: Sed dñs hoc egenti parauit nõ abundanti: quoniam
opprobrio eſt iſta paupertas: de qualibus alibi dicitur: Op
Pſ.122. probrium his qui abundant: ⁊ deſpectio ſuperbis. Hos eñ
dixit ſuperbos: quos dixit: qui abundant. ⌊ Dñs dabit ver-
bum: ⌋ Cibaria ſcꝫ animalibus ſuis que inhabitabũt in ea.
Sed quid operabuntur hec animalia quibus dabit verbum?
Quid niſi qđ ſequitur: ⌊ Euãgelizãtibus virtute multa? ⌋
Qua virtute niſi fortitudine illa in qua educit cõpeditos?
Fortaſſe etiam virtutẽ hic dicit illã: qua euangelizantes mi
rabilia ſigna fecerunt. Quis ergo dabit verbũ euangelizan
tibus virtute multa? ⌊ Rex ⌋ inquit: ⌊ virtutũ dilecti. ⌋
X Pater ergo: eſt rex virtutũ filij. Dilectus eñ quando nõ po
nitur quis dilectus: per antonomaſiam filius vnicus intelli
gitur. An virtutũ ſuarũ rex ipſe filius? Virtutum ſcꝫ ſibi ſer
Ro.23. uientium: qꝛ virtute multa euangelizantibus dabit verbum
rex virtutũ: de quo dictũ eſt: Dñs virtutũ: ipſe eſt rex glorie.
Quod aũt non dixit: rex virtutũ ſuarũ: ſed rex virtutũ dile-
cti: locutio eſt in ſcripturis vſitatiſſima: ſi quis aduertat: qđ
ibi maxime apparet: vbi etiã proprium nomen exprimitur: vt
eundem eſſe de quo dicitur: dubitari omnino nõ poſſit. Qua-
lis eſt illa in pentateucho: ⁊ multis locis inuenitur: Et fecit Exod.4.
moyſes illud atq; illud ſicut precepit dñs moyſi. Non dixit
qđ vſitatũ eſt in locutionibꝰ noſtris: ⁊ fecit moyſes ſicut pre-
cepit ei dñs: ſed fecit moyſes ſicut precepit dñs moyſi: quaſi
alius ſit moyſes cui precepit: ⁊ alius moyſes q̃ fecit: cũ idem
ipſe ſit. Tales locutiones in nouo teſtamento difficillime re Ro.1.
periuntur. Inde eſt tamen qđ apoſtolus ait: de filio ſuo: qui
factus eſt ei ex ſemine dauid ſecundũ carnẽ: qui predeſtina
tus eſt filius dei in virtute ſcđm ſpiritum ſanctificationis ex
reſurrectione mortuorum ieſu chriſti dñi noſtri: tanq̃ alius ſit
filius dei qui factus eſt ex ſemine dauid ſecundũ carnem: et
alius ieſus chriſtus dñs noſter: cũ ſit vnus atq; idẽ. In ve-
teribus aũt libris crebra eſt iſta locutio: ⁊ ideo quando ſub-
obſcure ſit: ex manifeſtis ſui generis exemplis intelligenda
eſt: ſicut hoc loco pſalmi huius quem tractamus ſubobſcure
facta eſt. Nã ſi diceret ieſus chriſtus rex virtutũ ieſu chriſti:
tam aperta eſſet q̃ illa: fecit moyſes ſicut precepit dominus
moyſi. Quia vero dictũ eſt: rex virtutũ dilecti: nõ facile eſt
vt occurrat ipſum eſſe regem virtutũ qui eſt ⁊ dilectus. Rex
ergo virtutũ dilecti: ſic intelligi poteſt: ac ſi diceret: rex vir-
tutum ſuarũ: qꝛ rex virtutũ chriſtus eſt: ⁊ dilectus eſt idẽ ip-
ſe chriſtus: quãuis nõ habeat iſte ſenſus tantam neceſſitatẽ vt
aliud non valeat accipi: qꝛ ⁊ pater poteſt intelligi rex virtu- Joan. 17.
tum filij ſui dilecti: Cui dicit ipſe dilectus: Omnia mea tua
ſunt: ⁊ tua mea: Quod ſi forte queritur: vtrũ deus dñi ieſu chri
ſti pater etiam rex dici poſſit: neſcio vtrũ quiſq̃ audeat hoc j.Timo.j.
ab eo nomen aufferre: vbi apoſtolus dicit: Regi aũt ſeculorum
immortali inuiſibili: ſoli deo: qꝛ et ſi hoc de ipſa trinitate di- Pſ.71.
ctum eſt: ibi eſt ⁊ deus pater. Si aũt non carnaliter intelligi
mus: deus iudiciũ tuum regi da: ⁊ iuſtitiã tuã filio regis: ne
ſcio vtrũ aliud aliq̃d dictũ eſt q̃ filio eius. Rex ergo eſt ⁊ pa-
ter. Unde verſiculus iſte pſalmi huius: rex virtutum dilecti:
vtroq; modo intelligi poteſt. Cũ itaq; dixiſſet: dñs dabit ver
bum euangelizantibus virtute multa: qꝛ ipſa virtus ab eo
regitur: eiq; militat a quo datur: ipſe inquit dñs qui dabit
verbum euangelizantibus virtute multa: rex eſt virtutũ di-
lecti. Deinde ſequitur. ⌊ Dilecti: ⁊ ſpeciei domus diuidere M
ſpolia. ⌋ Repetitio pertinet ad cõmendationẽ: quãq̃ iſtã re-
petitionẽ nõ omnes codices habeant: ⁊ eã diligẽtiores ſtel-
la appoſita: ſpeciei domus diuidere ſpolia: ideſt dilecti etiã
prenotant: que ſigna vocantur aſteriſci: quibus agnoſci volunt
ea non eſſe in interpretatiõe ſeptuaginta: ſed eſſe in hebreo:
q̃ talibus inſigniũtur notis. Sed ſiue repetatur: ſiue ſemel di
ctum accipiatur qđ poſitũ eſt: dilecti: ſic intelligendum puto
qđ ſequitur: Et ſpeciei domus diuidere ſpolia: ac ſi diceretur:
Dilecti etiã ſpeciei domus diuidere ſpolia: ideſt dilecti etiam
ad diuidenda ſpolia. Specioſum quippe domũ: ideſt eccle-
ſiam chriſtus fecit: diuidendo ſpolia illi: ſicut ſpecioſum eſt
corpus diſtributione membrorum. Spolia porro dicuntur que
victis hoſtibus detrahũtur. Hoc quid ſit: euangeliũ nos ad
monet: vbi legimus: Nemo intrat in domũ fortis vt vaſa eiꝰ
diripiat: niſi prius alligauerit fortẽ. Alligauit ergo diabolum Mr
chriſtus ſpiritualibus vinculis: ſuperando mortẽ: ⁊ ſuper ce-
los ab inferis aſcendendo. Alligauit eum ſacramento incar
nationis ſue: qꝛ nihil in eo reperiens morte dignum: tamen
eſt permiſſus occidere. ac ſic alligato abſtulit tanq̃ ſpolia va
ſa eius. Operabatur quippe in filios diffidentie: quorum infi-
delitate vtebatur ad voluntatẽ ſuam. Hec vaſa dominus mũ- Ephe.2.
dans remiſſione peccatorum: hec ſpolia ſanctificans hoſti ere-
pta: proſtrato atq; alligato: diuiſit ea ſpeciei domꝰ ſue: alios
conſtituẽs apoſtolos: alios prophetas: alios paſtores ⁊ do- Ephe. 4.
ctores in opus miniſterij: in edificationẽ corporis chriſti. Si
cut enim vnum corpus eſt: et membra multa habet: omnia
autem membra corporis cum ſint multa: vnum eſt corpus:
ſic et chriſtus. Nunquid omnes apoſtoli? Nunquid omnes 1.Cor.12.
prophete? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes do-
na habent curationum? Nunquid omnes linguis loquũtur?
Nunquid omnes interpretantur? Omnia autem hec opera
tur vnus atq; idem ſpiritus: diuidens propria vnicuiq; pro-
ut vult. Et hec eſt ſpecies domus: cui ſpolia diuiduntur: vt
amator

Pſ.25. amator eius hac pulchritudine accenſus exclamet: Domine
dilexi decorem domus tue. Iam in eo quod ſequitur: ſe ad
N ipſa membra de quibus ſit ſpecies domus alloquenda
Al† poſte conuertit: dicens: [Si dormiatis inter medios cleros:
riora dorſi penne columbe deargentate: et † inter ſcapulas eius in
eius ī pal viriditate auri.] Prius hic querendus eſt ordo verborum
lore. quomodo finiatur ſententia: que vtiꝙ pendet cum dicitur ſi
dormiatis: deinde ꝙ ait: penne columbe deargentate: vtrū
ſingulari numero intelligendum eſt: huius penne: an plura
liter he penne. Sed ſingularem numerū grecus excludit: vbi
omnino pluraliter hoc poſitum legitur. Sed adhuc incer-
tum eſt vtrum he penne an o vos penne: vt ad ipſas pēnas
loqui videatur. Utrum ergo verbis que preceſſerunt finiatur
iſta ſententia: vt ordo ſit: dn̄s dabit verbū euangelizantib9
virtute multa ſi dormiatis inter medios cleros: o vos pen-
ne columbe deargentate: an in his que ſequuntur: vt ordo
ſit: ſi dormiatis inter medios cleros penne colūbe deargen
tate: niue dealbabuntur in ſelmon: ideſt ipſe penne dealba
buntur: ſi dormiatis inter medios cleros: vt illis hoc dicere
intelligatur: qui ſpeciei domus tanꝙ̄ ſpolia diuiduntur: id
eſt ſi dormiatis inter medios cleros o vos qui diuidimini
ſpeciei domus: per manifeſtationem ſpiritus ad vtilitatē:
1.Cor.12. vt alij quidem detur per ſpiritum ſermo ſapiētie: alij ſermo
ſcientie ſecundum eundem ſpiritū: alij fides: alij genera cu
rationum in eodem ſpiritu ꝛc. Si ergo vos dormiatis inter
medios cleros: tūc penne colūbe deargētate: niue dealba-
būtur in ſelmō: Poteſt ⁊ ſic: Si vos pēne colūbe deargēta-
te dormiatis inter medios cleros: niue dealbabuntur in ſel-
mon: vt ſubintelligantur homines qui per gratiā remiſſio
nem accipiunt peccatorum. Unde etiam de ipſa eccleſia di-
Cāt.3. citur in Canticocanticorum: Que eſt iſta que aſcendit deal-
Eſa.j. bata? promiſſio quippe dei tenetur per prophetam dicen-
tis: Si fuerint peccata veſtra tanꝙ̄ fenicium: ſicut niue de
albabo. Poteſt ⁊ ſic intelligi: vt in eo qđ dictum eſt: penne
columbe deargentate: ſubaudiatur eritis: vt iſte ſit ſenſus:
O vos qui tanꝙ̄ ſpolia ſpeciei domus diuidimini: ſi dormia
tis inter medios cleros penne columbe deargentate eritis
ideſt in altiora eleuabimini: compagini tamen eccleſie co-
O herentes. Nullam quippe aliam melius hic intelligi puto
columbam deargentatam quam illam de qua dictum eſt:
Canti.2. Una eſt columba mea. Deargentata eſt autem: quia diuinis
Pſ.11. eloquijs eſt erudita: Eloquia namꝙ domini: alio loco dici-
tur: argentum igne examinatum terre: purgatum ſeptuplū.
Magnum itaꝙ aliquod bonum eſt: dormire inter medios
cleros: que nonnulli duo teſtamenta eſſe voluerunt: vt dor-
mire ſit inter medios cleros: in eorum teſtamentorum auto
ritate requieſcere. ideſt vtriuſꝙ teſtamenti teſtimonijs ac-
quieſcere: vt quando aliquid ex his profertur et probatur:
omnis contentio pacifica quiete finiatur. Quod ſi ita eſt:
quid aliud admonere videntur euangelizantes [illegible]te mul
ta: niſi quia tunc eis dominus dabit verbum vt euāgelizare
poſſint: ſi dormiant inter medios cleros? Tunc enim eis ver
bum veritatis datur: ſi autoritas ab eis duorum teſtamen-
torum non relinquatur: vt ipſi ſint ⁊ penne columbe deargē
tate: quorū predicatione in celum gloria fertur eccleſie. In
ter ſcapulas autem pars eſt vtiꝙ corporis: pars eſt circa re
gionem cordis: a poſterioribus tamen: ideſt a dorſo: quam
columbe illius deargentate partem in viriditate auri eſſe
dicit: hoc eſt in virore ſapientie: quem virorem melius non
puto intelligi poſſe ꝙ̄ charitatem. Sed quare a dorſo ⁊ nō
a pectore? Quamꝙ̄ miror quomodo poſitum ſit hoc verbū
Pſ.90. in alio pſalmo: vbi dicitur: Inter ſcapulas ſuas obumbrabit
tibi: ⁊ ſub alis eius ſperabis: cum ſub alis obumbrari nō poſ
ſit niſi quod a pectore fuerit: Et latine quidem inter ſcapu-
las fortaſſe aliquo modo ex vtraꝙ parte poſſit intelligi et
ante ⁊ poſt: vt ſcapulas accipiamus que in medio caput ha-
bent: Et in hebreo ſit fortaſſis ambiguum: quod poſſit ⁊ hoc
metaphre modo intelligi. Sed quod in greco eſt μεταφρενου: nō niſi
non. a poſterioribus ſignificat: quod eſt inter ſcapulas: Utrū pro
pterea ibi eſt auri viriditas: ideſt ſapientia ⁊ charitas: quia
ibi ſunt quodammodo ⁊ radices alarum: an quia ibi porta-
Mat.22. tur illa ſarcina leuis? Quid enim ſunt vel ipſe ale: niſi duo

precepta charitatis: in quibus tota lex pendet ⁊ prophete?
Quid ipſa ſarcina leuis: niſi ipſa charitas que in his duo-
bus preceptis impletur? Quicquid enim difficile eſt in pre-
cepto: leue eſt amanti. Nec ob aliud recte intelligitur dictū: Mat.11.
Onus meum leue eſt: niſi quia dat ſpiritum ſanctū per quē Ro.5.
diffunditur charitas in cordibus noſtris: vt amando libera-
liter faciamus: quod timendo qui facit: ſeruiliter facit. Nec
eſt amicus recti: quando mallet ſi fieri poſſet: id quod rectū P
eſt non iuberi. Queri etiam poteſt: cur non ſit dictū: ſi dor-
miatis in cleris: ſed inter medios cleros: quid ſit hoc: inter
medios cleros? Quod quidem ſi expreſſius transferretur ex
greco: inter medium clerorum diceretur: quod in nullo inter-
pretum legi: Propterea credo quia tantumdem valet quod
dictum eſt inter medios cleros. Hinc ergo quid mihi videa-
tur exponam. Sepe hoc verbum ad aliqua connectenda at
ꝙ pacanda: ne inter ſe diſſideant poni ſolet: ſicut teſtamen-
tum inter ſe: ⁊ populum deo conſtituente: hoc verbum ſcri-
ptura ponit. Nam pro eo quod eſt in latino inter me ⁊ vos:
grecus habet inter medium meū ⁊ veſtrum. Sic ⁊ de ſigno Geñ.17.
circunciſionis cū loquitur deus ad abraā dicit: Erit teſtamē
tum inter me ⁊ te: ⁊ omne ſemen tuum: quod grecus habet
inter medium meum ⁊ tuum: et inter medium ſeminis tui.
Item cum loqueretur ad noe de arcu in nubibus: ad ſignū Geñ.9.
conſtituendum: hoc verbum ſepiſſime repetit: et quod ha-
bent latini codices inter me et vos: vel inter me et omnem
animam viuam: ⁊ ſi qua ibi talia dicuntur: inter mediū meū ana meſō.
et veſtrum inuenitur in greco: quod eſt ανα μεσον. Dauid 1.Reg.20.
quoꝙ ⁊ ionathan ſignum inter ſe conſtituunt: ne aliud opi-
nando diſſideant: et quod latine dicitur inter ambos: inter
medium amborum habet grecus eodem verbo quod eſt ana meſō.
ανα μεσον. Optime autem factum eſt vt loco pſalmi huius
interpretes noſtri non dicerent inter cleros: quod latine lo-
cutionis vſitatius eſt: ſed inter medios cleros: tanꝙ̄ interme
dium clerorum: quod potius in greco legitur: et quod dici
ſolet in eis rebus: vt dixi: que inter ſe debeant habere con-
ſenſum. Iubet ergo ſcriptura vt inter medios cleros dor-
miant: qui vel ſunt penne columbe deargentate: vel ex hoc Q
eis preſtatur vt ſint. Porro ſi iſti cleri duo teſtamenta ſigni
ficant: quid aliud admonemur: niſi vt teſtamentis inter ſe
conſentientibus non repugnemus: ſed intelligendo acquie-
ſcamus: noſꝙ ſimus eorum concordie ſignum atꝙ documē
tum: cum alterum aduerſus alterum nihil dixiſſe ſentimus:
et cum pacifica admiratione: quaſi extaſis ſopore monſtra-
mus? Cur autem in cleris teſtamenta intelligantur: cū hoc
nomen grecum ſit quidem: ſed teſtamentum non ita dica-
tur: hec cauſa eſt: q: per teſtamentū datur hereditas: que gre Clerono-
ce appellatur κληρονομια. ⁊ heres κληρονομος. Cleros au mia.
tem ſors grece dicitur: ⁊ ſortes ex promiſſione dei: partes he- Clerono-
reditatis vocantur: que populo ſunt diſtribute. Unde tribus mos.
leui precepta eſt: nō habere ſortem inter fratres ſuos: quod Nume.18.
ex eorum decimis ſuſtentaretur. Nam et cleros et clericos Cōcor.12.
hinc appellatos puto: qui ſunt in eccleſiaſtici miniſterij gra- q.j.cleric9.
dibus ordinati: quia matthias ſorte electus eſt: quem primū et ca. duo
per apoſtolos legimus ordinatum. Proinde propter heredi ſunt.
tatem que ſit teſtamēto: tanꝙ̄ per id quod efficitur id quod Act.j.
efficit nomine clerorum teſtamenta ipſa ſignificata ſunt: ꝙ̄
ꝙ̄ mihi ⁊ alius hic ſenſus occurrat: niſi fallor: anteponendus
vt cleros multo probabilius ipſas hereditates intelligamus:
vt quoniam hereditas veteris teſtamenti eſt: quamuis in vm-
bra ſignificatura futuri terrena felicitas: hereditas vero no
ui teſtamenti eſt eterna immortalitas: dormire ſit inter me
dios cleros: nec illam iam querere ardenter: ⁊ adhuc iſtam
expectare patienter. Nam qui deo propterea ſeruiunt: vel
potius propterea ſeruire volunt: dum querunt in hac vita ⁊
in hac terra felicitatem: ablatus eſt ſomnus ab eis ⁊ nō dor-
miunt. Inflammantibus enim cupiditatibus agitati in fla-
gitia ⁊ facinora propelluntur: nec omnino requieſcunt deſi-
derando vt acquirant: metuendo ne amittant. Qui autem Prouer.j.
me audit: ait ſapientia: inhabitabit in ſpe: et requieſcet ſine
timore ab omni malignitate. Hoc eſt quantum mihi vide-
tur: dormire inter medios cleros: ideſt inter medias here-
ditates: nōdum in re ſed tamen in ſpe celeſtis hereditatis

habitare:⁊ a terrene felicitatis iam cupiditate conquieſce
re. Cum autem venerit qđ ſperamus: non iam inter duas
R hereditates requieſcem⁹: ſed in noua vera: cuius vetus erat
vmbra regnabimus. Quapropter etiam ſi intellexerimus
qđ dictum eſt: ſi dormiatis inter medios cleros: tanq̄ ſi di
ceretur: ſi moriamini inter medios cleros: vt iſtam mortem
carnis more ſuo ſcriptura dormitionem vocauerit: hec eſt
mors optima: vt in cupiditatum cohibitione: a terrenis in
ſpe celeſtis hereditatis homo vſq; in finē perſeuerans: diē
vite huius vltimum claudat. Sic enim dormientes inter
medios cleros erunt penne columbe deargentate: vt tem
pore quo reſurgent: rapiantur in nubibus obuiam chriſto
in aera: ⁊ ſemper iam cum domino viuant: Aut certe: quia
per eos qui ſic moriuntur: quanto ſecurius: tanto ſublimius
eccleſia diffamatur: ⁊ quaſi quibuſdam pennis excelſe lau
Eccli. 11. dis attollitur. Neq; enim fruſtra dictum eſt: Ante mortem
ne laudes hominem quemq̄. Omnes ergo ſancti dei ab ini
tio generis humani: vſq; ad tempus apoſtolorum: quia ⁊ ip
Hiere. 17. ſi nouerant dicere: Diem hominis non concupiui tu ſcis: Et
Pſ. 26. Unam petij a domino hanc requiram: Eo tempore apoſto
lorum ex quo duorum teſtamentorum differentia clarius re
uelata eſt: ipſi apoſtoli ⁊ beati martyres ceteriq; iuſti: tan
q̄ arietes ⁊ arietum filij vſq; ad hoc tempus dormierunt in
ter medios cleros: regni terreni felicitatem iam contemnē
tes: ⁊ regni celorum eternitatem ſperantes: ⁊ nondum tenē
tes: Et qui tam beate dormierunt: eis velut pennis ſubuo
litat: ⁊ laudibus exaltatur eccleſia. Columba igitur deargē
tata eſt: vt hac eorum fama ad imitandum poſteris inuita
S tis: dum ſic etiam dormiunt ceteri: addantur penne: qui
al' celeſtis bus vſq; in finem ſeculi ſublimiter predicetur. Du diſcer
Ephe. 4. nit † ſuperceleſtis reges ſuper eam: niue dealbabuntur in
ſelmon. Ille ſuperceleſtis: ille qui aſcendit ſuper omnes
celos vt adimpleret omnia: dum diſcernit reges ſuper eā:
Ibidem. ideſt ſuper eandem columbam deargentatam: ſequitur eā
apoſtolus ac dicit: Et ipſe dedit quoſdam quidem apoſto
los: quoſdam autem prophetas: quoſdā vero euangeliſtas
quoſdam autem paſtores et doctores. Nam quid eſt aliud
reges diſcernere ſuper eam in opus miniſterij in edificatio
nem corporis chriſti: quando quidem ipſa eſt corpus chriſti?
Ro. 6. Dicuntur autem illi reges vtiq; a regendo: Et quid magis
q̄ carnis concupiſcentias: ne regnet peccatum in eorū mor
tali corpore ad obediendum deſiderijs eius: ne exhibeant
membra ſua arma iniquitatis peccato: ſed exhibeāt ſe deo:
2. Cor. 6. tanq̄ ex mortuis viuentes: ⁊ membra ſua arma iuſtitie deo?
Sic enim erāt reges primitus diſcreti ab alienigenis: quia
1. Cor. 12. non erant iugum ducentes cum infidelibus: deinde diſcreti
concorditer inter ſe muneribus proprijs: Non enim omnes
apoſtoli: aut omnes prophete: aut omnes doctores: aut om
nes dona habent curationum: aut omnes linguis loquuntur
Ibidem. aut omnes interpretantur: Omnia autem hec operatur vnus
atq; idem ſpiritus: diuidens propria vnicuiq; prout vult.
Quem dando ille ſuperceleſtis diſcernit reges, ſuper colū
bam deargentatam. De quo ſpirituſancto cum ad eius ma
trem gratia plena miſſus angelus loqueretur querenti quo
modo fieret quod paritura nunciabatur: quoniam non co
Luce. 1. gnoſcebat virum: Spirituſſanctus, inquit ſuperueniet in te
et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Quid eſt: obumbrabit ti
bi: niſi vmbram faciet? Unde et iſti reges dum gratia ſpiri
tus domini chriſti diſcernuntur, ſuper columbam deargen
T tatam: niue dealbabūtur in ſelmon. Selmon quippe inter
pretatur vmbra. Non enim meritis aut virtute propria diſ
1. Cor. 4. cernuntur. Quis enim te inquit diſcernit? Quid autem ha
bes quod non accepiſti? Ut ergo diſcernantur ab impijs: ac
Eſa. 1. cipiunt remiſſionem peccatorum ab illo qui ait: Si fuerint
peccata veſtra ſicut phenicium: tanq̄ niuem dealbabo. Ecce
quomodo niue dealbabuntur in ſelmon: in gratia ſpiritus
chriſti: quo eis etiam propria dona diſcreta ſunt: de quo di
Luce. 1. ctum eſt quod ſupra commemoraui: Spirituſſanctus ſuper
ueniet in te et virtus altiſſimi obumbrabit tibi: hoc eſt vm
bram faciet tibi: Propterea ⁊ quod naſcetur ex te ſanctum
vocabitur filius dei. Umbra porro iſta de ſenſaculum intelli
gitur ab eſtu concupiſcentiarum carnalium. Unde illa vir
go chriſtum non carnaliter concupiſcendo: ſed ſpiritualiter
credendo concepit. Conſtat autem vmbra lumine et corpo
re: proinde illud quod in principio erat verbum: lumen illud Joan. 1.
verum: vt vmbraculum meridianum fieret nobis: verbum ca
ro factum eſt et habitauit in nobis. Deo ſcilicet homo tanq̄
lumini corpus acceſſit: ⁊ in eum credentes vmbra protectio
nis operuit. Non enim de equali vmbra dicitur: Tranſierūt Sap. 5.
omnia illa tanq̄ vmbra: nec de quali vmbra dicit apoſtolus:
Nemo vos iudicet in cibo: aut in potu: aut in parte diei feſti Col. 2.
aut neomenie: aut ſabbatorum: quod eſt vmbra futurorum:
ſed de quali vmbra ſcriptum eſt: Sub vmbra alarum tua Pſ. 16.
rum protege me. Dum ergo diſcernit ille ſuperceleſtis reges
ſuper columbā deargētatam: non ſua merita extollant: non
de ſua propria virtute confidant: Niue quippe dealbabun
tur in ſelmon: gratia candificabuntur in protectione corpo V
ris chriſti. Hunc autē montem conſequenter dicit: † Mon al' † Mōs
tem dei: montem vberem: montem incaſeatum vel montem dei mons
pinguem. Quid hic autem aliud pinguem: q̄ vberem di pinguis.
ceret? Eſt enim ⁊ mons iſto nomine nuncupatus: ideſt ſel Mons co
mon. Sed quem montem intelligere debemus montē dei: agulatus
montem vberem: montem incaſeatum: niſi eundem domi mons pin
num chriſtū: de quo ⁊ alius propheta dicit: Erit ⁊ in nouiſſi guis.
mis temporibus manifeſtus mons domini paratus in cacu Eſa. 2.
mine montium? Ipſe eſt mōs incaſeatus propter paruulos 1. Cor. 3.
gratia tanq̄ lacte nutriēdos: mons vber ad roborandos at
q; ditandos donorum excellentia. Nam ⁊ ipſum lac vnde fit
caſeus: miro modo ſignificat gratiā. Manat quippe ex abū
dantia viſcerum maternorum: ⁊ miſericordia delectabili par
uulis gratis infunditur. Ambiguus eſt autem in greco ca
ſus vtrum ſit nominatiuus an accuſatiuus: quoniam in ea
lingua mons neutri generis eſt non maſculini: Ideo nōnul
li latini non interpretati ſunt mōtem dei: ſed mons dei. Pu
to aūt melius eſſe in ſelmon montem dei: hoc eſt in montem
dei qui vocatur ſelmon: ſecundum intellectum quem ſupra
vt potuimus expoſuimus. Deinde quod dicit montem dei:
montem incaſeatum: montem vberem: ne quis auderet ex
hoc dominum ieſum chriſtum comparare ceteris ſanctis: q
et ipſi dicti ſunt montes dei. Legitur quippe: Iuſtitia tua Pſ. 35.
ſicut montes dei. Unde apoſtolus ait: Ut nos ſimus iuſtitia
dei in ipſo. De quibus montibus ⁊ alio loco dicitur: Illumi Pſ. 75.
nans tu admirabiliter a montibus eternis: q vita eis eter
na donata eſt: ⁊ per eos ſanctarum ſcripturarum eminentiſ
ſima autoritas conſtituta eſt: ſed illuminante ab eis illo cui
dicitur: Illuminans tu. Leuaui enim oculos meos in mon Pſ. 120.
tes vnde veniet auxilium mihi: Nec tamen auxilium meum
ab ipſis propie montibus: ſed auxilium meū a domino qui
fecit celum ⁊ terram. Unus quippe ipſorum montium mul
tum excellens cum dixiſſet: q plus illis omnibus laboraue
rit: Non autem ego inquit ſed gratia dei mecum: Ne quis er 1. Cor. 15.
go auderet etiam montem ſpecioſum forma pre filijs ho
minum: montibus filijs hominum comparare: quoniam nō Pſ. 44.
defuerunt qui eum dicerent: alij ioannem baptiſtam: alij he Mat. 16.
liam: alij hieremiam: aut vnum ex prophetis: conuertit ſe ad X
illos et ait: † Et quid ſuſpicamini montes † incaſeatos? Alo † Ut.
† Montē: inquit: in quo placuit deo habitare in eo? † coagula
Ut quid ſuſpicamini? Sicut enim lumen illi: quia et ipſis di tos † mōs
ctum eſt: Uos eſtis lumen mundi: ſed aliud illud dictum eſt in quo be
lumen verum quod illuminat omnem hominem: ſic montes neplacitū
illi: ſed longe alius maior mons paratus in cacumine mon eſt deo.
tium. Montes itaq; iſti illum montem portando glorioſi Mat. 5.
ſunt: quorum ille vnus dicit: Mihi autem abſit gloriari: niſi Joan. 1.
in cruce domini noſtri ieſu chriſti: per quē mihi mundus cru Eſa. 2.
cifixus eſt: et ego mundo: Ut qui gloriatur non in ſeipſo ſed Gal. 6.
in domino glorietur. Ut quid ergo ſuſpicamini montes in 1. Cor. 1.
caſeatos: eum montem in quo placuit deo habitare in eo?
Non quia in alijs non inhabitat: ſed quia in ipſis per ipſum.
In ipſo quippe inhabitat omnis plenitudo diuinitatis: non Col. 2.
vmbraliter tanq̄ in templo a rege ſalomone facto: ſed cor 3. Reg. 6.
poraliter: ideſt ſolide atq; veraciter: quoniam deus erat in 2. Cor. 5.
chriſto mundum reconcilians ſibi. Quod ſiue de patre di
ctum accipiamus: quoniam ipſe ait: Pater autem in me
manens facit opera: ego autem in patre et pater in me ſiue
ita intelligat: Joan. 14.

Joan.j. ita intelligatur: Deus erat in chriſto: verbū erat in homine
ſic erat vtiq; verbū in carne: vt verbum etiam caro factū ſo-
lus proprie diceretur: ideſt homo verbum in vnā chriſti per
ſonam copularet. Ut quid ergo ſuſpicamini montes incaſea
tos: eū montē in quo placuit deo inhabitare in eo? Longe
vtiq; aliter ꝙ̄ in illis montibus: quorum aliquem etiā hunc
ſuſpicamini. Non enim quia ⁊ illi per adoptionis gratiā fi-
lij dei ſunt: ideo quiſꝙ̄ illorum eſt vnigenitus cui diceret:
Pſ.109. Sede ad dexterā meam donec ponā inimicos tuos ſub pe-
Al' † habi- dibus tuis. ⌊ Etenī domin' † inhabitabit † vſq; in finē: ⌋
tabit. Ideſt illos montes non cōparandos huic monti: ipſe domi
al' † nō hȝ. nus inhabitabit: qui eſt mōs paratus in cacumine montiū:
Eſa.2. vt perducat eos in finem: ideſt in ſeipſum: ſicut deus eſt cō-
templandum. Finis enim legis chriſtus ad iuſtitiam omni
Ro.10. credenti. Deo itaq; placuit habitare in iſto mōte: qui para
tus eſt in cacumine mōtium: cui dicit: Tu es filius meus di-
Mat.3. lectus: in quo mihi bene complacui. Ipſe autem mons dñs
eſt: qui alios montes inhabitabit in finem: in quorū cacumi-
ne paratus eſt. Unus enim deus ⁊ vnus mediator dei ⁊ ho
1.Timo.2. minum: homo chriſtus ieſus: mons montium: ſicut ſanctus
Joā.17. ſanctorū: Unde dicit: Ego in eis ⁊ tu in me. Ut quid ergo ſuſ
picamini montes incaſeatos: montem in quo placuit deo in
habitare in eo? Etenim montes illos incaſeatos dominus
iſte mons inhabitabit vſq; in finem: vt aliquid ſint quibus
ait: Quia ſine me nihil poteſtis facere. Ita fit etiā qd̄ ſequi
Joan.15. tur. ⌊ Currus dei decem † milium multiplex. ⌋ Vel denū
milium multiplex: vel decies milies multiplex. Unum verbum
Al' † milibꝰ enim grecum ſicut quiſq; potuit latinorum interpretum trā
ſtulit: quod ibi dictum eſt: μυριοπλασιος: latine autē ſatis
exprimi non potuit: quoniam mille apud grecos χιλια dici-
myriopla- tur. μυριαδες autē plura dena milia: μυριας quippe vna
ſion. decem milia ſunt: Ingentē itaq; multitudinem ſanctorū at-
chilia. ꝙ; fidelium: qui portando deum ſiunt quodāmodo currus
myriad es dei: ſignificauit hoc nomine. Hanc inmanendo et regendo
myrias perducit in finem: tanꝙ̄ currū ſuum: velut in locum aliquē
deſtinatum. Initium enim chriſtus: deinde qui ſunt chriſti
in preſentia eius: deinde finis. Hec eſt ſancta eccleſia: que
1.Cor.15. ſunt qd̄ ſequitur: ⌊ Milia letantiū. ⌋ Spe enim ſunt gau-
dentes: donec perducantur in finem: quem nunc expectant
Ro.11. per patientiam. Mirifice autem cum dixiſſet: Milia letan-
tium: continuo ſubiecit: ⌊ Dominus in † illis. ⌋ Ne mire-
mur ꝙ letentur: dominus in illis. Nam per multas tribula
al' † eis tiones oportet nos introire in regnū dei. Sed dominus in
Act.14. illis. Ideo etiā ſunt quaſi triſtes: ſemper tamen gaudentes:
nec iam ipſo fine quo nondū venerunt: ſed ſpe ſunt gaudē-
2.Cor.6. tes: ⁊ in tribulatione patientes: quoniam dominus in illis.
⌊ In † ſina in ſancto. ⌋ In nominum hebreorū interpreta
al' † ſinai. tionibus inuenimus ſina interpretari mandatum: Et alia
quedam interpretatur: ſed hoc puto preſenti loco aptius cō-
uenire. Reddens enim cauſam quare letarentur illa milia
quibus conſtat currus dei: Dominus inquit in illis: in ſina
in ſancto: ideſt dominus in illis in mandato quod mandatū
ſanctum eſt: ſicut dicit apoſtolus. Itaq; lex quidē ſancta ⁊
Ro.7. mandatum ſanctū ⁊ iuſtum ⁊ bonū. Sed quid prodeſſet mā
datum niſi dominus ibi ſit: de quo dicitur: Deus enī eſt qui
Phil.2. operatur in vobis ⁊ velle ⁊ operari pro bona voluntate? Nā
2.Cor.3. mandatum ſine dei adiutorio litera eſt occidens. Lex enim
Ro.5. ſubintrauit: vt abundaret delictum. Sed quoniam plenitu
Ro.13. do legis charitas eſt: ideo per charitatem lex impletur non
Ro.5. per timorē. Charitas enī dei diffuſa eſt in cordibus noſtris
per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Ideo letanſ hec
milia. Tantum enim faciunt iuſtitiam legis: quantum adiu-
uantur ſpiritu gratie. Quoniam dominus in illis in ſina in
ſancto. Deinde ad ipſum dñm locutione conuerſa: ⌊ Aſcen
diſti: ⌋ inquit: ⌊ in altum † captiuaſti captiuitatem: accepi
Z ſti dona in hominib'. ⌋ Hoc apoſtolus ſic cōmemorat: ſic ex
al' † cepiſti ponit de domino chriſto loquens: Unicuiq; autem noſtrum
inquit datur gratia ſecundum menſuram donationis chriſti:
Ephe.4. Propter quod dicit: Aſcendit in altum: captiuauit captiui-
tatem: dedit dona hominibus. Qd̄ autem aſcendit quid eſt
niſi quia ⁊ deſcendit in inferiores partes terre. Qui deſcen
Ibidem. dit ipſe eſt ⁊ qui aſcendit ſuper omnes celos vt adimpleret

omnia. Chriſto ergo ſine dubitatione dictum eſt: Aſcendiſti
in altum: captiuaſti captiuitatem: accepiſti dona in homini-
bus. Nec moueat qd̄ apoſtolus idem teſtimonium cōmemo-
rans non ait: Accepiſti dona in hominibus: ſed dedit dona
hominibus. Ille quippe autoritate apoſtolica ſecundū hoc
locutus eſt quod deus filius cū patre fecit. Scd̄m hoc quip
pe dedit dona hominibus: mittens eis ſpiritumſanctū: qui
ſpiritus eſt patris ⁊ filij. Scd̄m illud vero qd̄ idē ipſe chriſt'
in corpore ſuo intelligitur qd̄ eſt eccleſia: propter qd̄ ⁊ mem 1.Cor.12.
bra eius ſunt ſancti ⁊ fideles eius. Unde eis dicitur: Uos au Act.j.
tem eſtis corpus chriſti ⁊ membra: procul dubio ⁊ ipſe acce-
pit dona in hominibus. Chriſtus quippe aſcendit in celum: Act.9.
et ſedet ad dexteram patris: ſed niſi ⁊ hic eſſet in terris nō Mat.25.
inde clamaſſet: Saule ſaule quid me perſequeris? Cum
ergo idem ipſe dicat: Quādo vni ex minimis meis feciſtis:
mihi feciſtis: quid dubitamus eū accipere in membris ſuis
que dona membra eius accipiunt? Sed quid eſt: captiuaſti
captiuitatem? Utrum quia vicit mortem que captiuos tene
bat in quibus regnabat: an ipſos homines appellauit capti Pſ.93.
uitatem qui captiui ſub diabolo tenebanſ? Cuius rei myſte
rium continet etiā titulus illius pſalmi quando domus edi
ficabatur poſt captiuitatem: ideſt eccleſia poſt gentilitatē.
Ipſos itaq; homines qui captiui tenebantur appellauit ca
ptiuitatem: ſicut militia cum dicitur: intelliguntur qui mili-
tant: eandem captiuitatem a chriſto captiuatam dicit. Cur
enim non ſit captiuitas felix: ſi ⁊ ad bonū homines poſſunt Luce.5.
capi? Unde petro dictum eſt: Ex hoc iam homines eris ca- Mat.11.
piens. Captiuati ergo quia capti: ⁊ capti quia ſubiugati: ſub Ro.6.
lene illud iugum miſſi: liberati a peccato cuius ſerui erant:
et iuſtitie ſerui facti: cuius liberi erant. Unde et ipſe in illis
eſt qui dedit dona hominibus: ⁊ accepit dona in hominibus
Ideoq; in iſta captiuitate: in iſta ſeruitute: in iſto curru: ſub
iſto iugo non ſunt milia plorantium: ſed milia letantiū. Do-
minus quippe in illis in ſina in ſancto. Cui ſenſui congruit ⁊
alia interpretatio: quia interpretatur ſina menſura. Num et
de his donis letitie ſpiritalis apoſtolus loquens idē quod
ſupra cōmemoraui: Unicuiq; autem inquit noſtrū data eſt Ephe.4.
gratia ſecundum menſuram donationis chriſti? Ac deinde
ſequitur quod etiam hic ſequitur: propter quod dicit: Aſcen
dit in altum: captiuauit captiuitatē: dedit dona in homini-
bus: quod hic eſt: Accepiſti dona in hominibus. Quid hac
illa veritate concordius? Quid manifeſtius? Sed quid dein
de adiungit: ⌊ Etenim † qui non credūt inhabitare. ⌋ Uel Al' † non
ꝙ nonnulli codices habent. ⌊ Etenim non credentes inha- credētes.
bitare. ⌊ Nunquid ſunt alij non credentes: niſi qui non cre-
dunt? De quibus dictum ſit: non eſt facilis intellectus. Tan-
ꝙ̄ enim ratio redderetur ſuperiorum verborum cum dictū
eſſet: Captiuaſti captiuitatē: accepiſti dona in hominibus:
ita ſubiunctum eſt: Etenim qui non credunt inhabitare: id
eſt non credētes vt inhabitarent. Quid eſt hoc? De quibus
hoc dicit? An illa captiuitas anteꝙ̄ tranſiret in bonā capti- Ephe.2.
uitatem: vnde fuerit mala captiuitas oſtendit? Non creden
do enim poſſidebantur ab inimico qui operatur in filios dif
fidentie: In quibus ⁊ vos inquit fuiſtis aliquando cum vi-
ueretis in illis. Donis ergo gratie ſue qui accepit dona in
hominibus: captiuauit iſtam captiuitatem. Etenim non cre
dentes erant vt inhabitarent. Nam fides eos inde libera-
uit: vt iam credentes inhabitent in domo dei: facti ⁊ ipſi do
mus dei: ⁊ currus dei decem milium letantium. Unde qui
hec canebat: in ſpiritu ea preuidens: impletus etiam ipſe le
titia eructauit hymnum dicens: Dominus deus benedictus:
⌊ Benedictus dominus deus de die in diem. ⌋ Qd̄ nōnul-
li codices habent: ⌊ Die quotidie. ⌋ Quia ſic habent greci Emerau ca
ημεραν καθ ημεραν: qd̄ verius exprimiſ: die quotidie. Quā timer an.
puto locutionem hoc ſignificare qd̄ dictum eſt: de die in diē.
Quotidie quippe hoc agit vſq; in finem: captiuat captiuita
tem: accipiens dona in hominibus. Et quoniā currum illum al' † ſaluta
ducit vſq; in finem. Sequiſ ⁊ dicit: ⌊ Proſperū iter faciet riū noſtrū.
nobis deus † ſanitatum noſtrarum. Deus noſter deus ſal-
uos faciendi. ⌋ Multum gratia cōmendaſ. Quis enī ſaluus
eſſet niſi ipſe ſanaret? Sed ne occurreret cogitationi: cur er
go morimur ſi per eius gratiā ſalui facti ſumus: cōtinuo ſub

fecit:[Et dñi domini exitus mortis:] Tanꝗ diceret:Quid
indigna ſis humana conditio habere te exitus mortis: ⁊ do
mini tui exitus non alius ꝗ mortis fuit: Potius ergo cõſo
lare ꝗ indignare:nam et domini exitus mortis. Spe enim
Ro.8. ſalui facti ſumus. Si autem quod nõ videmus ſperamus:
per patientiam expectamus. Patienter ergo etiam ipſam
mortem feramus:illius exemplo qui licet peccato nullo eſ
ſet debitor mortis ⁊ dominus eſſet:a quo nemo animã tol
leret:ſed ipſe eam a ſemetipſo poneret:etiam ipſius fuit exi
Alio†con tus mortis [Uerumtamen deus † cõquaſſabit capita ini
fringet. micorum ſuorum:verticem capilli perambulantium in deli
ctis ſuis:] Id eſt nimis ſe extollentium : nimis ſuperbien
tium in delictis ſuis:in quibus ſaltem humiles eſſe debe
Luce.18. rent dicentes:Domine propitius eſto mihi peccatori. Sed
Ibidem. conquaſſabit eorum capita:quoniam qui ſe exaltat humilia
bitur:ac per hoc ꝗuis ⁊ domini ſit exitus mortis:tamẽ idẽ
dominus quoniam deus eſt:⁊ voluntate non neceſſitate ſe
cundum carnem mortuus eſt. Conquaſſauit capita inimico
rum ſuorum:non ſolum eorum qui crucifixo illudẽtes ⁊ mo
uentes capita ſua dicebant: Si filius dei eſt deſcendat de
Mat.27. cruce:ſed etiam omnium extollentium ſe aduerſus doctri
nam eius:⁊ tanꝗ mortem hominis irridentium. Idem quip
pe ipſe de quo dictum eſt:Alios ſaluos fecit:ſemetipſum nõ
poteſt ſaluum facere:deus eſt ſanitatum noſtrarum: ⁊ deus
eſt ſaluos faciendi:Sed propter humilitatem patientie do
Col.2. cumentum:⁊ ſanguine ſuo delendum noſtrorum chirogra
phum peccatorum:etiam ſuum eſſe voluit exitus mortis:ne
mortem iſtam timeremus:ſed illam potius vnde nos libe
rauit per iſtam. Uerumtamen illuſus ⁊ mortuus conquaſſa
uit capita inimicorum ſuorum:de quibus ait: Reſuſcita me
Ps.40. et reddam illis:ſiue bona pro malis:dum ſibi ſubdit capita
credentium:ſiue iſta pro iniuſtis: dum punit capita ſuper
bientium. Utroqꝫ enim modo conquaſſantur ⁊ confringun
tur capita inimicorum:cum a ſuperbia deiciuntur:ſiue hu
HA militate correcti:ſiue in ima tartari abſorpti. [Dixit domi
nus ex baſan conuertar.] Uel vt nonnulli codices habẽt:
[Ex baſan conuertam.] Ille quippe conuertit vt ſalui ſi
mus: de quo dictum eſt ſupra: Deus ſanitatum noſtrarum:
Ps.79. et deus ſaluos faciendi. Et quippe ⁊ alibi dicitur:Deus vir
tutum conuerte nos:⁊ oſtende faciem tuam ⁊ ſalui erimus.
Item alibi:Conuerte nos deus ſanitatum noſtrarum. Ille
autem dixit: Ex baſan conuertam. Baſan interpretatur cõ
fuſio. Quid eſt ergo:conuertam ex confuſione:niſi quia con
funditur de peccatis ſuis q pro eis dimittendis precatur miſe
Luce.18. ricordiã dei? Inde eſt ꝙ ille publicanus nec oculos ad celũ
audebat leuare:ita ſe cõſiderans cõfundebatur: ſed deſcen
dit iuſtificatus: quia dixit dominus:ex baſan conuertam.
Baſan interpretatur ⁊ ſiccitas. Et recte intelligitur domi
nus ex ſiccitate conuertere:id eſt ex inopia. Nam qui ſibi vi
dentur copioſi cũ ſint famelici:⁊ pleni cũ ſint inaniſſimi:non
Mat.5. conuertuntur. Beati enim qui eſuriunt et ſitiunt iuſtitiam:
quoniam ipſi ſaturabuntur. Ex iſta dominus ſiccitate con
uertit . De anima quippe ſicca illi dicitur : Extendi manus
Ps.142. meas ad te:anima mea velut terra ſine aqua tibi. Ibi illud
quoqꝫ non abſurde intelligitur : quod habent alii codices:
Ex baſan conuertar. Conuertitur enim ad nos etiam ipſe
Zach.1. qui dicit:Conuertimini ad me:⁊ ego conuertar ad vos: Et
non niſi extra confuſionem:cum peccatum noſtrum ante nos
eſt ſemper:⁊ extra ſiccitatem:quia eius deſideramus imbrẽ
qui pluuiam voluntariam ſegregauit hereditati ſue. Nam
ſiccitate infirmata eſt:ipſe vero conuerſus perficit eam: cui
Ps.70. dicitur: Et conuerſus viuificaſti me. Dixit ergo dominus:ex
baſan conuertam. [Conuertam in profundum maris.] Si
conuertam:quare in profundum maris? In ſeipſum quippe
conuertit dominus:cum ſalubriter conuertit:⁊ non eſt vtiqꝫ
ipſe in profundo maris. An fallit forte latina locutio: et pro
eo poſitum eſt in profundum:quod eſt in profundo? Nõ enĩ
ille ſe conuertit:ſed ibi conuertit eos qui in profundo huius
ſeculi iacent demerſi pondere peccatorum. vbi conuerſus il
le dicit:De profundis clamaui ad te domine. Si autem non
Ps.129. eſt:conuertam:ſed conuertar in profundum maris:hoc in
telligitur dixiſſe dominum noſtrum: quod ſua miſericordia
conuerteretur etiam in profundum maris: ad eos quoqꝫ li 2.ſen.diſt.
berandos qui eſſent etiam deſperatiſſimi peccatores: ꝗꝗ in 43. Sed
aliquo greco inuenerim:non in profundũ:ſed in profundis: queritur.
hoc eſt ἐν βυθοῖς. qđ priorem ſenſum confirmat:qđ etiã ibi
deus conuertat ad ſe de profundis clamantes. Qui etſi in en bys
telligatur ibi ſe conuerti ad liberandos etiam tales:non eſt thois.
incõgruum:⁊ ita eos cõuertit:vel ad eos liberandos cõuerti
tur ita. [† Et intingatur pes tuus in ſanguine.] Qđ ad B.B
ipſum dominum propheta dicit:vt tingatur pes tuus in ſan Alio†vt.
guine:id eſt vt ipſi qui ad te conuertuntur:vel ad quos libe
randos conuerteris:licet in profundo maris onere iniquita
tis depreſſi fuerint:in tantum gratia tua proficiant:quoniam
vbi abundauit peccatum:ſuperabũdauit gratia:vt fiant pes Ro.5.
tuus inter membra tua ad annunciandum euangelium tuũ:
et pro nomine tuo diu ducentes martyrium:vſqꝫ ad ſangui
nem certent. Sic enim vt arbitror conuenientius intelligitur
pes eius tinctus in ſanguine. Deniqꝫ adiungit: [Lingua
canum tuorum ex inimicis ab ipſo.] Eoſdem ipſos qui vſ
qꝫ ad ſanguinem fuerant pro fide euangelica certaturi: etiã
canes vocans tanꝗ pro ſuo domino latrantes:non illos ca
nes de quibus dicit apoſtolus: Cauete canes: ſed illos qui
edunt de micis que cadunt de menſa dominorum ſuorum. Hoc Phil.3.
enim cõfeſſa chananea meruit audire:O mulier magna eſt Mat.15.
fides tua:fiat tibi ſicut vis. Canes laudabiles:non deteſta
biles:fidem ſeruantes domino ſuo:⁊ pro eius domo contra
inimicos latrantes. Non enim tantũmodo canum dixit:ſed
canum tuorum:nec eorum dentes:ſed lingua laudata eſt: Quo
niam non vtiqꝫ fruſtra:nec ſine magno ſacramento gedeon
ſolus eos iuſſus eſt ducere:qui fluminis aquam ſicut canes
lamberent:taleſqꝫ non amplius ꝗ trecenti in tanta multi Iudicũ.7.
tudine inuenti ſunt. In quo numero crucis ſignum eſt pro
pter τ literam:que in grecis numerorum notis trecentos ſi
gnificat. De talibus canibus ⁊ in alio pſalmo dicitur: Cõuer
tentur ad veſperam:⁊ famem patientur vt canes. Nã ⁊ qui Ps.58.
dam canes reprehenſi ſunt a propheta Eſaia:nõ ideo quia
canes eſſent:ſed ꝙ latrare neſcirent. ⁊ dormitare amarent. Eſa.56.
Ubi vtiqꝫ demonſtrauit:quia ſi vigilarent ⁊ pro domino ſuo
latrarent:laudabiles canes eſſent:ſicut laudãtur iſti de qui
bus dicitur: Lingua canum tuorum. Quos tamen propheta
ex inimicis futuros eſſe predixit:per illam ſcꝫ conuerſionem
de qua ſuperius loquebatur. Unde ⁊ ille pſalmus: Conuer
tentur inquit ad veſperam:⁊ famem patientur vt canes. Dein Ps.58.
de veluti querentibus vnde hoc illis tantum bonum: vt ca
nes eius fierent:cuius fuerant inimici:reſponſum eſt ab eo
Sic enim legitur: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ip
ſo: Ipſius vtiqꝫ dilectione:ipſius miſericordia: ipſius gratia.
Nam quando id poſſent a ſeipſis? Etenim cum inimici eſſe Ro.5.
mus:reconciliati ſumus deo per mortem filii eius: Ad hoc ⁊ C.C
dñi fuit exitus mortis. [† Uiſi ſunt greſſus † tui deus:] Alio†vide
Greſſus quibus veniſti per mundum tanꝗ in illo curru per runt.†tuos
agraturus orbem terrarum: Quas ⁊ nubes in euãgelio ſan
ctos ⁊ fideles ſuos ſignificat:vbi ait: Amodo videbitis filiũ
hominis venientẽ in nubibus. Excepto illo aduentu in quo Marci.13.
erit iudex viuorum atqꝫ mortuorum: Amodo inquit videbi 2.timo.4.
tis filium hominis venientem in nubibus. Hi greſſus tui vi
ſi ſunt:id eſt manifeſtati ſunt:reuelata gratia teſtamenti no
ui. Unde dictum: Quam ſpecioſi pedes eorum qui annunciãt Ro.10.
pacem:qui annunciant bona. Hec enim gratia ⁊ iſti greſſus
latebant in veteri teſtamento. Cum autem venit plenitudo
temporum ⁊ placuit deo reuelare filium ſuum vt annuncia Gal.4.
retur in gẽtibus:viſi ſunt greſſus tui deus. [† Greſſus dei
mei regis mei qui eſt in ſancto.] In quo ſancto:niſi in tẽplo al†ingreſ
ſuo? Templum enim dei ſanctum eſt inquit:qđ eſtis vos. Ut ſus.
autem greſſus iſti viderentur: [Preuenerunt principes cõ 1.Cor.3.
iuncti pſallentibus: in medio † adoleſcentularum tympa Alio†iuuẽ
niſtriarum.] Principes ſunt apoſtoli: Ipſi enĩ preuenerũt cularum.
vt populi ſequerentur. Preuenerunt annunciantes nouum
teſtamentum coniuncti pſallentibus:de quorum bonis ope
ribus etiam viſibilibus tanꝗ organis laudis glorificare
tur deus. Uidem autem principes in medio adoleſcentu
larum tympaniſtriarum : in miniſterio ſcilicet honorabi
li . Nam ita ſunt in medio miniſtri prepoſiti eccleſiarum
nouarum:

nouarum : Hoc enim eſt adoleſcentularum carne edomita
deum laudantium: Hoc enim eſt tympaniſtriarum: eo quod
tympana fiant corio ſiccato et extento. Ideo ne quiſq; car-
naliter iſta acciperet: et ex his verbis quoſdã luxurie choros
Alſo† deo. in animum duceret: ſequitur et dicit: ⌊ In eccleſijs benedi-
cite † dominum: ⌋ Tanq; diceret: quicunq; auditis adole-
ſcentulas tympaniſtrias laſciua delectamenta non cogitan-
tes: in eccleſijs benedicite dominum. Eccleſie quippe vobis
hac myſtica ſignificatione monſtrantur. Eccleſie ſunt adole
Joan.4. ſcentule: noua gratia decorate. Eccleſie ſunt tympaniſtrie
DD caſtigata carne ſpiritaliter ſonore. In eccleſijs ergo benedi
Alſo† dño. cite dominum. ⌊ † Deum de fontibus iſrael. ⌋ Inde quip
al† adoleſcentulus. pe prius elegit quos fontes faceret. Nam inde ſunt electi
apoſtoli: et hi primitus audierunt: Qui biberit ex aqua quã
† in mentis exceſſu ego dabo: non ſitiet vnq;: ſed fiet in eo fons aque ſalientis
in vitam eternam. ⌊ Ibi beniamin † adoleſcentior: † in ex
Phil.3. taſi. ⌋ Ibi paulus nouiſſimus apoſtolorum: qui dicit: Nam
et ego iſraelita ſum ex ſemine abraam de tribu beniamin.
Sed plane in extaſi: expaueſcẽtibus omnibus: tam magnum
in eius vocatione miraculum. Extaſis namq; eſt mentis ex
ceſſus: quod aliquando pauore contingit: nõnunq; vero per
aliquam reuelationem aut alienationem mentis a ſenſibus
corporis: vt ſpiritui quod demonſtrandũ eſt demonſtretur.
Unde intelligi etiam ſic poteſt quod hic poſitum eſt: in exta
ſi: quia cum ei perſecutori dictum eſſet de celo: Saule ſaule
Act.9. quid me perſequeris ademto lumine oculorum carnalium
reſpondebat domino quem ſpiritu videbat. Qui autem cum
illo erant: vocem reſpondentis audiebant: neminem autem
videntes cui loqueretur. Poteſt hic extaſis etiam illa eius
intelligi de qua ipſe loquens ait: Scire ſe hominem raptum
vſq; ad tertium celum: ſiue autem in corpore: ſiue extra cor-
2.Cor.12. pus neſcire: ſed raptum in paradiſum: audiſſe ineffabilia ver-
ba que non liceret homini loqui. ⌊ Principes iuda duces
EE eorum: principes zabulon: † principes neptalim. ⌋ Cum
Alſo† et. apoſtolos ſignificet principes: ibi eſt et beniamin adoleſcen-
tior in extaſi. Quibus verbis paulum ſignificari nemo am-
bigit. Uel nomine principum omnes ſignificantur in eccle-
ſijs excellentes atq; imitatione digniſſimi. Quid ſibi volunt
hec nomina tribuum iſraelitarum? Si enim tantum iude mẽ
tio fieret: quoniam ex hac tribu reges fuerũt ex qua domi
nus chriſtus ſecundum carnẽ: ideo ex hac tribu putaremus
Ro.9. figuratos etiam principes teſtamenti noui. Cum vero addĩ
git principes zabulon: principes neptalim: quiſq; forſitan di
cat ex his tribubus apoſtolos fuiſſe: ex alijs autem non fuiſ
ſe. Quod licet vnde probari hoc poſſet non videam: tamen
quia nec vnde refellatur inuenio: et hoc loco principes eccle-
ſiarum: duceſq; eorum qui in eccleſijs benedicunt domino:
video commendari: non abſurde etiam iſtum ſenſum probo
Sed plus me delectat quod ex iſtorum nominum interpre-
tatione clareſcit. Hebrea quippe ſunt nomina: quorum iuda
confeſſio interpretari dicitur: Zabulon habitaculum fortitu
dinis: Neptalim dilatatio mea. Que omnia veriſſimos no-
bis inſinuant principes eccleſiarum: dignos ducatu: dignos
imitatione: dignos honoribus. Martyres namq; in eccleſijs
locum ſummum tenent: atq; apice ſancte dignitatis excel-
lunt. Iam vero in martyrio prima confeſſio eſt: et pro illa quic
quid acciderit: tolerandi ſequens aſſumitur fortitudo. Dein
de poſt omnia tolerata: finitis anguſtijs latitudo conſequi-
tur in premio. Poteſt et ſic intelligi: vt quoniam tria hec pre
cipue commendat apoſtolus: fidem: ſpem: charitatem: Cõ-
1. Cor.13. feſſio ſit in fide: fortitudo in ſpe: latitudo in charitate. Fidei
quippe res eſt: vt corde credatur ad iuſtitiam: ore autem cõ
Ro.10. feſſio fit ad ſalutem. In paſſionibus autem tribulationum
res triſtis eſt: ſed ſpes fortis eſt. Si enim quod non vide-
Ro.8. mus ſperamus per patientiam expectamus: Latitudi-
nem vero preſtat: charitatis in corde diffuſio. Nam con-
1.Joã. 4. ſummata charitas foras mittit timorem: Qui timet: tormẽ-
tum habet per anime anguſtias. Principes ergo iuda du-
ces eorum: Quorum? Qui in eccleſijs benedicunt dominum.
Principes zabulon: principes neptalim: principes confeſſio-
nis: fortitudinis: latitudinis: principes fidei: ſpei et charita-
FF tis. ⌊ Manda deus † virtutem tuam. ⌋ Unus autem do-
Al† virtuti tue.

minus noſter ieſus chriſtus per quem omnia et nos in ipſo: 1.Cor.8.
quem legimus dei virtutem et dei ſapientiam. Quomodo au 1.Cor.1.
tem deus mandat chriſtum ſuum: niſi dum eum cõmendat? Ro.5.
Commendat enim deus charitatem ſuam in nobis: quoniã
dum adhuc peccatores eſſemus: chriſtus pro nobis mortuus
eſt: Quomodo non et cum illo omnia nobis donauit? Man-
da deus virtutem tuam. ⌊ Confirma deus hoc quod ope-
ratus es in nobis. ⌋ Manda docendo: confirma iuuando. alſo† ſctõ
A templo † tuo † in hieruſalem: tibi offerent reges mune- al† qđ eſt
ra: ⌋ A templo tuo in hieruſalem: que eſt libera mater no- Gal.4.
ſtra: quia et ipſa eſt templum ſanctum tuum. Ab illo ergo tẽ
plo tibi offerent reges munera. Quicunq; reges intelligan-
tur: ſiue reges terre: ſiue reges quos diſcernit ſupercelestis
ſuper columbam deargentatam: tibi offerent reges mune-
ra. Et que munera? Gratioſa. Que ſacrificia? Laudis. Sed
huic laudi obſtrepunt chriſtianum vocabulum habentes: et Al† arundinis.
diuerſa ſentientes. Fiat ergo quod ſequitur. ⌊ Increpa fe
ras calami. ⌋ Nam et fere ſunt: quoniam non intelligendo
nocent. Et fere calami ſunt: quoniam ſcripturarum ſenſum
pro ſuo errore peruertunt. Per calamum quippe tam conue
nienter ſcripture ſignificantur: q; ſermo per linguam: ſcđm
quod dicitur lingua hebrea: vel greca: vel latina: vel alia que
libet per efficientem: ſcilicet id quod efficitur. Uſitatum eſt
autem in latino eloquio vt ſcriptura ſtilus vocetur quod ſtilo 2.Pet.3.
fiat: ita ergo et calamus quod calamo fiat. Dicit apoſtolus
petrus: indoctos et inſtabiles peruertere ſcripturas ad propriũ GG
ſuum interitum. He ſunt fere calami: de quibus hic dicitur: al† i vaccis
Increpa feras calami. De his eſt enim quod adiungit: ⌊ Cõ † excludãt
gregatio taurorũ inter † vaccas populorum: vt † excludan- eos qui.
tur hi qui probati ſunt argento: ⌋ Tauros vocans propter
ſuperbiã dure indomiteq; ceruicis: Significat enim hereti-
cos: Uaccas autem populorum ſeductibiles animas intelli-
gendas puto: quia facile hos tauros ſequuntur. Nõ enim po-
pulos vniuerſos ſeducunt: in quibus ſunt graues et ſtabiles: Ps.34.
Unde ſcriptum eſt: In populo graui laudabo te: ſed in eis 2.Timo.3.
populis quos inuenerint vaccas. Ex his enim ſunt qui pene
trant domos: et captiuas ducunt mulierculas oneratas pec-
catis: que ducuntur varijs deſiderijs erroris: ſemper diſcen-
tes: et ad veritatis ſcientiam nunq; peruenientes. Quod au 1.Cor.11.
tem ait idem apoſtolus: Oportet et hereſes eſſe: vt probati
manifeſti fiant in vobis: hoc etiam hic ſequitur: Ut excludã- Ps.11.
tur hi qui probati ſunt argento: id eſt qui probati ſunt elo-
quijs domini. Eloquia quippe domini eloquia caſta: argen-
tum igne probatum terre: Nam excludantur dictum eſt
appareant: emineant: quod ait ille: manifeſti fiant. Un-
de et in arte argentaria excluſores vocantur: qui de confuſio
ne maſſe nouerunt formam vaſis exprimere. Multi enim
ſenſus ſcripturarum ſanctarum latent: et paucis intelligen-
tioribus noti ſunt: nec aſſeruntur commodius et acceptabi-
lius: niſi cum reſpondere hereticis cura compellit. Tunc enim
etiam qui negligunt ſtudia doctrine: ſopore diſcuſſo ad au-
diendi excitantur diligentiam: vt aduerſarij refellãtur. De-
niq; quam multi ſcripturarum ſanctarum ſenſus de chriſto deo
aſſerti ſunt contra fotinum: quam multi de homine chriſto
contra manicheum: quãmulti de trinitate contra ſabellium:
quammulti de vnitate trinitatis contra arrianos: eunomia-
nos: macedonianos: quammulti de catholica eccleſia toto
orbe diffuſa: et de malorum commixtione vſq; in finem ſecu-
li: quod bonis in ſacramentorum eius ſocietate non obſint:
aduerſus donatiſtas et luciferianos alioſq; ſi qui ſunt qui ſi-
mili errore veritate diſſentiunt: quammulti contra ceteros here
ticos quos enumerare vel cõmemorare nimis longum eſt: et
preſenti operi non neceſſarium. Quorum tamen ſenſuũ pro
bati aſſertores aut prorſus laterent: aut nõ ita eminerẽt: vt Mat.11.
eos eminere fecerunt ſuperborum cõtradictiones: quos velut Ad titũ.j.
tauros: id eſt iugo diſciplie pacifico leniq; nõ ſubditos com
memorat apoſtolus vbi talẽ dicit eligendum ad epiſcopatũ:
vt potens ſit exhortari in doctrina ſana: et contradicentes
redarguere. Sunt enim multi non ſubditi: vt ſunt tauri ela-
tione ceruicis: impatientes aratri atq; iuncture: vaniloqui
et mentis ſeductores: Has mentes ſignificauit iſte pſalmus
appellatione vacarum. Ad hanc ergo vtilitatem prouidens

tia diuina pmittit tauros congregari inter vaccas populo
rum vt excludātur:id eſt vt emineant qui probati ſunt argē
to. Ad hoc enim hereſes ſinuntur eſſe:vt probati manifeſti
fiāt. Quāq̄ et ſic etiam poſſit intelligi:cōgregatio taurorū
inter vaccas populorum:vt ab eis vaccis excludātur qui pba
ti ſunt argento. Hāc enim habent heretici intentionem do
ctores:vt ab auribus animarum quas ſeducere moliuntur
excludāt eos:id eſt ſeparent eos qui probati ſunt argēto:
id eſt qui idonei ſunt docere eloquia domini. Sed ſiue ille
DD huius verbi:ſiue iſte ſit ſenſus:ſequitur. ⌊† Diſperge gen
Alſ † E ic tes que bella volunt.⌋ Non enim correctioni ſed cōtētioni
ſipa. ſtudent. Hoc ergo prophetat vt ipſi potius diſpgātur q̄ cor
rigi nolūt:qui gregem xp̄i diſpergere affectāt. Gentes au
tem appellauit:non propter generationes familiarum:ſed
propter genera ſectarum vbi ſeries ſucceſſionis confirma
uit errorem. ⌊Venient legati ex egypto:ethiopia preueniet
manus eius.⌋ Egypti vel ethiopie nomine:omnium gen
tium fidem ſignificauit:A parte totum:legatos appellans
recōciliationis predicatores. Pro chriſto enim inquit lega
2. Corin. 5. tione fungimur tanq̄ deo exhortāte per nos:Obſecramus
pro chriſto reconciliari deo. Non ergo de ſolis iſraelitis viri
apoſtoli electi ſunt:ſed etiam de ceteris gentibus futuros
predicatores chriſtiane pacis hoc modo myſtice propheta
tum eſt. Quod vero ait:Preueniet manus eius:hoc ait:pre
ueniet vindictam eius cōuerſione ſcʒ ad eum vt peccata di
mittātur:nec peccatores permanendo puniantur. Qđ etiā
Ps. 94. in alio pſalmo dicitur:Preueniamus faciem eius in confeſ
ſione. Sicut per manus vindictam:ita p faciem reuelatio
nem preſentiāq̄ ſignat que futura eſt i iudicio. Quia ergo
per egyptum atq̄ ethiopiam totius orbis gentes ſignifica
uit:continuo ſubiunxit:⌊ Deo regna terre.⌋ Non ſabellio
non arrio:non donato:non ceteris tauris ceruicatis:ſed
deo regna terre. Plures autem codices latini et maxime
greci ita diſtinctos verſus habent:vt nō ſit in eis vnus ver
ſiculus:Deo regnā terre:ſed deo. in fine ſit verſus ſuperio
ris:atq̄ ita dicatur:Ethiopia preueniet manus deo:Ac in
II de ſequatur i alio verſu. ⌊Regna terre.⌋ Cātate deo:pſal
lite domino. Qua diſtinctione multorum codicum et aucto
ritate digniorum conſonantia ſine dubio preferenda fides
commendari mihi videtur:que opera precedit:quia ſine bo
Roma. 4. norum operum meritis per fidem iuſtificatur impius:ſicut
dicit apoſtolus:Credenti in eum qui iuſtificat impium:de
putatur fides eius ad iuſtitiam:vt deinde ipſa fides per di
lectionem incipiat operari. Ea quippe ſola bona opera di
cenda ſunt que fiunt per dilectionē dei. Hec autem neceſſe
eſt vt antecedat fides:vt inde iſta:nō ab iſtis incipiat illa:
quoniam nullus opatur p dilectionem dei:niſi prius credat
Gal. 5. in deum. Hec eſt fides de qua dicitur: In chriſto enim ieſu
neq̄ circūciſio aliquid valet neq̄ preputium:ſed fides que
p dilectionem operatur. Hec eſt fides de qua ipſi eccleſie
Cant. 2. dicitur in Cāticiſcanticorum. Venies et ptrāſies ab initio fidei
Joā. 13. Venit enim tāq̄ curr⁹ dei in milib⁹ letātium. pſperum iter
habēs:et ptrāſijt de hoc mūdo ad patrem:vt fiat in ea qđ
Joā. 17. ſpōſus ipſe dicit:qui trāſijt de hoc mūdo ad patrem. Volo
vt vbi ego ſum et iſti ſint mecum:ab initio fidei. Quia ergo
vt bona opa ſequātur p̄cedit fides:nec vlla ſunt bona opa:
niſi que ſequūtur p̄cedēte fide:Nihil aliud videtur dictum
Ethiopia p̄ueniet man⁹ ei⁹ deo:niſi ethiopia credet deo.
Sic enī p̄ueniet man⁹ ei⁹:id eſt opa ei⁹. Cui⁹ niſi ipſi⁹ ethio
pie? Quia hoc in greco nō eſt ambiguum: Eius quippe ibi
in feminino genere apertiſſime poſitum eſt:ac per hoc nihil
aliud dictum eſt:q̄ ethiopia p̄ueniet manus eius deo:id eſt
Roma. 3. credendo in deum p̄ueniet opa ſua. Exiſtimo enim inquit
apoſtolus:iuſtificari hominem p fidem ſine operibus legis
An iudeorum deus tm̄? Nōne et gētiū? Sic ergo ethiopia q̄
videtur extrema gentium iuſtificatur p fidem ſine operib⁹
legis. Non enim vt iuſtificetur de legis opibus gloriatur:
nec preponit fidei merita ſua:ſed fide p̄uenit opera ſua.
Plures ſane codices greci non habent manus:ſed manum
quod tantūdem valet:quoniam pro operibus poſitum eſt.
Mallem autem latini interpretes ſic trāſtuliſſet. Ethiopia
preueniet manus ſuas:q̄ vt manum ſuam deo:quoniam
planius hoc eſſet q̄ quod nunc dictum eſt:et ſalua veritate

ſic fieri poſſet:quia in greca lingua id pronomen non ſolum
eius:ſed etiam ſuam vel ſuas poteſt intelligi qđ eſt αυτης. auten.
Suam ergo ſi manum:ſuas autē ſi manus. Nam qđ eſt in gre chiras tau
co:χειρα αυτης:qđ plures codices habent:et manum eius ten.
et manum ſuam poteſt intelligi. Qđ vero rarum eſt in codi
cibus grecis:χειρας αυτης:et manus eius et manus ſuas la chiras au
tine poteſt dici. Hinc iam velut decurſis per prophetiam re tes.
bus omnibus quas impletas eſſe iam cernimus:horta
tur ad laudem chriſti:ac deinde pronunciat futurū eius ad
uentum. ⌊ Regna terre cantate deo:pſallite domino. Pſal KK
lite deo qui aſcendit ſuper celum celorum ad orientem.⌋
Vel ſicut nonnulli codices habent. ⌊ Qui aſcendit ſuper ce
lum celi:ad orientem.⌋ In his verbis ille nō intelligit chri
ſtum:qui eius reſurrectionem aſcenſionemq̄ nō credit. Ad
orientem vero qđ addidit:nōne etiā ipſum locum:quoniā in marci. 16.
partibus orientis eſt vbi reſurrexit et vnde aſcendit expreſſit? Act. 1.
Ergo ſuper celum celi ſedet ad dexterā patris. Hoc eſt qđ Ephe. 4.
dicit apoſtol⁹:Ipſe eſt qui aſcendit ſuper omnes celos. Quid
enim celorum reſtat poſt celum celi? Quos et celos celorum Gen. 1.
poſſumus dicere:ſicut vocauit firmamentū celum:qđ tamē
celum:etiam celos legimus vbi ſcriptum eſt:Et aque que Ps. 148.
ſuper celos ſunt laudent nomen domini. Et quoniam inde Act. 1.
venturus eſt ad iudicādos viuos et mortuos:Attende quod
ſequitur. ⌊ Ecce dabit † vocem ſuam vocem virtutis.⌋ Il Alſ † voci
le qui ſicut agnus coram tondente ſe fuit ſine voce:ecce da ſue.
bit vocem ſuam:nec vocem infirmitatis tanq̄ iudicandus: Eſa. 53.
ſed vocem virtutis tanq̄ iudicaturus. Non enim deus occul
tus ſicut prius et in hominum iudicio non aperiens os ſuum:
ſed deus manifeſtus veniet:deus noſter et non ſilebit. Quid Ps. 49.
deſperans infideles? Quid irridetis? Quid dicit ſeruus ma
lus:Tardat dominus meus venire? Ecce dabit vocem ſuam: Luce. 12.
vocem virtutis. ⌊ Date gloriam deo:ſuper iſrael magnificē
tia eius.⌋ De quo dicit apoſtolus:ſuper iſrael dei. Nō enī Gal. 6.
omnes qui ex iſrael hi ſunt iſraelite:quoniam eſt et iſrael ſm Ro. 9.
carnem. Unde ait:Videte iſrael ſm carnem. Non autem qui 1. Cor. 10.
filij carnis:hi filij ſunt dei:ſed filij promiſſionis deputantur Ro. 9.
in ſemine. Tunc ergo quando erit ſine vlla malorum cōmixtio
ne populus eius tanq̄ maſſa ventilabro emundata:tanq̄ Mat. 3.
iſrael:in quo dolus non eſt:tunc eminentiſſima erit ſuper iſ Joan. 1.
rael magnificētia eius. ⌊ Et virtus eius in nubibus.⌋ Nō Eſa. 3.
enim ſolus veniet ad iudicium:ſed cū ſenioribus populi ſui: Mat. 19.
quibus promiſit q̄ ſedebunt ſuper ſedes iudicaturi:qui etiā 1. Cor. 6.
angelos iudicabunt. He ſunt nubes:Denique ne aliud nubes
intelligerentur:ſecutus adiunxit:⌊ Mirabilis deus in ſan
ctis ſuis:deus iſrael.⌋ Tunc enim et nomē ipſum veriſſime
ac pleniſſime implebitur iſrael:qđ eſt videns deum:quando 1. Joan. 3
videbimus eum ſicuti eſt. ⌊ Ipſe dabit virtutem et fortitudi
nem plebi ſue:benedictus deus.⌋ Nunc fragiles et infirmi: 2. Cor. 4.
habemus theſaurū iſtum in vaſis fictilibus: Tunc vero etiā
corporum glorioſiſſima cōmutatione:ipſe dabit virtutē et for 1. Cor. 15.
titudinem plebi ſue. Seminatur enim hoc corpus in infirmi
tate:ſurget in virtute. Ipſe ergo dabit virtutem quā in ſua
carne premiſit:de qua dicit apoſtolus:Virtutē reſurrectio Phil. 3.
nis eius:Fortitudinem autem:quia inimica deſtruet mors. 1. Cor. 15.
Quoniam itaq̄ prolixum et ad intelligendum difficilem pſal
mum:tandem aliquando ipſo adiuuante finiuimus:benedi
ctus deus:Amen.

¶ Explicit Tractatus de pš. lxvij.

Incipit Tractatus de pš. lxviij.

¶ Sermo primus de prima parte pſalmi.

A

EO tempore in hoc ſeculo exorti ſumus et aggregati po Mat. 13.
pulo dei:quo iam olus illud ex grano ſinapis tetēdit
brachia ſua:quo iam fermentum illud qđ primo contempti Luce. 13.
bile fuit:fermentauit tres menſuras:id eſt totum orbē ter
rarum reparatum ex tribus filijs noe:quoniam ab oriente et Gen. 9.
occidente et aquilone et auſtro veniunt qui recumbunt cū pa Mat. 8.
triarchis:expulſis foras eis qui de illorum carne ſunt nati: Eſa. 54.
et eorum fidem non ſunt imitati. Ad hanc ergo chriſti eccle Gal. 4.
ſie gloriam oculos aperimus:et iſtam ſterilem cui gaudium
indictum atq̄ predictum eſt:qđ plures filios habitura eſſet
q̄ illa que habebat virum:iam talem inuenimus que oblita
eſſet opprobriorum et ignominie viduitatis ſue:et ideo poſſu

muo forte

mus forte mirari cum voces humilitatis chriſti vel noſtre
relegerimus in aliquo ꝓpheta: Et fieri poteſt vt minus ex
eis afficiamur: quia nō eo tempore venimus quādo iſta cū
ſapore legebant abundante preſſura. Sed rurſus ſi tribula
tionū abundātiam cogitemus: ⁊ in qua ambulemus via co
Matth. 7 gnoſcamus: ſi tamen in illa ambulamus q̄ ſit anguſta et ꝑ
preſſuras atq̄ tribulatiões ꝑducat ad requiem ſempiter-
nam: q̄ꝙ̄ ipſa que in rebus humanis vocatur felicitas: plus
ſit timēda ꝙ̄ miſeria: quādoquidem miſeria plerūq̄ affert
ex tribulatione fructum bonū: felicitas autem corrūpit ani-
mam peruerſa ſecuritate: ⁊ dat locum diabolo temtatori.
Cum ergo cogitauerim⁹ prudenter ⁊ recte: ſicut pſallit hec
victima temtationem eſſe vitam humanam ſuper terram:
neminēq̄ omnino eſſe ſecuꝝ: nec debere eſſe ſecurum: do
Iob. 7. nec ad illam patriā veniatur: vnde nemo exit amicus: quo
nemo admittitur inimicus: etiā nunc in ipſa eccleſie gloria
agnoſcimus voces tribulationis noſtre: ⁊ tanq̄ mēbra chri-
ſti: compage charitatis ſubdita capiti noſtro: ⁊ nos inuicē
retinentia dicemus de pſalmis quod hic dixiſſe inuenieri-
mus martyres qui fuerunt ante nos: quia tribulatio eſt om-
nibus cōmunis ab initio vſq̄ in finem. Tamen iſtum pſalmū
quē tractādum ſuſcepimus: ⁊ de quo loqui charitati veſtre
Mat. 13. in nomine dn̄i propoſuimus: in grano ſinapis agnoſcamus
paululum in altitudine oleris ⁊ diffuſione ramorum: et ab
illa gloria vbi aues celi requieſcunt: auocemus cogitatio-
nē: Et hec magnitudo que nos delectat in olere: ꝙ̄ de par-
uo ſurrexit audiamus. Chriſtus enī hic loquitur: ſed iam ſci
entibus dicimus: chriſtus nō ſolum caput ſed et corpus: ex
ipſis verbis agnoſcamus. Nam quia chriſtus hic loquitur:
dubitare oīno non ꝑmittimur. Hic ſunt enī expreſſa verba:
Pſ. 21. que in eius paſſione cōpleta ſunt: Dederūt in eſcam meam
fel: et in ſiti mea potauerunt me aceto. Quādo iſta ad litte
ram impleta ſunt et prorſus quō predicta: ſic reddita. Cūq̄
ipſe chriſtus dixiſſet: ſitio: pendēs in cruce: et ad hoc verbū
Ioan. 19 ei acetum in ſpongia datum eſſet: quo accepto dixit: Con-
ſummatum eſt: et ſic inclinato capite tradidit ſpiritū: oſtē-
dens iſta omnia que predicta ſunt in illo fuiſſe tunc cōſum-
mata: nō licet hic aliud intelligere. Apoſtoli etiam loquen-
tes de chriſto: teſtimonia ex iſto pſalmo dederūt. Quis aūt
deuiet a ſententijs eoꝝ? Aut quis agnus non ſequatur arie-
tes? Ergo chriſtus hic loquitur: magiſq̄ nobis demonſtran
dum eſt vbi eius membra loquātur: vt oſtendamus quia to
tus hic loquitur: ꝙ̄ dubitandum ꝙ chriſtus loquatur. Titu-
B lus pſalmi eſt: In finem pro his qui cōmutabuntur ipſi
Dauid. Nunc cōmutationem in melius audi: Cōmutatio
Geñ. 3. enī vel in deterius eſt: vel in melius eſt. Adam ⁊ eua in de-
1. Cor. 15 terius: Qui ex adam ⁊ eua chriſto adheſerūt: in melius cō-
mutati ſunt. Sicut enī per vnū hominē mors: ita ⁊ per vnū
hominē reſurrectio mortuoꝝ: Et ſicut in adam omnes mo-
riūtur: ſic ⁊ in chriſto omnes viuificabūtur. Ab eo qō forma
uit deus: mutatus eſt adam: ſed in peius iniquitate ſua: Ab
eo qō operatus eſt iniquitatem: mutantur fideles: ſꝫ in me
lius per gratiam dei. Ut mutaremur in peius: noſtra iniqui
tas fuit: vt mutaremur in melius: nō noſtra iuſtitia: ſꝫ gra-
tia dei p̄ſtat. Qō ergo in peius mutati ſumus: nobis impu
temus: ꝙ in melius cōmutamur: deū laudemus. Pro his er
go iſte pſalmus: qui cōmutabunt. Unde autem iſta cōmuta
tio facta eſt: niſi ex paſſione chriſti? Paſcha ſpm latine trā-
ſitus interp̄tatur. Non eſt enī paſcha grecū nomen: ſed he
breum. Reſonat quidem in greca lingua paſſionem: quia
paſchin πασχειν pati dicitur: Sed cōſultum hebreū eloquiū: aliud
indicat. Paſcha tranſitū cōmendat. Qō admonuit etiam
Ioānes euāgeliſta: qui iminente paſſione cum veniret dn̄s
ad cenam: qua cōmendauit ſacramentum corporis ⁊ ſangui
Ioan. 13 nis ſui ita loquitur: Cum aūt veniſſet hora qua tranſiret Ie-
ſus de hoc mūdo ad patrem. Expreſſit ergo trāſitū paſche.
Sed niſi ipſe tranſiſſet hinc ad patrē qui ꝓpter nos venit:
nos tranſire hinc quō poſſemus: q̄ nō ꝓpter aliquē leuādū
deſcendimus: ſꝫ cecidimus? Ipſe autem nō cecidit: ſed de-
ſcendit: vt eum qui ceciderat ſubleuaret. Tranſitus ergo il
lius ⁊ noſter hinc ad patrem de hoc mūdo ad regnum celo
rum. de vita mortali ad vitam eternam: de vita terrena ad
vitam celeſtem: de vita corruptibili ad incorruptibilem: de
tribulationū cōuerſatione ad perpetuam ſecuritatē. Ideo
pro his qui cōmutabuntur: pſalmi titulus eſt. Cauſam igi-
tur cōmutationis noſtre: id eſt ipſam dn̄i paſſionē: noſtrāq̄
in tribulationibus vocem in textu pſalmi aduertamus: co-
gnoſcamus: cōgemiſcamus: ⁊ audiendo: cognoſcendo. con-
gemiſcendo mutemur: vt impleatur in nobis titulus pſal-
mi: Pro his qui cōmutabuntur.

¶ Expoſitio prime partis.

SAluū me fac deus. quoniā intrauerunt aque vſq̄ ad C
animā meam. Granū illud eſt contemptum mūdo: Al' intro-
quod videtur humiles dare voces. In horto oritur mira- ierunt.
turo mūdo oleris magnitudinem: cuius oleris ſemen con- Mat. 13
temptum eſt a iudeis. Reuera enī conſiderate ſemen ſina-
pis: minutum: fuſcum: aſpernabile prorſus: vt ibi impleat̄
quod dictum eſt: Uidimus eum ⁊ nō habebat ſpeciem neq̄ Eſa. 53
decorem. Aquas autem intraſſe vſq̄ ad animā ſuam dicit:
quia potuerūt ille turbe quas aquarū nomine ſignificauit: Mat. 26
eouſq̄ p̄ualere vt occiderent chriſtū. Preualuerūt ad con- et. 27.
tēnendum: ad tenendum: ad ligandum: ad inſultandū: ad
colaphizandum: ad cōſpuendum. Adhuc quouſq̄? Uſq̄ ad
mortem. Ergo introierūt aque vſq̄ ad animā meam. Hanc
quippe vitā dixit animā ſuam: quouſq̄ illi accedere ſeuien-
do potuerunt. Sed nūquid hoc poſſent niſi ab ipſo ꝑmitte
rentur? Unde ergo aliq̄d tanq̄ inuitus patiatur ſic clamat:
niſi quia caput membra ſua p̄figurat? Paſſus eſt quippe il
le quia voluit: martyres vo etiam ſi noluerunt. Petro nāq̄
ita p̄dixit paſſionem ſuam: Cū ſenueris inquit: alius te pre Ioan. 21
cinget: ⁊ feret quo tu nō vis. Quāq̄ enī chriſto inherere cu
pimus: mori tū nolumus: ⁊ ideo libenter vel potius patiē
ter patimur: quia alius tranſitus nō datur per quē chriſto
cohereamus. Nam ſi poſſemus aliter ꝑuenire ad chriſtum:
id eſt ad vitam eternā: quis vellet mori? Naturā quippe no
ſtram: id eſt conſortiā quoddā anime ⁊ corporis: ⁊ quādam
in his duobus familiaritatem cōglutinationis atq̄ cōpagi
nis: exponens quodā loco apoſtolus: ait: habere nos domū 2. Cor. 5.
nō manufactam eternā in celis: id eſt imortalitatem prepa
ratam nobis: qua induendi ſumus in finem cū reſurrexeri-
mus a mortuis: ⁊ ait. In quo nolumus ſpoliari ſed ſupueſti Ibidem
ri: vt abſorbeatur mortale a vita. Si fieri poſſet ſic vellem⁹
ait fieri imortales: vt iam veniret ipſa immortalitas: ⁊ mo-
do ſicut ſumus mutaret nos: vt mortale hoc noſtrū abſor-
beretur a vita: nō per mortem corpus punireretur: vt in fine
iterū reciperetur. Quāuis ergo a malis ad bona trāſeam⁹:
tamen ipſe tranſitus aliquātum amarus eſt: ⁊ habet fel qō
dederunt dn̄o in paſſione iudei: habet acre quiddā toleran Mat. 27
dum: quo oſtenduntur qui eum aceto potauerunt. Prefigu
rans ergo ⁊ transformans in ſe noſipſos: hoc ait: Saluum
me fac deus: qm̄ intrauerūt aque vſq̄ ad aīam meā. Potue
runt q̄ ꝑſecuti ſunt, etiā occidere: ſed amplius qō faciant nō
habebunt. Premiſit enī exhortationē ipſe dn̄s dicens: No- Mat. 10.
lite timere eos qui corpus occidūt: ⁊ amplius nō habēt q̄d
faciant: ſed eum timete qui habet poteſtatem et corpus et
animā occidere in gehēnam ignis. Maiore timore minora
contēnimus: ⁊ maiori eternitatis cupiditate omnia tēpora
lia faſtidimus. Nam ⁊ hic delitie temporales dulces ſunt:
⁊ tribulationes temporales amare ſunt. Sed quis non bi
bat tribulationis temporalis poculum: metuens ignis ge-
hēnarum? Et quis non contēnat dulcedinem ſeculi: inhiās
dulcedini vite eterne? Hinc ergo vt liberemur clamem⁹: ne
forte in preſſuris cōſentiamus iniquitati: ⁊ vere irreparabi
liter ſorbeamur. Saluū me fac deus quoniā intrauerūt aq̄
vſq̄ ad animā meam. Infixus ſum in limo ꝓfundi: ⁊ non D
eſt ſubſtātia. Quid dicit limū? An ipſos qui ꝑſecuti ſunt? Geñ. 2.
De limo enī factus eſt homo: ſed iſti cadendo a iuſtitia li-
mus ꝓfundi facti ſunt: quibus ꝑſequentibus ⁊ ad iniquitatē
trahere cupiētibus quiſquis nō conſenſerit: de limo ſuo au
rum facit. Merebitur enī limus ipſius cōuerti in habitudi
nem celeſtem: ⁊ ſocius fieri eoꝝ de quibus dicit titulo pſalmi
pro his qui cōmutabuntur. Iſti autem cum limus ꝓfundi
eſſent: heſi in illis: id eſt tenuerunt me: p̄ualuerunt mihi: oc
ciderunt me. Infixus ſum ergo in limo profundi: ⁊ non eſt

ſubſtantia. Quid eſt hoc: nō eſt ſubſtantia? Nūquid nō ipſe
limus non eſt ſubſtantia? An ego inherens factus ſum non
eſſe ſubſtātia? Quid eſt ergo: infixus ſum? Nūquid nam ſic
Job. 9. deſit chriſtus? An vō deſit? An non ſicut dictum eſt in libro
Job: Terra tradita eſt in manus impij? An ſm corpus infi
Mat. 27 xus eſt: quia teneri potuit: et ipſam crucifixionem habebat?
Niſi enī clauis fixus eſſet: crucifixus non eſſet. Unde ergo:
nō eſt ſubſtantia? An limus ille nō eſt ſubſtantia? Intelliga
mus ergo ſi potuerimus quid ſit et nō eſt ſubſtantia: ſi prius
E intellexerimus quid ſit ſubſtantia. Subſtantia quippe di
citur et diuitiarū: ſm quā dicimus: habuit ſubſtantiā et perdi
dit ſubſtantiā. Sed nūquid hoc putauimus hic dictū eſſe: et
nō eſt ſubſtantia: id eſt nō ſunt diuitie: quaſi modo aliquid
de diuitijs ageretur: aut aliqua queſtio de diuitijs habere
tur? An forte quia ille ipſe limus paupertas erat: et diuitie nō
erunt niſi quādo eternitatis participes effecti fuerim⁹? Tūc
ſunt enī vere diuitie quādo nobis nihil deerit. Poteſt etiā
ſm hui⁹ verbi intellectum accipi ſenſus iſte vt diceret: Infi
xus ſum in limo ꝓfundi: et nō eſt ſubſtantia. i. ad paupertatē
ꝑueni. Nā in hic dicit: Paup et dolēs ego ſum. Dicit et apls:
Quoniā ꝓpter vos paup factus eſt cū eſſet diues: vt illius
inopia vos ditaremini. Ergo paupertatem ſuā volens dñs
nobis cōmendare: fortaſſe dixerit. Nō eſt ſubſtātia. Ad ſum
Phil. 2 mā enī paupertatem ꝑuenit quādo formā ſerui ſe induit. Di
uitie eius que ſunt? Qui cū in forma dei eſſet: nō rapinā ar
Ibidem bitratus eſt eſſe ſe equalē deo. He magne incōparabileſq
diuitie. Unde ergo iſta paupertas? Quia ſemetipſm exinani
uit formā ſerui accipiens: in ſimilitudinē hominū factus: et
habitu inuentus vt hō: humiliauit ſe fact⁹ obediens vſq ad
mortē: vt diceret: Introierūt aque vſq ad aiam meā. Ad
de ſup mortē: Quid amplius additurus es? Ignominiam
mortis. Ideo ſequit: Mortē aūt crucis. Magna paupertas:
ſed hinc erunt magne diuitie: quia ſicut impleta eſt paup
tas eius: ita et implebūtur diuitie noſtre de paupertate ipſi⁹
Quātas diuitias habet vt de ſua paupertate nos diuites fa
ceret? Quales nos facturus eſt de diuitijs ſuis: quos diui
F tes fecit de paupertate ſua? Infixus ſum in limo profundi: et
2. ſen. diſt. nō eſt ſubſtantia. Intelligit alio modo ſubſtantia: illud qd
37. In hoc ſumus quicqd ſum⁹. Sed ad hoc intelligendū: eſt aliquāto
autem. difficilius: quoniā res viſitate ſint. Sed qz inuſitatū verbū eſt:
indiget cōmendationis et expoſitionis aliquātule: Cui tñ ſi
2. ſen. diſt. intenti fueritis: fortaſſis in ea nō laborabimus. Dicitur hō:
37. In hoc dicitur pecus: dicitur terra: dicit celum: ſol: luna: lapis: ma
re: aer: oia iſta ſubſtātie ſunt: eo ipſo quo ſunt: Nature ipſe:
1. ſen. diſt. ſubſtantie dicūtur. Deus eſt quedā ſubſtātia: Nā qd nulla
33. Uerūtñ ſubſtātia eſt: nihil oino eſt. Subſtātia ergo aliquid eſſe eſt.
Unde etiā in fide catholica ꝯtra venena quorūdā hereticoꝝ
rum ſic edificamus: vt dicam⁹ patrē et filiū et ſpiritūſanctū vni⁹
ſubſtantie eſſe. Quicqd eſt vni⁹ ſubſtātie? Uerbi grā: Si au
rū eſt pr: aurū et filius: aurū et ſpūſſanctus. Quid eſt pater
1. ſen. di. 33 qd deus eſt: hoc eſt filius: hoc ſpūſſanctus. Cum aūt pater
Ex hiis ver eſt: nō illud eſt qd illud eſt. Pater enī nō ad ſe: ſed ad filiū
bis. et ca. dicitur. Ad ſe autē deus dr. Itaq eo qd deus eſt: hoc ipſo
Nos autē. ſubſtantia eſt. Et qz eiuſdē ſubſtātie filius: procul dubio et fi
lius deus. At vō qd pater eſt: qz nō ſubſtātie nomen eſt: ſed
refertur ad filiū: nō ſic dicimus filiū patrē eſſe: quō dicim⁹
1. ſen. diſt. filium deum eſſe. Queris qd ſit pater? Reſpondetur deus.
34. Non ē Queris qd ſit filius? Rñdetur deus. Queris qd ſit pater
ſm circa ſi et filius? Rñdetur deus. De ſolo patre interrogatus deum
nem. reſponde. De ſolo filio interrogatus: deum reſponde. De
vtroq interrogatus: nō deos: ſed deū reſponde. Non ſicut
in hoībus: Queris qd ſit pater abraā: reſpondet hō: ſubſtā
tia eius reſpondet. Queris qd ſit filius eius iſaac? Reſpō
detur homo. Eiuſdē ſubſtantie abraam et iſaac. Queris qd
ſit abraā et iſaac? Non reſpondet homo: ſed hoies. Non ſic
in diuinis. Tanta enī ibi eſt ſubſtantie ſocietas: vt equalita
tem admittat: pluralitatē nō admittat. Si ergo tibi dictū
fuerit: cum dicis mihi filium hoc eſſe quod pater eſt: profe
cto et filius pater eſt: reſponde: ſm ſubſtātiam tibi dixi hoc
eſſe filium qd pater eſt: nō ſm id qd ad aliud dicitur. Ad ſe
enī deus dicitur: ad patrē filius dicitur: Rurſuſq pater ad
ſe deus dicit: ad filium pater dicitur. Qd dicit ad filiū pa
ter: nō eſt filius. Qd dicitur filius ad patrē: non eſt pater.

Quod dicitur ad ſe pater et filius ad ſe: hoc eſt pater et fili⁹: B
idem deus. Quid eſt ergo: nō eſt ſubſtantia? Scdm hūc in
tellectū ſubſtantie: quō poterimus intelligere iſtam pſalmi
ſententiā: Infixus ſum in limo ꝓfundi et nō eſt ſubſtātia?
Deus fecit hoiem: ſubſtantiā fecit. Atq vtinam maneret in Gen. 2.
eo qd deus fecit. Si maneret homo in eo qd fecit deus: nō 2. ſen. diſt.
in illo infixus eſſet quē deus genuit. Porro aūt quia p iniq 37. In hoc
tatem homo lapſus eſt a ſubſtantia in qua factus eſt: Ini Gen. 3.
quitas quippe ipſa nō eſt ſubſtantia. Non enī iniquitas eſt
natura quā formauit deus: ſed iniquitas eſt ꝑuerſitas quā
fecit homo. Uenit filius dei ad limū ꝓfundi et infixus eſt: et
non erat ſubſtantia in qua infixus eſt: quia in iniquitate il
loꝝ infixus eſt. Infixus ſum in limo ꝓfundi et nō eſt ſubſtā
tia. Omnia per ipſum facta ſunt: et ſine ipſo factū eſt nihil. Joan. 1.
Nature omnes per ipſm facte ſunt: iniquitas per ipſum fa 2. ſen. diſt.
cta nō eſt: qz iniquitas facta nō eſt. Subſtantie ille per eū 37. In h.
facte ſunt: q laudant eum. Uniuerſa creatura laudās deū:
a tribus pueris in camino cōmemoratur: et a terrenis ad ce
leſtia: vel a celeſtibus ad terrena hymn⁹ laudantium deum
ꝑuenit: nō quo cuncta iſta habeant ſenſum laudandi: ſed qz
cūcta bene cogitata laudem pariunt: et impletur cor cōſide
ratione creature ad eructandum hymnū creatori. Laudāt 2. ſen. diſt.
omnia deū: ſꝫ que fecit deus. Nūquid in illo hymno aduer 37. In hoc
tiſtis qd auaritia laudet deū? Laudat ibi deum et ſerpēs: circa fi.
auaricia nō laudat. Omnia quippe repentia nominata ibi ſunt
in laudē dei. Noiata ſunt oia repētia: ſed nō ſunt ibi noiata
aliqua vitia. Uitia enī ex nobis et ex noſtra voluntate habe
mus: et vitia nō ſunt ſubſtantia. In his infixus eſt dñs: quā
do ꝑſecutionē paſſus eſt in vitio iudeoꝝ: nō in ſubſtantia ho
minū que per illū facta eſt. Infixus ſum inquit in limo ꝓ
fundi: et non eſt ſubſtantia: Infixus ſum et nō inueni qd feci.
[Ueni in altitudinē maris: et tēpeſtas demerſit me.] Gra D
tias ipſius miſericordie qui venit in altitudinem maris: et
glutiri a marino ceto dignatus eſt: ſed euomitus eſt tertio
die. Uenit in altitudinem maris in qua altitudine nos de
preſſi eramus: in qua altitudine nos naufragium paſſi era
mus. Uenit illuc ipſe: et tempeſtas demerſit illū: quia fluct⁹
ibi paſſus eſt ipſos hoies: tempeſtates: voces dicentiū: Cru Joan. 19
cifige: crucifige: dicēte pilato: Non inuenio cauſam illam in
hoc homine quare occidendus ſit. Inualeſcebant voces di
centium: Crucifige crucifige. Augebatur tempeſtas donec
demergeretur qui venerat in altitudinē maris: Et paſſus
eſt dñs inter manus iudeoꝝ: qd non eſt paſſus cum ſuper
aquas ambularet: Qd nō ſolum ipſe paſſus nō erat: ſꝫ nec
petrum pati ꝑmiſerat. Ueni in altitudinē maris: et tempe
ſtas demerſit me. [Laboraui clamās: rauce facte ſunt fau I
ces mee.] Hoc vbi? Hoc quādo? Interrogemus euāgeliū.
Paſſionem quippe dñi noſtri in hoc pſalmo cognoſcimus: Mat. 27.
Equidē paſſum eum nouim⁹: intraſſe aquas vſq ad aiam
eius: quia populi ꝑualuerunt vſq ad mortē eius. Legim⁹:
credimus tempeſtate illum demerſum eſſe: qz ꝑualuit ſedi
tio ad eūm occidendum. Agnoſcimus verum eſſe: laboraſſe
eum clamādo: et raucas factas eſſe fauces illius: nō ſolū nō
legimus: ſed etiam cōtra legimus: qz non reſpondebat eis
verbū: vt impleret qd in alio pſalmo dictū eſt: Factus ſum
quaſi homo nō audiens: et nō habens in ore ſuo redargutio Pſ. 37
nes. Et qd in Eſaia ꝓphetatū eſt: Sicut ouis ad imolādū Eſa. 53
ductus eſt: et ſicut agnus corā tondente ſe: ſic nō aperuit
os ſuū. Si factus eſt ſicut homo nō audiens et nō habēs in
ore ſuo redargutiones: quō laborauit clamans: et rauce fa
cte ſunt fauces eius? An ideo tam tūc tacebat: quia raucus
erat: q ſine cauſa tñ clamauerat? Et illam quidē eius vocē
de pſalmo quodā in cruce nouimus: Deus meus de⁹ meus
vt quid me dereliquiſti? Sed quāta illa vox fuit aut q diu Pſ. 21.
turna vt in ea rauce facte eſſent fauces eius? Diu clamauit:
Ue vobis ſcribe et phariſei. Diu clamauit: Ue mūdo ab ſcan Mat. 23.
dalis. Et reuera quodāmodo raucus clamabat: et ideo non Ibidē. 18.
intelligebatur quādo dicebant iudei: Quid eſt quod dicit?
Durus eſt hic ſermo: quis poteſt illum audire? Non ſcimus Joan. 6
quid dicat. Ille omnia verba dicebat. ſed illis rauce fuerūt
fauces eius: qui voces eius nō intelligebant. Laboraui cla
mans: rauce facte ſunt fauces mee. [Defecerūt oculi mei K
† ab ſperando in deum meū.] Abſit hoc vt a perſona ca al'. † dū ſpo
pitis accipiat:

pitis accipiatur: Abſit vt deficerent oculi eius ab ſperando
in deum eius in quo magis deus erat mūdum reconcilians
Joan.1. ſibi: ⁊ qui verbum caro factū eſt ⁊ habitauit in nobis: vt nō
ſolum deus in filio eſſet: ſed etiam ipſe deus eſſet. Non er-
go ita: non ipſius capitis, noſtri oculi defecerunt ab ſperan
do in deum eius: ſed defecerunt oculi eius in corpore eius:
id eſt in membris eius. Hec vox membrorū eſt: hec vox cor-
poris eſt: nō capitis. Quō eam ergo in eius corpore mem-
briſqȝ inuenimus? Quid aliud dicā? quid aliud cōmemorē?
Quādo paſſus eſt: qñ mortuus eſt: oēs diſcipuli deſperaue
Luce.23. rūt qd ipſe eſſet chriſtus. A latrone apłi victi ſunt: qui tunc
credidit quādo illi defecerunt. Uide membra eius deſperā
tia: attende duos illos quos poſt reſurrectionē inuenit in
Luce.24 via colloquētes ſecum: quorū vnus erat cleophas: quando
detinebātur oculi eorū ne eum agnoſcerent. Quō enim ocu
lis agnoſcerent a quo mente titubabant? Factū erat aliqd
in oculis eorū ſimile mentis ipſorū. Loquebātur enī inter ſe:
⁊ cū ad eo cōpellerentur vnde loquerētur: riſerunt: Tu ſo
lus peregrinus es in hierlm: ⁊ neſcis que facta ſunt: quō ie
Ibidem ſus nazarenus potens in factis ⁊ dictis: occiſus eſt a ſenio-
ribus ⁊ pncipibus ſacerdotum: ⁊ nos ſperabam⁹ quod ipſe
erat redempturus iſrael. Sperabant ⁊ nō ſperabant. De-
fecerūt oculi eorū ab ſperando in deū ipſorū. Ipſos ergo in
ſe transfigurauit dicēdo: Defecerūt oculi mei ab ſperando
in deū meū. Hanc ſpem reddidit quādo cicatrices palpan-
das obtulit: quas cū tetigiſſet Thomas rediit ad ſpem quā
Joan.20. pdiderat ⁊ exclamauit: Dñs meus ⁊ deus meus. Defecerūt
oculi tui ab ſperādo in deū tuū. Palpaſti cicatrices: ⁊ inue
niſti deū tuū. Palpaſti formā ſerui. ⁊ cognouiſti deū tuum.
Ibidem Cui iā ipſe dñs ait: Quia vidiſti: credidiſti. Et nos pnunci
amus vaſa miſericordie ſue: Beati inquit qui nō vident ⁊ cre
L dunt. Defecerunt oculi mei ab ſperando in deum meum.
Ps.39. ⌊Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei: qui oderūt
me gratis.⌋ Quā multiplicati? Ut adderent ſibi vnum ex
ficiāt a puerſis viribꝰ ſuis: Et tūc iā defecti ⁊ cōfuſi querāt
illuminatorem a cōfuſione: et refectorem a defectione: De- O
niq̄ vide q̄d ſequitur. ⌊ † Induātur cōfuſione ⁊ † verecun- Al. † ope-
dia: qui † cogitāt mihi mala. ⌋ Confuſionem ⁊ verecūdiā: rantur.
Cōfuſionē de mala cōſciētia: verecūdiā ꝑpter modeſtiam. † pudore.
Fiat hoc in illis: ⁊ boni erūt. Nō tibi videatur ſeuire: vtinā † querunt.
exaudiatur p illis. Nā ſeuire videbaẛ ⁊ ſtephanus qñ ore
flāmanti verba illa iaculabatur. Dura ceruice ⁊ nō circūciſi Act. 7.
corde ⁊ auribus: vos ſemꝑ reſtitiſtis ſpūiſctō. Quam acceſſa
iracūdia: q̄ vehemens aduerſus inimicos cōmiſſa tibi vide-
tur aīa ipſius? Abſit. Salutem ipſorū requirebat: phreneti-
cos male ſeuientes verbis ligabat. Nā vide quō nō erat cō-
miſſa aīa ipſius: nō ſolū nō cōtra deum: ſed nec cōtra ipſos:
Dñe inquit ieſu: tu accipe ſpm̄ meuꝫ. Nō ei diſplicuit ieſus: Ibidem.
q: paſſurus erat lapidationē p verbo ipſius. Nō ergo erat
cōmiſſa aīa eius cōtra deū. Item dixit: Dñe ne ſtatuas illis Ubi. ſ.
hoc delictum. Nō ergo erat cōmiſſa aīa eiꝰ: nec cōtra inimi-
cos ſuos. Induātur ꝯfuſione: ⁊ verecūdia qui cogitāt mihi
mala. Hoc enim querūt oēs qui me tribulāt: mala mihi que-
runt. Que mala querebat etiā mulier illa quādo ſuggeſſit: Job. 2.
Dic aliquid in deuꝫ: ⁊ morere: Et illa vxor tobie que ait ma- Tobie. 2.
rito: Ubi ſunt iuſtitie tue? Ad hoc dicebat vt diſpliceret illi
deus qui illā fecerat cecū: ⁊ cū illi diſpliceret cōmitteretur
aīa ipſius. Si ergo nemo tibi tribulādo perſuaſerit: nemo
extorſerit vt tibi diſpliceat deus in his que pateris: aut vt
oderis homines p quos pateris: nō cōmittitur aīa tua: ſecu-
rus dicis quod ſequitur. ⌊ Ego autem ſemꝑ † in te ſperabo: P
et adijciā ſup omnem laudem tuā. ⌋ Quid eſt hoc? Moue- Al. nō hꝫ.
re nos debet: adijciam ſup oēm laudē tuā. Perfectiorem
facturus es laudem dei? Eſt aliquid qd̄ ſupadijciatur? Si iā
omnis illa laus eſt: tu quid adiecturus es? Laudatꝰ eſt deꝰ
in omnibus bonis factis ſuis: in omni creatura ſua: in omni
inſtitutione rerum omnium: in gubernatione ⁊ regimine ſe-
culorum: in ordine tēporuꝫ: in eminentia celi: in fecunditate
terrarum: in circumfuſione maris: in omni preopolentia na-
ſcētis vbiq̄ creature: in ipſis filijs hominum: in danda lege
in liberandis ſuis a captiuitate egyptiorum: et ceteris om-
nibus mirabilibus ſuis: Nonduꝫ erat laudatus in eo quod
ſuſcitauit carnem in vitam eternā. Sit ergo iſta laus adie-
cta per reſurrectionem dñi noſtri ieſu xpī: vt hic eius vocē
intelligamus ſuper omnem laudem preteritā: ſi hoc ⁊ recte
intelligamus. Sed quid tu forte peccator qui timebas cō-
mitti animaꝫ tuam: qui in ipſo ſolo ſperabas: vt a prima illa
captiuitate liberareris: qui de iuſtitia tua nō preſumebas:
ſed de gratia illius quaꝫ commēdat hic pſalmus. Quid tu?
Adijcies aliquid ſuper omnem laudem dei? Adijciam inq̄t.
Uideamꝰ quid adijciat. Poſſet eſſe omnis laus tua: ⁊ nihil
omnino deeſſe videretur ad laudē tuam: quiaꝫ nihil deeſſet
ſi damnares oēs iniquos. Non eñi nō eſſet magna laus dei
iuſtitia ipſa qua iniqui damnantur? Magna laus eſſet. Fe-
ciſti hominem: dediſti ei liberum arbitrium: in paradiſo col- Gen. 3.
locaſti: preceptum impoſuiſti: mortem ſi preceptuꝫ violaret
iuſtiſſimam denūciaſti. Nihil non feciſti: nemo eſt qui a te
amplius exigat. Peccauit: factum eſt genus humanum tāq̄
maſſa peccatorum profluens de peccatoribꝰ. Quid ergo? Tu ſi
maſſam iſtam iniquitatis damnes: quiſquaꝫ tibi dicet: in-
iuſte feciſti? Eſſes plane etiam ſic iuſtus: et omnis eſſet
iſta laus

ſta laus tua: Sed quia liberaſti et ipſum peccatorem iuſti
Q ficando impium: Adiciam ſuper omnem laudē tuā. ⌊ Os
Al. † annū meum † pronūciabit iuſtitiam tuam. Nō meā. Inde adiciā
ciabit ſuper omnem laudem tuam: quia et quod iuſtus ſum: ſi iu
ſtus ſum: iuſtitia tua eſt in me: non mea. Tu enim iuſtificas
Ro.4. impium. Os meum annūciauit iuſtitiam tuam. ⌊ Tota die
Al. † ſalu † ſalutem tuam. ⌋ Quid eſt ſalutem tuam? Domini eſt ſal⁹.
tare tuum Nemo ſibi vſurpet quia ſe ſaluum facit: Domini eſt ſal⁹: nō
Ps.3. ſe ſaluū per ſe quiſq́ facit. Domini eſt ſalus: vana ſalus ho
minis. Tota die ſalutem tuam: toto tēpore. Aliquid aduer
ſi eſt: predica ſalutem domini. Aliquid proſperi eſt: predica
ſalutem domini. Ne predices in proſperis: et obmuteſcas in
aduerſis: alioquin nō erit qđ dictum eſt tota die. Tota eñ
dies cum ſua nocte eſt: Nūquid qñ dicimus: triginta dies:
verbi cauſa: trāſierūt: nō dicimus et noctes? Nōne et in ipſo
numero dierum includimus et noctes? In Geneſi qđ dice
Geñ.1. batur? Factū eſt veſpere et mane dies vnus. Ergo dies to
tus eſt cū ſua nocte. Nox enim diei ſeruit: non dies nocti.
Quicqđ facis in carne mortali: iuſtitie debet ſeruire. Quic
quid facis ex precepto dei: non propter emolumenta car
nis: fiat: ne dies ſeruiat nocti. Ergo tota die laudē dei dic
ſis in proſperis et in aduerſis: In pſperis tanq̄ tēpore diur
no: in aduerſis tanq̄ tempore nocturno. Tota tamē die lau
Ps.33. dem dei: vt nō fruſtra cātaueris: Benedicam dñm in omni
tēpore: ſemꝑ laus eius in ore meo. Saluis filiis: pecoribus:
familia: omni re ſua: Iob laudabat deū: hoc quaſi diurno tē
pore. Damna venerūt: orbitas irruit: periit qđ ſeruabatur:
obierūt quib⁹ ſeruabatur: hoc qſi nocturno tpe. Uide tamē
tota die laudātem. Nūqđ poſt illud diurnum tēpus vbi le
tabatur: quia fact⁹ eſt illius quaſi lucis: hoc eſt pſperitatis
occaſus: defecit a laudibus dei? Nōne dies erat in corde vñ
Iob.1. fulgebat: Dñs dedit: dñs abſtulit: ſicut dño placuit: ita fa
ctum eſt: ſit nomē dñi benedictum? Et hoc quaſi veſptinū
erat tempus: venit et nox craſſior: tenebre pfundiores: cor
poris dolor: putredo vermium: nec ſic in ipſa putredine de
fecit a laudibus dei: fortis in nocte qui nī⁹ exultabat in die.
Iob.2. Nāq; vxori perſuadenti blaſphemiam: et cōmittēti animā
ipſius: male ſuadēti miſerere: tanq̄ vmbre nocturne: Locuta
es inqt tanq̄ vna ex inſipiētib⁹ mulierib⁹. Uere filia noctis:
Si bona ſuſcepimus de manu dñi: quare mala nō ſuſtinea
R mus? Laudabimus in die: deficiemus in nocte? Tota die:
Al. † litte id eſt cū ſua nocte ſalutē tuā ⌊ Quoniā nō cognoui † nego
raturam. ciationes. ⌋ Ideo inqt tota die ſalutē tuā: qm̄ nō cognoui
negociatiōes. Que ſunt iſte negociatiōes? Audiāt negocia
tores et mutēt vitā: et ſi fuerūt nō ſint: nō cognoſcāt qđ fue
runt: obliuiſcātur: Poſtremo: nō approbēt: nō laudēt: impro
bent: dānent: mutentur: ſi peccatum eſt negociatio. Hinc
enim auiditate neſcio qua acquirendi o negociator: quādo
dānum paſſus fueris: blaſphemas: et nō erit in te quod dictū
eſt. Tota die laudem tuam. Quādo aūt p preciis rerum q̄s
vendis: nō ſolum mētiris: verūetiam falſum iuras: quomō
in ore tuo tota die laus dei? Uel quādo ſi xpianus es etiam
Ro.2. ex ore tuo blaſphematur nomē dei: vt dicatur: Ecce quales
88.diſ.qñ. ſunt chriſtiani? Ergo ſi propterea iſte tota die laudē dei di
cit: q2 nō cognouit negociationes: corrigāt ſe chriſtiani: nō
negocientur. Sed ait mihi negociator: Ecce ego affero qui
dem ex longinquo merces: ad ea loca in quibus nō ſunt ea
que attulero: vnde viuā tanq̄ mercede laboris mei: peto vt
carius vendam q̄ emerim. Unde enim viuam: cū ſcriptum
Luce.10. ſit: Dignus eſt operarius mercede ſua? Sed agitur de men
dacio: de periurio: hoc vitium meum eſt: nō negociationis.
88. diſ.qñ Neq; enim ſi non vellem: poſſem agere ſine iſto vitio. Non
ergo eā culpā auctor ad negociū trāſſero: ſed ſi mētior ego
mētior: nō negociū. Poſſem eñ dicere: tāto emi: tāto vēdā:
ſi placet eme: Nō eñ iſtā veritatē audiēs emptor repelle
retur: et nō oēs potius accurrerent? Quia plus fidē q̄ mer
cedem diligerēt. Hoc ergo inquit me mone: ne mētiar ne p
iurem: nō vt abiciā negociū vñ me trāſigo. Quo eñ vocas
quādo hinc reuocas? Forte ad artem aliquam: Ero ſutor:
calciamēta faciam hominibus. Mendaces enim et ipſi non
ſunt? Periuri et ipſi non ſunt? Nōne locatis ab alio calciamē
tis: cum acceperint ab alio precium: dimittunt quod facie
bant: et ſuſcipiunt alteri facere: et fallunt eum cui promiſe

runt cito ſe facturos? Nōne ſepe dicunt: hodie facio: hodie
impleo? Deinde in ipſa futura tatas fraudes nō faciunt? Fa
ciunt iſta et dicūt iſta: ſed ipſi mali ſunt: nō ars quā pfitē Ibidem.
tur. Omnes ergo artifices mali: deū nō timētes: vel pro lu
cro: vel pro timore dāni: aut egeſtatis mentiunt: periurant:
non eſt continua dei laus in eis. Quomodo ergo reuocas
a negociatione? An vt agricola ſim: et aduerſus deum tonā
tem murmurem: vt grandinem timēs: ſortilegum conſulā:
vt queram quid faciam contra celum: vt optem pauperib⁹
famē: quo poſſem vendere quod ſeruaui? Ad hoc me addu Ibidem.
cis? Sed nō ea faciūt inquis agricole boni: nec illa negocia
tores boni. Quid enim? Etiam et filios habere malum eſt:
quia quādo eis caput dolet: male et infideles matres liga
turas ſacrilegas et incantationes querunt? Iſta hominum
non rerū peccata ſunt. Poteſt mihi hoc dicere negociator:
Quere ergo epiſcope quēadmodum intelligas negociatio
nes quas legiſti in pſalterio ne forte tu non intelligas et me
a negociatione prohibeas. Mone ergo quēadmodū viuā.
Si bene: bene mihi erit. vnum tamē ſcio: quia ſi malus fue
ro: nō negociatio mihi facit: ſed iniquitas mea. Quādo ve 88. diſ.qñ
rum dicitur: nō eſt quod cōtradicatur. Queramus ergo q̄s circa finē.
dixerit negociationes: quas vere qui nō cognouit: tota die S
laudat deū. Negociatio et in greca lingua ab actu dicitur et
in latina: Negociatio ſine actus ſiue negocium: diſcutiatur
quid ſit. Qui enī negociatores actuoſi quaſi ex eo qđ agūt
preſumunt: opa ſua laudāt: nō perueniunt ad gratiam dei.
Ergo cōtra illam gratiam ſunt negociatores: quā cōmēdat 88.diſ.qñ
hic pš. Illam eñ gratiā cōmēdat: vt nemo de ſuis opibus
glorietur. Quomodo quodā loco dicitur: Medici nō reſuſci Ps.87.
tabunt: deferere debēt homes medicinā? Sed quid eſt hoc?
Sub iſto nomine intelligūtur ſupbi: pollicētes ſalutem ho
minibus: cū domini ſit ſalus. Quomodo ergo contra medi Ps.3.
cos: id eſt ſupbos ſalutis pollicitatores vigilat hoc qđ dictū
eſt: Tota die ſalutē tuā: ſic contra negociatores: id eſt qui
de actu ſuo et opibus gaudent: vigilat hoc quod dictum eſt:
Os meū annūciabit iuſtitiā tuā: id eſt nō meā. Qui ſunt ne Ps. 70.
gociatores: id eſt quaſi de actu ſuo ſibi placētes? Qui igno Ro.10.
rantes dei iuſtitiam: et ſuam volentes conſtituere: iuſtitie
dei non ſunt ſubiecti. Merito et negocium dictū eſt quod
negat ocium. Quātum mali eſt quod negat ociū? Merito
dñs expulit illos de templo: quibus dictum eſt: Scriptum
eſt: Domus mea domus orationis vocabitur: vos aūt feci Ioā.2.
ſtis eam domū negociationis: id eſt gloriātes de opib⁹ ve
ſtris: ociū nō querētes: nec audiētes cōtra inquietudinē et ne
gociationē veſtrā: dicētem ſcripturam. Uacate et videte: qm̄ Ps.45.
ego ſum dñs. Quid eſt vacate et videte qm̄ ego ſum dñs: niſi
vt ſciatis q2 deus eſt qui opatur in vobis: et non de veſtris
operibus extollamini? Nō audis vocē dicētis: Uenite ad me
omnes qui laboratis et onerati eſtis: et ego vos reficiā: Tol
lite iugū meū ſuper vos: et diſcite a me q2 mitis ſum et humi Mat.11.
lis corde: et inuenietis requiē animab⁹ veſtris? Hec requies
cōtra negociatores pdicatur: hec requies cōtra eos q̄ ode
runt ocium predicatur: Agendo et iactando ſe de operibus
ſuis: vt non longius requieſcant in deo: et tāto longi⁹ a gra
tia deſiliant: quantomagis de ſuis operib⁹ extollunt. Sed
eſt in quibuſdam exēplaribus: ⌊ Quoniā nō cognoui littera
turam. Ubi alii codices habēt negociationē: ibi alii littera T
turam. Quomodo cōcordēt: inuenire difficile eſt: et tamē in 88.diſ.qñ
terpretū diuerſitas forte ſenſum oſtēdit: nō errorē inducit. in pncipio.
Queram⁹ ergo et litteraturā quomodo intelligamus: ne ſic
offendam⁹ grāmaticos: quomodo pauloante negociatores
q2 et grāmatic⁹ poteſt in arte ſua honeſte viuere: nō periurare
nō mētiri. Queram⁹ ergo litteraturā quā nō cognouit iſte:
in cui⁹ ore tota die laus dei eſt. Eſt quedā litteratura iudeo
rum: ad illos eſt et hoc referam⁹: ibi inueniem⁹ qđ dictū eſt:
quomodo cū de negociatorib⁹ q̄rerem⁹: pꝑter act⁹ et opera
inuenimus illam dici negociationem deteſtandam: quā no
tauit Apoſtolus: dicens: Ignorantes enim dei iuſtitiam: et Ro.10.
ſuam volentes conſtituere: iuſtitie dei nō ſunt ſubiecti. Cō
tra quam dicit idem Apoſtolus: Non ex operibus: ne forte Eph.2.
quis extollatur. Quomodo ergo? Nunquid nō operabimur
bonū? Operabimur: ſed ipſo in nobis operāte. Ipſi⁹ enim Ibidem.
ſumus figmentum: creati in chriſto ieſu in operibus bonis

Quomodo hoc ergo inuenim⁹ cõtra negociatores:id eſt de
actu gloriãtes:de negocio qd̃ neget ocium ſe extollẽtes:in-
quietos potius q̃ bonos operatores:quia boni operatores
illi ſunt:in quibus deus operatur:ſic ⁊ neſcio quã litteratu
ram inuenim⁹ apud iudeos. Dño aſſit vt explicẽ verbis qd̃
v dignatus eſt donare vt corde cõſpicerẽ. Superbia iudeorum
preſumentiũ tãq̃ de viribus ſuis ⁊ de iuſtitia operũ ſuorũ
gloriabatur de lege:quod ipſi legem acceperint:alie gẽtes
non acceperint: In qua lege:non de gratia gloriabant̃:ſed
de littera. Lex enim ſine gratia:ſola littera eſt: Manet ad
Gal.3. conuincendam iniquitatẽ:non ad dandã ſalutem. Quid enĩ
ait Apoſtolus? Si enim data eſſet lex que poſſet viuificare
omnino ex lege eſſet iuſtitia. Sed cõcluſit ſcriptura omnia
ſub peccato:vt promiſſio ex fide ieſu chriſti daretur creden
2.Cor.3. tibus. De hac littera dixit alio loco: Littera occidit:ſpirit⁹
autẽ viuificat. Habes litterã ſi preuaricator legis es: Qui
per litterã inquit⁊ circũciſionẽ puaricator legis es. Nonne
bene cãtat̃ ⁊ dicitur: Erue me de manu legẽ ꝑtereũtis ⁊ ini
qui? Habes litterã:ſed nõ imples litterã. Unde nõ imples
Ro.2. litterã? Quoniã qui predicas nõ furandũ furaris:qui dicis
nõ adulterandũ:adulteraris:qui abominaris idola:ſacrile
Ibidem. gium facis. Nomen enim dei per vos blaſphematur in gen
tibus:ſicut ſcriptum eſt. Quid tibi ergo profuit littera:quã
non imples? Quare autẽ non imples? Quia de te preſumis
Quare nõ imples? Quia negociator es:opera tua extollis.
Neſcis neceſſariã eſſe gratiã adiuuãtis vt impleat̃ ꝓceptum
iubẽtis. Ecce iuſſit de⁹:age quod iuſſit. Incipis agere quaſi
ſi ex viribus tuis:⁊ cadis:⁊ manet ſuper te littera puniens
Io.1. nõ ſaluãs. Merito lex per moyſen data eſt:gratia⁊ veritas
Io.5. p ieſum chriſtũ facta eſt. Moyſes quinq̃ libros ſcripſit:ſed
in quinq̃ porticibus piſcinam cingentibus languidi iace-
bant:ſed curari non poterant. Uide quomodo manet litte
ra:conuincens reum:non ſaluans iniquum. Illis enĩ quinq̃
porticibus in figura quinq̃ librorum prodebantur potius
q̃ ſanabantur egroti. Quid ergo ibi tunc ſanabat egrotus?
Motus aque. Piſcina illa mota:deſcendebat egrotus:⁊ ſa
nabatur vnus:quia vnitas: Quiſquis alius ante ipſum mo
tum deſcenderat non ſanabatur. Quomodo commendaba-
tur vnitas corporis clamantis a finibus terre? Alius nõ ſa-
nabatur niſi rurſus mota fuiſſet piſcina. Significabat ergo
piſcine motus perturbationem populi iudeorum:quãdo ve
nit dñs ieſus chriſtus. Angeli enĩ aduentu intelligebat̃ mo
ueri aqua in piſcina. Aqua ergo cincta porticib⁹ quinq̃:gẽs
erat iudea cincta lege. Et in porticibus egroti iacebant:et
in ſola aqua turbata et mota ſanabant̃. Uenit dñs:turbata
eſt aqua:crucifixus eſt:deſcẽdat vt ſanet̃ egrot⁹. Quid eſt
deſcẽdat? Humiliet ſe. Ergo quicũq̃ amatis litterã ſine gra
tia:in porticib⁹ remanebitis:Egri ieritis:iacẽtes:nõ cõua-
Gal.3. leſcẽtes:de littera enim preſumitis. Si enim data eſſet lex
que poſſet viuificare:omnino ex lege eſſet iuſtitia. Sed da
ta eſt lex:vt reos vos faceret:rei facti timeretis: timentes
x indulgentiam peteretis:iam de viribus veſtris nõ preſume
retis:de littera vos nõ extolleretis. Nã ipſa figura eſt etiã:
4.Reg.4. q̃ heliſeus primo ad mortuũ reſuſcitandũ bacul'ũ ſuũ miſit
per ſeruũ: Mortuus erat filius vidue hoſpite ipſius:nũcia-
tum eſt ei:ſeruo ſuo dedit baculũ ſuũ: Uade inquit pone ſu
per mortuũ. Neſciebat propheta q̃d ageret? Preceſſit ſeru⁹
Gal.3. ſuus:poſuit baculũ ſup mortuũ:nõ ſurrexit mortu⁹. Si enĩ
data eſſet lex que poſſit viuificare: vere ex lege eſſet iuſti-
tia. Nõ viuificauit lex p ſeruũ miſſa:⁊ tamẽ ille miſit bacu-
de vbis apo lum ſuũ p ſeruũ ſuũ:qui poſtea ſecut⁹ viuificauit. Nãq̃ cum
ſtoli.ii.g. ille infans non reſurrexiſſet:venit heliſeus iam figurã por-
tans domini qui ſeruum ſuũ cũ baculo tanq̃ cũ lege ꝓmiſe-
rat:venit ad iacentẽ mortuũ:poſuit mẽbra ſua ſup illũ. Ille
infans erat:ille iuuenis erat: Cõtraxit ⁊ breuiauit quodam
modo iuuentutis ſue magnitudinẽ: paruul⁹ fact⁹ vt mortuo
cõgrueret. Mortu⁹ ergo ſurrexit:cũ ſe viu⁹ mortuo coapta-
uit:⁊ fecit dñs quod non fecit baculus: Fecit gratia quod
nõ fecit littera. Illi ergo qui in baculo remãſerunt:in litte-
ra gloriant̃:⁊ ideo nõ viuificantur: Ego autẽ de gratia tua
Gal.6. volo gloriari. Mihi autẽ (ait Apoſtol⁹) abſit gloriari niſi
in cruce dñi noſtri ieſu chriſti:niſi in illo qui ſe mihi viu⁹ mor
Gal.2. tuo vt reſurgerẽ coaptauit:vt iam ego nõ viuerẽ:viueret au
tẽ in me xp̃s. In ipſa gratia gloriãs:litteraturã nõ cognoui: Gal.2.
id eſt homines de littera preſumentes:⁊ a gratia reſiliẽtes
toto corde reprobaui. Merito ſequitur. [Introibo in po- y
tentiam dñi.] Nõ meã ſed dñi. Nã illi in potẽtia ſua de lit
tera gloriati ſunt:ideo adiunctã littere gratiã nõ cognoue- Io.1.
runt: Nam lex p moyſen data eſt: gratia ⁊ veritas per ieſum
xp̃m facta eſt. Ipſe enim venit vt legem impleret: quando
charitatem donauit per quam lex poſſet impleri. Plenitu-
do enim legis charitas. Illi non habentes charitatẽ:id eſt Roma.13.
non habentes ſpiritum gratie (Quia charitas dei diffuſa Roma.5.
eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſanctũ qui datus eſt no
bis) remanſerunt gloriantes in littera. Sed q: littera occi 2.Cor.3.
dit:ſpiritus aũt viuificat:nõ cognoui litteraturã:et introibo in
potẽtiã dñi. Ideo verſus iſte ſequens confirmat perficitq̃
ſententiam:ita vt eam figat in cordibus hoĩm:nec alium per
mittat omnino irrepere vlla ex parte intellectũ. [Dñe memo-
rabor iuſtitie tue ſolius.] O ſolius. Quid addidit ſolius?
rogo vos? Sufficeret memorabor iuſtitie tue. Solius inq̃t
preſus:vbi meã nõ cogito. Quid enim habes quod non acce 1.Cor.4.
piſti? Si autẽ accepiſti:quid gloriaris quaſi nõ acceperis?
Iuſtitia tua ſola liberat me: Mea ſola non ſunt niſi pecca-
ta. Non glorier ergo de viribus meis: non in littera rema-
neam: Reprobem litteraturam: id eſt homines de littera
gloriantes:et de ſuis viribus peruerſe tãq̃ frenetici preſu-
mentes: Reprobem tales:intrem in potentiam dñi: vt quã
do infirmus ſum:tunc potens ſim:vt tu in me ſis potens:
qm̃ memorabor iuſtitie tue ſolius.

¶ Sermo ſecũdus de ſecũda pte eiuſdem pſalmi. z

Gratiam dei qua gratis ſalui facti ſumus nullis nr̃is
meritis precedẽtibus:niſi quibus ſupplicium debe-
batur: in iſto cõmẽdari pſalmo heſterno die inſinuauimus
charitati veſtre:eũq̃ tractãdo quoniã finire nequiuimus:
extremam eius partem in hodiernam diem diſtulimus:pro
mittentes in nomine dñi nos debitum ſoluturos. Quod ſol
uendi quoniam tempus eſt:adeſtote animo tãq̃ agro ferti
li:vbi ⁊ ſemen multiplicetis:et pluuie ingrati nõ ſitis. Com
mendauimus heſterna die titulum eius:ſed propter reno-
uandam intentionem veſtram:Quos intimãdus qui heri ab
ſentes fuerant:breuiter cõmemoramus: quod recolant qui
audierunt:audiant qui neſcierunt. Filiorum ionadab pſal-
mus eſt: Quod nomen interpretatur dñi ſpontaneus:quo-
niam ſpõtanee:hoc eſt bona: pura:ſincera et pfecta volũta
te. non ficto corde dño ſeruiendum eſt: Quod etiam illud
indicat vbi dictum eſt. Uoluntarie ſacrificabo tibi. Filius hu Ps.53.
ius:id eſt filijs obediẽtie cantatur pſalmus:⁊ his qui primi
captiui ducti ſunt:vt agnuſcatur hic gemitus noſter:⁊ ſuffi
ciat diei malicia ſua. Iam enim ſi ſuperbi deſeram⁹ vel fa-
tigati redeamus: Nec rediri niſi per gratiã poteſt: Gratia: Mat.6.
gratis data. Nã niſi gratis. gratia non eſſet. Porro autẽ ſi
propterea gratia eſt:quia gratis eſt:nihil tuum preceſſit vt
acciperes: Nam ſi aliqua bona opa tua preceſſerunt:preciũ
accepiſti non gratis: Precium autẽ quod nobis debebatur
ſuppliciũ eſt. Quod ergo liberamur: nõ meritis noſtris:ſed
illius gratia eſt. Illum ergo laudemus:illi totum quod ſu-
mus:et quod ſalui efficimur debemus: Ad quod cõcluſit cũ
multa dixiſſet:dicẽs: Domine memorabor iuſtitie tue ſoli⁹.
Ad iſtum verſum concluſa eſt heſterna tractatio. Primi er- B.
go captiui:id eſt pertinẽtes ad primum hoĩem: Propter hoc 1.Cor.15
enim captiui:ꝓpter primum hominẽ in quo oẽs morimur
quia nõ prius quod ſpũale eſt:ſed quod aiale:poſtea quod
ſpirituale. Propter primum hoĩem primi captiui:ꝓpter ſe-
cundum hoĩem ſecũdi redẽpti: Nam ⁊ ipſa redẽptio clamat
captiuitatẽ noſtram. Unde enĩ redẽpti ſi nõ antea captiui?
Etenĩ captiuitatem expreſſius ab Apoſtolo inſinuatam ex
epiſtola eius verba quedã cõmemorãtes inſinuauim⁹ ⁊ re-
petimus. Uideo aliam legem in mẽbris meis repugnãtem Roma.7.
legi mẽtis mee:⁊ captiuũ me ducẽtem in lege peccati q̃ eſt
in mẽbris meis. Ipſa eſt prima captiuitas noſtra qua cõcu-
piſcit aduerſus ſpiritum caro. Uenit aũt hoc de pena pecca- Gal.5.
ti:vt hõ aduerſus ſeipſum diuideret̃: qui vni ſubditus eſſe
noluit. Nihil enim tã expedit anime q̃ obedire: Et ſi expe-
dit aĩe obedire in ſeruo vt obediat dño: in filio vt obediat
patri: in vxore vt obediat viro:quãtomagis in homine vt
obediat

el edlat deo? Expertus ergo malum adam:omnis autē bo
mo adam:ſicut in his qui crediderunt omnis homo chriſt⁹:
quia membra ſunt chriſti. Expertus ergo malum quod non
Gen.3. debuit experiri ſi crederet dicenti: Nolite tangere. Exper
tus ergo malū:poſtea ſaltem obtemperet preceptis medi
ci vt ſurgat:q̄ noluit credere medico vt non egrotaret. Naꝫ
⁊ ſanis bonus ⁊ fidelis medicus dat preceptum ne ſit illis
Matth.9. neceſſarius. Non eſt enim ſanis neceſſarius medi.⁹:ſed ma
le habentibus. Boni autem amici medici qui nolunt vēde
re artem ſuam:et plus gaudent ad ſanos q̄ ad egrotos:dāt
quedam precepta ſanis:que obſeruando in egritudinē non
cadant. Porro autē illi ſi precepta contempſerint et in egri
tudinem inciderint:ſupplicant medico:Quem contempſe
runt ſani:rogant egroti. Utinam ſalutem rogent:ne per fe
brem mente perdita medicum cedant. Audiſtis modo cum
euangelium legeretur quemadmodum in illos dicta ſit pa
Math.21. rabola. Mentis ſane erant qui dixerunt: Hic eſt heres:ve
nite occidamus eum:et noſtra erit hereditas? Utiq; nō pu
ta quia occiderant filium:⁊ patrem occiſuri? Hoc eſt mentē
ſanam non habere. Poſtremo:ecce quia occiderunt filiū:re
Pſ.117. ſurrexit filius:et lapis reprobatus ab edificantibus factus
eſt in caput anguli. Offenderunt in illum et cōquaſſati ſunt
veniet ſuper eos et conteret eos. Sed non ita iſte qui can
tat in pſalmo et dicit: Introibo in potentiam domini:non
meam ſed domini. Domine memorabor iuſtitie tue ſolius.
Nullam meam agnoſco:ſolius tue iuſtitie memorabor. A te
habeo quicquid boni habeo quicq̄d autē mali habeo:a me
habeo. Non meritis ſupplicium reddidiſti:ſed gratiaꝫ gratis
E
Al.† a. impertiſti. Tue itaq; ſolius iuſtitie memorabor. ⌊ De⁹ do
cuiſti me † ex iuuētute mea. ⌋ Quid eſt me docuiſti? Quia
tue ſolius iuſtitie memorari debeo. Cōſiderās enim vitam
meam preteritam:video quid mihi debebatur:⁊ quid acce
perim pro eo quod mihi debebatur. Debebatur pena: ſed
reddita eſt gratia. Debebatur gehēna:data eſt vita eterna
Deus docuiſti me ex iuuētute mea. Ex ipſo initio fidei mee
qua me innouaſti:docuiſti me. Nihil in me preceſſit vn̄ mihi
dicerem deberi qđ dediſti. Quis enim cōuertitur ad deum
niſi ab iniquitate? Quis redimitur niſi a captiuitate? Quis
autem poteſt dicere iniuſtam fuiſſe captiuitatem ſuam:q̄n
deſeruit imperatorem:⁊ diuertit ad deſertorem? Impera
Gen.2.⁊3. tor enim deus:deſertor autem diabolus. Preceptum dedit
imperator: fraudem ſuggeſſit deſertor. Ubi aures tue inter
preceptionem ⁊ deceptionē? Melior ne diabolus q̄ deus?
Melior qui te infecit q̄ qui te fecit? Credidiſti qđ promiſit
diabolus:et inueniſti qđ minatus eſt deus. Jam ergo ex ca
ptiuitate liberat⁹:adhuc tamē in ſpe:nōdum in re: ambulas
2.Cor.3. per fidem nondum per ſpem. Deus inquit docuiſti me ex iu
uentute mea. Ex quo conuerſus ſum ad te:innouatus a te q̄
factus a te:recreatus qui creatus: reformatus qui format⁹:
Ex quo cōuerſus ſum:didici merita mea nulla preceſſiſſe:ſed
gratia tua mihi gratis veniſſe:vt memorarer iuſtitie tue ſo
lius. Quid deinde poſt iuuētutem? Enī docuiſti me inquit
ex iuuētute mea. Quid poſt iuuentutem? In ipſa enī prima
cōuerſione tua didiciſti:quod ante cōuerſionem iuſtus non
fuiſti:ſed preceſſit iniquitas :vt expulſa iniquitate ſuccede
ret charitas:vt ſis renouat⁹ in nouū hoīem ſpe dūtaxat nō
re. Didiciſti:qđ nihil tui boni preceſſerat:⁊ gratia dei cōuer
ſus es ad deum. Jam forte ex quo cōuerſus es:habebis ali
quid tuū:⁊ de viribus tuis preſumere debes: Quēadmodū
ſolent hoīes dicere: Jam dimitte:opus erat vt viam oſten
deres:ſufficit:ambulabo viam: Et ille qui tibi viam oſdit.
Ne forte vis vt deducā te? Tu autem ſi ſuperbis:abſit: Suf
ficit:ambulabo viam: Dimitteris:⁊ per infirmitatem iterū
aberrabis. Bonū erat tibi vt deduceret te:qui prius in via
Pſ.5. collocauit te. Ceterum niſi et ipſe dicat:rurſus errabis. Dic
illi ergo: Deduc me domine in via tua:et ambulabo in veri
tate tua. Quod autem viam ingreſſus es:iuuentus eſt ipſa
renouatio et initium fidei. Antea enī ambulabas per vias
tuas vagabundus:errās per ſyluoſa:per aſpera:laceratus
omnibus membris:patriā q̄rebas:hoc eſt ſtabilitatē quan
dam ſpirit⁹ tui:vbi diceres:bene eſt:et ſecur⁹ diceres:que
tus ab omni moleſtia:ab omni tēptatione:ab omni poſtre
mo captiuitate:et non inueniebas. Quid dicam? Uenit ad

te qui tibi oſtenderet viā:venit ad te ipſa via:et conſtitut⁹
es in ea:nullis tuis meritis precedentibus:quoniā vtiq; er
rabas. Quid eſt:ex quo ingreſſus es? Jam regis te:iam ille
qui viā docuit te:dimittet te? Non inquit. Docuiſti me ex iu D
uentute mea. ⌊ Et vſq; nunc † annūciabo mirabilia tua. ⌋ Al.† pnun
Mirabile eſt enim quod adhuc facis vt regas me:q̄ in via ciabo.
poſuiſti me: Et hec ſunt mirabilia dei. Que ſunt putas mira
bilia dei? Quid mirabili⁹ inter dei mirabilia q̄ mortuos ſu
ſcitare? Nunquid nam ego mortuus ſum inquis? Si mortu⁹
nō eſſes:nō diceref tibi: Surge qui dormis ⁊ exurge a mor Eph.5.
tuis:et illuminabit te chriſtus. Mortui ſunt omnes infide
les:omnes iniqui corpore viuūt:ſed corde extincti ſunt. Qui
autē ſuſcitat mortuū ſecūdū corpus:reddit eū luci huic vidē
de:⁊ huic aeri ducendo:nō autē ſuſcitator eius:ipſe illi lux
⁊ aer eſt. Incipit videre quēadmodū videbat antea. Anima
nō ſic exuſcitatur. Anima enim exuſcitatur a deo:q̄q̄ ⁊ cor
pus exuſcitetur a deo. Sed deus quando exuſcitat corpus:
mundo reddit:quādo exuſcitat animā:ſibi reddit. Si reces
dat aer mūdi iſtius:morit corpus:ſi recedat de⁹ morit aīa.
Cū ergo animā ſuſcitat de⁹ niſi aſſit qui ſuſcitauit:ſuſcitata
nō viuit. Nō enī ſuſcitat:⁊ dimittit vt viuat ſibi:ſicut lazar⁹
quādo reſuſcitat⁹ eſt quatriduan⁹ mortuus:ſuſcitat⁹ eſt cor
pore per domini corporalē preſentiā. Acceſſit enim corpora
liter ad ſepulchrū:clamauit: Lazare veni foras: Et ſurrexit Joā.11.
lazar⁹:proceſſit de ſepulchro ligat⁹:deinde ſolut⁹ diſceſſit. Re De pe.diſ.
ſuſcitatus eſt domino preſente:ſed vixit ⁊ dño abſente:q̄q̄ 1.reſuſcitas
eum dñs corporaliter reſuſcitaſſet:q̄tū ad viſibilia pertinet tuo.
Ceterum preſentia maieſtatis ſue illū ſuſcitauit:qua preſen
tia nuſq̄ recedit. Interim tamē ad p̄ſentiā viſibilē domin⁹
ſuſcitauit lazarū. Diſceſſit de ipſa ciuitate dñs vel de illo lo
co:nunquid lazarus non vixit? Non ſic anima ſuſcitatur. Su
ſcitat illā de⁹:moritur ſi diſceſſerit de⁹. Dicam enī audacter
fratres:ſed tamen verū. Due vite ſunt:vna corporis:altera
anime. Sicut vita corporis anima:ſic vita anime de⁹. Quo
modo ſi anima deſerat moritur corpus:ſic anima moritur ſi
deſerat deus. Ipſa eſt enī gratia eius vt reſuſcitet et ſit no
biſcum. Quod ergo nos ſuſcitat a morte noſtra preterita:⁊
innouat quodammodo vitā noſtrā:dicim⁹ ei: Deus docuiſti
me ex iuuentute mea. Quia vero nō recedit ab eis quos ſu
ſcitat: ne cum receſſerit moriantur:dicimus ei: Et vſq; nunc
annūciabo mirabilia tua:quia cū mecū es viuo:⁊ anime mee
vita tu es:que moritur ſi dimittat ſibi. Ergo dū adeſt vita
mea:hoc eſt de⁹ meus vſq; nunc:quid poſtea? ⌊ Et vſq; in E
ſenectā ⁊ ſeniū. ⌋ Duo iſta nomina ſenectutis ſunt:⁊ diſcer
nuntur a grecis. Grauitas enim poſt iuuentutem aliud no
men habet apud grecos:⁊ poſt ipſam grauitatē veniēs vlti
ma etas aliud nomē habet. Nā πρεσβυτης dicit grauior:et
γεραιος ſenex. Quia vero in latina lingua duorū iſtorū no
minum diſtinctio deficit:de ſenectute ambo ſunt poſita ſe
necta et ſenium. Scitis autem eſſe duas etates. Docuiſti
me gratiam tuam a iuuentute mea:et vſq; nunc: Poſt iuuē
tutem meā annūciabo mirabilia tua:quia mecū es vt nō mo
riar:quia veniſti vt ſurgā. Et vſq; in ſenectā ⁊ ſenium:id eſt
vſq; ad vltimū meū:niſi mecū fueris:nō erit aliquid meriti
mei: Gratia tua ſemp p̄ſeueret mecū: Hoc diceret etiaꝫ vn⁹
homo:tu:ille:ego. Quia vero vox iſta vnius cuiuſdā magni
hominis eſt:hoc eſt ipſius vnitatis:vox eſt enī eccleſie:q̄ra
mus iuuētutē eccleſie. Quādo venit chriſt⁹:mortu⁹ eſt:cru
cifixus eſt:ſurrexit:vocauit gētes:ceperūt cōuerti:facti ſunt
martyres fortes in chriſto:fuſus eſt ſanguis fidelis:ſurrexit
ſeges eccleſie: Hec iuuēt⁹. Progredientib⁹ autē tēporib⁹ cō
fiteatur eccleſia:dicat: Uſq; nūc annunciabo mirabilia tua:
nō tantū in iuuētute quādo paul⁹:quādo petr⁹:quādo pri
mi apoſtoli nunciauerūt:precedente etiā etate:ego ipſe:id
eſt vnitas tua:corpus tuum:annūciabo mirabilia tua. Quid
poſtea? Et vſq; ad ſenectam ⁊ ſenium annūciabo mirabilia
tua:vſq; in finem ſeculi erit hic eccleſia. Si enim nō hic fu
tura eſt vſq; in finē ſeculi:quibus dñs dixit: Ecce ego vobiſ Math.28.
cum ſum omnib⁹ dieb⁹ vſq; in cōſummationē ſeculi? Quare
iſta oportebat:vt dicerenf in ſcripturis? Quia futuri erant
inimici chriſtiane fidei qui dicerēt:ad certum tempus ſunt
chriſtiani:poſtea peribunt et redibunt idola:rediet quod
erat antea. Quamdiu erunt chriſtiani? Uſq; ad ſenectam et

ſenium:id eſt vſq; in finem ſeculi. Tu cum expectas miſer
infidelis:vt tranſeant chriſtiani:tranſis tu ſine chriſtianis:Et
chriſtiani vſq; in finem ſeculi permanebũt:τ tu puer per in
fidelitatem tuam:cum finieris breuẽ vitam tuam:qua fron
te exies ad iudicem quẽ cum viueres blaſphemaſti? Ergo
a iuuentute mea τ vſq; nunc τ vſq; ad ſenectam et ſenium:
Alis † de⁹. ⌊†Domine ne derelinquas me.⌋ Non quomodo dicũt ini
F micI mei:vſq; ad tẽpus erit. Ne derelinquas me. ⌊ Donec
Als † que annũciem brachium tuum generatiõi omni†ſupuẽture.⌋
ventura eſt. Et brachiũ dñi cui reuelatum eſt? Brachiũ dñi:xp̃s. Noli
Eſaie.53. ergo derelinquere me: Non gaudeant q̃ dicũt:Uſq; ad cer
tum tempus erũt chriſtiani:ſunt qui annũcient brachium
dñi. Cui? Generationi omni ſuperuẽture. Si ergo omni ge
nerationi ſupuẽture:vſq; in finem ſeculi: Finito enim ſecu
lo:iam nulla ſupueniet generatio. ⌊ Potẽtiã tuã τ iuſticiã
tuam.⌋ Hoc eſt annũciem generationi omni ſupuẽture bra
chium tuũ. Et quid preſtitit brachium tuũ? Liberationem
noſtrã gratuitã. Hoc ergo annũciem:ipſam gratiã omni ge
nerationi ſupuẽture. Dicam omni homini naſcituro: Nihil
es per te:deum inuoca:tua peccatã ſunt:merita dei ſunt:Sup
plicium tibi debetur:τ cum premiũ venerit:ſua dona coro
nabit:nõ merita tua. Dicam omni generationi ſupuenture:
de captiuitate veniſti:ad adam pertinebas. Dicã hoc omni
generationi ſupuẽture:nullas vires meas: nullam iuſticiã
meam:ſed potentiam tuã τ iuſticiam tuã.⌋ Deus vſq; in al
tiſſima que feciſti magnalia.⌋ Potẽtiam tuam τ iuſticiam
tuam vſq;quo? Uſq; ad carnem τ ſanguinem:immo vſq; ad
altiſſima que feciſti magnalia. In altis celi ſunt:in altis an
geli ſunt:ſedes:dominationes:principatus:poteſtates tibi
debẽt q ſunt:tibi debẽt q viuunt:tibi debẽt q iuſte viuũt:
tibi debẽt q beate viuũt. Potẽtiam tuã et iuſticiam tuam:
vſq;quo? Uſq; in altiſſima q̃ feciſti magnalia. Ne putes ho
minem ſolum pertinere ad gratiam dei:quid erat angelus an
teq̃ fieret? Quid eſt angelus ſi deſerat q̃ creauit? Ergo po
tentiam tuã τ iuſticiã tuã vſq; in altiſſima q̃ feciſti magna
lia. Et homo ſe extollit:τ vt pertineat ad primam captiui
Geñ.3. tatem:audit ſerpẽtẽ ſuggerẽtem: Guſtate τ eritis ſicut dij.
G Homines ſicut dij? ⌊ De⁹ quis ſimilis tibi?⌋ Nõ in abyſſo:
nõ in inferno:nõ in terra:nõ in celo: Omnia enim tu feciſti.
Quid cõtẽdit op⁹ cum artifice? Deus quis ſimilis tibi? Ego
aũt ait adam miſer:τ in adam omnis homo:cui volo eſſe p
uerſe ſimilis tibi:ecce quid factus ſum:vt de captiuitate ad
te clamẽ? Cui bene erat ſub rege bono:captiuus fact⁹ ſum
ſub meo ſeductore:τ clamo ad te:q: cecidi abs te. Et vnde
Ibidem. abs te cecidi? Cum quero eſſe peruerſe ſimilis tibi. Quid
enim? Deus nõne ad ſuam ſimilitudinem nos vocat? Nõne
Mat.5 ipſe eſt qui dicit: Diligite inimicos veſtros: orate pro eis q̃
vos perſequũtur:benefacite eis qui vos oderũt? Hec dicẽs
ad ſimilitudinem dei nos hortatur. Deniq; quid adiungit?
Ut ſitis inq̃t filij patris veſtri qui in celis eſt: Quid enĩ ipſe
Ibidem. facit? Hoc facit certe: Qui ſolem ſuũ oriri facit ſup bonos τ
malos:τ pluit ſuper iuſtos τ iniuſtos. Qui enim bene vult
inimico ſuo:deo ſimilis eſt: Nec iſta ſupbia:ſed obedientia
Geñ.1.i eſt. Quare? Quia ad imagines dei facti ſumus. Faciamus
inquit hominem ad imaginem τ ſimilitudinẽ noſtram. Nõ
ergo aliquid alienũ eſt:ſi imaginem dei tenemus in nobis:
Utinam eam p ſuperbiam nõ admittamus. Sed quid eſt
per ſuperbiam? Uelle eſſe ſimilis deo. Quid putamus vt ex
clamaret captiuus: Dñe quis ſimilis tibi? Que eſt iſta per
uerſa ſimilitudo? Audite τ intelligite ſi poteſtis. Credim⁹
autem q ipſe qui nos poſuit hec vobis dicere:dabit vobis
etiam poſſe τ intelligere. Deus nullo indiget bono:τ ipſe eſt
H ſummum bonum:τ ab ipſo eſt omne bonum. Ut ergo boni
ſimus:deo indigemus:vt bonus ſit deus:nobis nõ indiget
Nec nobis tãtum:ſed vſq; ad altiſſima que fecit magnalia
Nec ipſis celeſtibus:nec ſupercceleſtibus:nec celo celi quod
dicitur indiget deus:vt aut melior ſit:aut potẽtior:aut bea
tior. Quid enĩ eſſet quicq̃d aliud eſt:niſi ipſe feciſſet? Quo
ergo eget abs te qui erat ante te:τ tã potens erat:vt cum
tu nihil eſſes:faceret te? Nũquid quomodo parẽtes faciũt
filios? Per quãdam concupiſcẽtiam carnalem generant po
tius q̃ creant. Iſtis enim generãtibus:deus creat. Nam ſi
tu ita creas:dic q̃d tua mulier paritura eſt? Quid dicis? Ta

dic. Ipſa dicat:que quod portat ignorat. Generãt tamen
homines filios:τ ad ſolatiũ ſuum:τ ad ſubſidiũ ſenectutis
Nunquid ideo creauit hec omnia deus a quibus ſenex ad
iuuarentur? Nouit ergo deus quod creat:et quale ſit per
eius bonitatem:et quale futurum ſit per propriã volunta
tem: Nouit deus et ordinauit omnia. Ut autẽ homo ſit ali
quid:cõuertit ſe ad illũ a quo creat⁹ eſt. Recedendo enĩ fri
geſcit:accedendo ferueſcit: Recedẽdo tenebreſcit:accedẽ
do clareſcit. A quo enim habet vt ſit:apud illum habet vt
ei bene ſit. Deniq; filius minor qui voluit in ſua poteſtate
habere ſubſtantiam ſuã:que illi apud patrem optime ſer
uabatur:factus ſue poteſtatis: profectus eſt in regionem
longinquam: heſit principi malo:porcos pauit:fame corre
ptus eſt qui ſaturitate ſuperbus abſceſſerat. Ergo quiſq;s Luce.15.
ita vult eſſe ſimilis deo:vt ad illum ſtet: fortitudinẽq; ſuã
ſicut ſcriptum eſt:ad illum cuſtodiat:non ab illo recedat:ei
ei cohe rẽdo ſignetur tanq̃ et anulo cera: Illi affirmis ha
beat imaginem eius:faciens quod dictum eſt: Mihi autem Ps.58.
adherere deo bonum eſt:vere cuſtodit ſimilitudinẽ τ ima Ps.72.
ginem ad quam factus eſt. Porro autem ſi peruerſe volue Geñ.1.
rit imitari deum:vt quomodo deus non habet a quo forme
tur: non habet a quo regatur. Sic ipſe velit ſua poteſta
te vti:vt quomodo deus nullo formante:nullo regente vi
uat:quid reſtat fratres:niſi vt recedens ab eius calore tor
peſcat:recedens a veritate vaneſcat:recedens ab eo quod
ſumme atq; incõmutabiliter eſt:in deterius mutatus defi
ciat? Hoc diabolus fecit:imitari deũ voluit: ſed peruerſe: I.
nõ eſſe ſub illius poteſtate:ſed habere contra illum poteſta
tem. Homo aũt poſitus ſub precepto: audiuit a dño deo: Geñ.2.τ.3.
Noli tãgere. Quid? Hanc arborẽ. Quid eſt enim illa arbor?
Si bona eſt:quare nõ tãgo? Si mala eſt quid facit in para 8.de Geñ.
diſo? Prorſus ideo eſt in paradiſo q: bona eſt:ſed nolo tan ad litteram
gas. Quare nõ tãgo? Quia obedientem te volo:non contra c.9.et.c.18
dicentem ſeruum: Ad hoc ſerue:ſed noli male ſerue. Serue
audi prius domini iuſſum:τ tunc iubentis diſce conſilium.
Bona eſt arbor:nolo tãgas. Quare? Quia dominus ſum:τ
ſeruus es. Hec tota cauſa eſt. Si parua eſt:dedignaris eſſe
ſeruus. Quid autẽ tibi expedit:niſi eſſe ſub domino? Quo
modo eris ſub dño:niſi fueris ſub precepto? Porro ſi expe
dit tibi eſſe ſub dño τ ſub precepto:quid tibi iuſſurus erat
deus? Aliquid enim querit abs te: Offer mihi ſacrificium di
cturus eſt tibi? Nõne ipſe fecit omnia: in quibus τ te fecit?
Obſequere mihi dicturus eſt tibi:ſiue ad lectum cum rece
do:ſiue ad menſam cum me reficio:ſiue ad balneas cum me
lauo:q: ergo nullo abs te indiget de⁹:nihil tibi debuit iube
re? Si autem debuit aliquid iubere:vt te (quod tibi expe
dit) ſentires eſſe ſub domino:ab aliqua re prohibẽdus eras
non pp̃ter illius arboris maliciam:ſed propter tuam inobe
dientiam. Non potuit de⁹ pfecti⁹ demõſtrare quãtũ ſit bo
num obedientie:niſi cum prohibuit ab ea re que non erat
mala. Sola ibi obedientia tenet palmam:ſola ibi inobediẽ
tia inuenit penam. Bonum eſt:nolo tangas. Non enim nõ
tangendo moriturus es. Nũquid qui hinc p̃hibuit:alia ſub
traxit? Nonne eſt paradiſus fructuoſis plenus arboribus?
Quid tibi deeſt? Hoc nolo tangas:hic nolo guſtes. Bonum
eſt: ſed obedientia melior eſt. Proinde cum tetigeris:nũq̃d
arbor illa malum erit vt moriaris? Sed inobedientia te ſub
iecit morti:q: prohibita tetigiſti. Ideo arbor illa appellata Ibidem.
eſt ſcientia dinoſcendi boni τ mali:nõ q: inde talia quaſi po
ma pendebãt:ſed quicquid eſſet arbor illa cuiuſlibet pomi:
cuiuſlibet fructus eſſet:ideo ſic vocata eſt: quia homo q̃ nol
let bonum a malo diſcernere per p̃ceptum: diſcretur⁹ erat
per experimẽtum:vt tãgẽdo vetitum: inueniret ſupplicĩũ.
Quare aũt tetigit fratres mei? Quid illi deerat? Dicat mihi
quid illi deerat in paradiſo conſtituto: in media opulentia:
medijſq; delitijs? Cui magne delitie erant ipſa viſio dei: cu
ius faciem quaſi inimica timuit poſt peccatũ? Quid illi deerat Geñ.3:
vt tãgeret:niſi q: ſua poteſtate vti voluit:p̃ceptũ rũpere de
lectauit? Ut nullo ſibi dñante fieret ſicut de⁹:q: deo nullus
vtiq; dñatur. Male vagus:male p̃ſumẽs:factus mortu⁹:re
cedẽdo a vita iuſtitie: Ecce ſoluit p̃ceptũ:excuſſit a ceruice
iugũ diſciplinę:habenas regiminis exaltãte animoſitate di
rupit. Ubi eſt nũc? Certe captiu⁹ clamat: Dñe q̃s ſimilis tibi?
Uolui

Volui eſſe peruerſe ſimilis tibi:⁊ factus ſum ſimilis pecori.
Pſ.48. Sub tua dominatione:ſub tuo ꝓcepto vere ſimilis erā:ſed
homo in honore poſit⁹ nō intellexit:cōparat⁹ eſt iumentis
inſenſatis:⁊ ſimilis factus eſt illis. Jam de ſimilitudine iu
R mentorum clama ſero et dic:Deus quis ſimilis tibi? ⌊ Quā
tas oſtendiſti mihi tribulationes multas ⁊ malas. ⌋ Me
Gen.1. rito ſuperbe ſerue. Voluiſti enim peruerſe eſſe ſimilis domi
no tuo:qui fact⁹ eras ad imaginem dñi tui. Bene tibi vel
les vt eſſet recedenti ab illo bono? Prorſus dicit tibi deus:
Si recedis a me ⁊ bene tibi eſt:ego nō ſum bonū tuū. Pro
inde ſi ille bon⁹ ⁊ ſumme bon⁹:⁊ de ſe ſibi bon⁹:⁊ nullo alie
no bono bon⁹:⁊ ipſe noſtrū ſummū bonū:recedendo inde:
quid eris niſi malus? Item ſi ipſe eſt beatitudo noſtra:quid
erit recedenti:niſi miſeria? Redi ergo poſt miſeriā:et dic:
Dñe quis ſimilis tibi? Quātas oſtendiſti mihi tribulatiōes
multas ⁊ malas? Sed diſciplina fuit admonitio non deſer
tio. Deniq; gratias agens quid dicit? ⌊ Et conuerſus viuifi
caſti me:⁊ de abyſſis terre iterum reduxiſti me. ⌋ Quando
eras antea? Quid eſt hoc iterū? Cecidiſti ab altitudine o hō:
Luce.14. mācipium inobediēs:ſupbe aduerſus dñm cecidiſti: Factū
eſt in te:Omnis qui ſe exaltat:humiliabit̄:fiat in te:Qui ſe
ſe humiliat:exaltabitur. Redi de profundo. Redeo inquit
redeo:agnoſco:Deus quis ſimilis tibi? Oſtēdiſti mihi tribu
lationes multas et malas:et conuerſus viuificaſti me:⁊ de
abyſſis terre iterum reduxiſti me. Intelligimus:audio: Re
duxiſti me enim de abyſſis terre:reduxiſti me a profundi
tate et ſubmerſione peccati. Sed quare iterum? Quando
iam factum erat? Sequamur ne forte poſteriora pſalmi ip
ſius exponant nobis:quod hic nōdum intelligimus quid di
xerit iterum. Ergo audiamus:Quantas oſtendiſti mihi tri
X bulationes multas et malas:et conuerſus viuificaſti me:et
Al † ma de abyſſis terre iterum reduxiſti me. Quid deinde? ⌊ Mul
gnificētiā. tiplicaſti † iuſtitiam tuam ⁊ conuerſus conſolatus es me:†
Al.†nō hȝ et de abyſſis terre iterum reduxiſti me. ⌋ Ecce alterum ite
hāc partē rum: Si hoc iterum ſoluere laboramus ſemel poſitum:quis
verſus. poterit ſoluere geminatum? Jam ipſum iterum geminatio
eſt:et rurſum poſitum eſt iterū. Aſſit ille a quo gratia:aſſit
et brachium quod annunciamus omni generationi ſupuen
ture. Aſſit ipſe:et tanq̄ clauē crucis ſue clauſum ſacramen
Math.27. tum aperiat. Neq; enim fruſtra illo crucifixo:velum templi
medium ſciſſum eſt:niſi quia per ipſius paſſionem omnium
2. Corin.3. myſteriorum ſecreta patuerunt. Aſſit ergo ipſe tranſeunti
bus ad eum:auferatur velamen:dicat vobis domin⁹ noſter
⁊ ſaluator ieſus chriſtus:quare talis vox prophete premiſſa
eſt: Oſtēdiſti mihi tribulationes multas et malas:et cōuer
ſus viuificaſti me:⁊ de abyſſis terre iterū reduxiſti me. En
hoc primum poſitum eſt iterum:videamus quid hoc ſit:⁊ in
Joh.1. niemus quare alterum iterum. Quid eſt chriſtus? In princi
pio erat verbum:et verbum erat apud deum:⁊ de⁹ erat ver
bum:hoc erat in principio apud deum: Omnia per ipſū fa
cta ſunt:et ſine ipſo factum eſt nihil. Grande hoc:magnum
------ hoc. Tu quid captiue? Vbi iaces? In carne:ſub morte. Quis
ergo ille? Quis tu? Et quid ille poſtea? Propter quē? Quis
ille:niſi quod dictū eſt verbū? Quod verbū? Ne forte ſonat
et tranſit? Verbum deus apud deum:verbum per quod fa
Ibidem. cta ſunt omnia. Quid propter te? Et verbum caro factum eſt:
Roma.8. ⁊ habitauit in nobis. Qui filio ꝓprio nō pepercit:ſed pro
nobis omnibus tradidit illum. Quomodo ergo non et cū
illo omnia nobis donauit? Ecce quid:quis:ꝓpter quē. Fili⁹
dei caro ꝓpter peccatorē:ꝓpter iniquū:ꝓpter deſertorē:ꝓ
pter ſupbū:ꝓpter puerſum dei ſui imitatorē. Factus ille qđ
tu:fili⁹ hominis:vt nos efficeremur filij dei. Caro fact⁹. Vñ
Luce.3. caro? Ex maria virgine. Vnde maria virgo? Ex adā. Ergo
ex illo primo captiuo et caro in chriſto de maſſa captiuita
tis: Vt quid hoc? Ad exemplum. Suſcepit a te:in quo more
retur pro te. Suſcepit a te quod offerret pro te:quo exem
plo doceret te. Quid doceret te? Quia reſurrecturus es.
Vnde enim crederes:niſi exemplum carnis precederet aſ
ſumpte de maſſa carnis tue? Ergo in illo primo reſurrexi
mus:quia et chriſtus cum reſurrexit nos reſurreximus. Nō
enim verbum mortuum eſt:et reſurrexit:ſed in verbo caro
mortua eſt et reſurrexit. Ibi mortuus eſt chriſtus:vbi es
tu moriturus:et ibi reſurrexit chriſtus vbi tu es reſur

recturus. Exemplo ſuo docuit quid non timeres:quid ſpe
rares. Timebas mortem:mortuus eſt:deſperabas de reſur
rectione:reſurrexit: Sed dicis mihi. Ille reſurrexit:nūquid
ego? Sed reſurrexit in eo quod ꝑ te accepit ex te. Ergo na
tura tua in illo preceſſit te:et quod ſumptum eſt ex te:aſcē
dit ante te. Ibi ergo et tu aſcendiſti. Aſcēdit ergo ille prior
⁊ illo nos:quia caro illa de genere humano. Ergo et illo re
ſurgente:reducti ſumus ex abiſſis terre. Cum itaq; reſurre
xit chriſtus:de abyſſis terre reduxiſti me. Cum vero credi
mus in chriſtum:de abyſſis terre iterum reduxiſti me. Ec
ce vnum iterum audi impleri ab Apoſtolo: Si ergo reſurre Col.3.
xiſtis cum chriſto:que ſurſum ſunt q̄rite:vbi chriſtus eſt in
dextera dei ſedens:que ſurſum ſunt ſapite:non que ſup ter
ram. Preceſſit ergo ille ⁊ iā reſurreximus et nos:ſed adhuc Roma.8.
in ſpe. Audi hoc idem apoſtolum Paulum dicentē: Et ipſi
in nobiſmetipſis ingemiſcimus:adoptionem expectantes
redemptionē corporis noſtri. Adhuc ingemiſcis:adhuc ex Ibidem.
pectas. Quid ergo eſt quod tibi ꝓſtitit chriſt⁹? Audi quod
ſequitur. Spe enim ſalui facti ſumus: Spes autem que vi
detur non eſt ſpes. Quod enim videt quis:quid ſperat? Si
autem quod non videmus ſperamus:per patientiam expe
ctamus: Reducti ergo ſumus iterum ab abyſſis ſpe. Qua
re iterum? Quia iam chriſtus preceſſerat. Sed quia reſur
gemus in re:modo enim ſpe viuimus:modo ſecūdū fidem
ambulamus:reducti ſumus ab abyſſis terre:credēdo in eū
q̄ ante nos reſurrexit ab abyſſis terre. Reſuſcitata eſt ani
ma noſtra ab iniquitate infidelitatis:et facta eſt in nobis
quaſi prima reſurrectio per fidē. Sed ſi ſola erit:vbi eſt qđ
Apoſtolus ait? Adoptionem expectantes redemptionē cor
poris noſtri? Vbi eſt quod illo loco dixit: Corpus mortuum Vbi.s.
eſt propter peccatum:ſpiritus vita eſt propter iuſtitiā? Si
autem qui ſuſcitauit chriſtum a mortuis habitat in nobis:q̄
ſuſcitauit ieſum chriſtum a mortuis:viuificabit et mortalia
corpora noſtra per inhabitantem ſpiritū eius in nobis. Er
go iam reſurreximus:mente: fide:ſpe:charitate:ſed reſtat
vt reſurgamus corpore. Audiſti vnum iterum: audi alterū
iterum. Vnum iterum propter chriſtum precedentem: Te
iterum:ſed adhuc ſpe. Quid reſtat in re? Multiplicaſti iu
ſtitiam tuam:iam in credentibus:iam in illis qui primo re
ſurrexerant in ſpe: Multiplicaſti iuſtitiam tuam. Ad ipſam 1. Pet.4.
iuſtitiam pertinet et flagellum:quia tempus eſt vt iudiciū
incipiat a domo dei:ait petrus:id eſt a ſanctis eius. Flagel Heb.12.
lat autē omnē filiū quē recipit. Multiplicaſti iuſtitiā tuam
quia iam nec filijs pepercaſti:ſed quibus hereditatē eternā
ſeruabas:diſciplina non deſeruiſti. Multiplicaſti iuſtitiam
tuam:et conuerſus conſolatus es me:et propter corpus in
fine reſurrecturum:et de abyſſis terre iterū reduxiſti me.
⌊ † Etenim ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem Al.† Nā ⁊.
tuam. ⌋ Vaſa pſalmi:pſalterium. Sed quid eſt pſalterium ·N
Organum ligneum cū chordis. Quid ſignificat? Intereſt
aliquid inter ipſum et citharam? Intereſſe dicūt qui norūt
eo q̄ concauum illud lignum cui chorde ſupertenduntur vt
reſonent:in ſuperiore parte habet pſalterium:citharam in
inferiore: Et quia ſpirit⁹ de ſup:caro de terra:ſignificari vi
detur:ꝑ pſalteriū ſpirit⁹:ꝑ citharā caro. Et q: duas dixerat
reductiones noſtras ab abyſſis terre:vnā ſecūdū ſpiritum
in ſpe:alterā ſecundū corp⁹ in re:audi eas duas. Etenī ego
confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatē tuā. Hoc eſt ſecūdū
ſpiritū. Quid de corpore? ⌊ † Pſallā tibi in cithara ſanct⁹ Al.† de⁹.
iſrael. ⌋ Iterū hoc audi:ꝓpter ipſū iterū ⁊ iterum. ⌊ Exul Al.† dū cā
tabunt labia mea † cū pſallā tibi. ⌋ Sed quia labia ſolent tauero.
dici ⁊ interioris hominis ⁊ exterioris:incertū eſt quomodo
poſita ſint labia. Sequit̄ ergo. ⌊ Et anima mea quā rede
miſti. ⌋ Ergo de labijs interioribus ſaluati in ſpe:reducti
ab abyſſis terre in fide ⁊ charitate:expectantes tamen ad
huc redemptionem corporis noſtri:qđ dicimus? Jam dixit. Roma.8.
Et anima mea quam redemiſti. Sed ne ſolā animā redem
ptam putares:in qua nūc audiſti vnū iterū: Adhuc aūt inde
Quid adhuc? ⌊ † Adhuc autē † ⁊ lingua mea. ⌋ Ergo iā Al.† nō hȝ
lingua corporis: ⌊ Tota die meditabit̄ iuſtitiā tuā: ⌋ Id
eſt in eternitate ſine fine. Sed quando hoc? Jam in fine ſe
culi:in reſurrectione corporis:et immutatione in angelicū
ſtatum. Vnde hoc probatur:quia de fine dicitur? Adhuc

autem et lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam.
Al. † reue-riti. ⌊Cū ↄfuſi fuerint et † erubuerint:qui q̄runt mala mihi.⌋
Quando confundentur:quando erubeſcent:niſi in fine ſe-
culi:Duobus enim modis confundentur:aut cum credēt in
Mat.3.2.13 chriſtū:aut cū venerit chriſtus. Nā q̄diu hic eſt eccleſia:q̄
diu gemit triticum inter paleas:q̄diu gemunt ſpice inter zi-
zania:q̄diu gemūt vaſa miſericordie inter vaſa ire facta in
contumeliam:q̄diu gemit lilium inter ſpinas:non deerunt
2.Timo.2. inimici qui dicant:Quando morietur et peribit nomen ei⁹?
Cant.2. Id eſt ecce veniet tempus vt finiantur:et non ſint chriſtia-
ps.40. ni.Sicut ceperunt ex aliquo tempore:ita vſq; ad certū tē-
pus erunt.Sed cum iſta dicunt:et ſine fine moriuntur:et ꝑ-
manet eccleſia predicans brachium domini omni genera-
tioni superuenture.Ueniet et ipſe viſibilis in claritate ſua:
Mat.25. reſurgent omnes mortui:quiſq; cum cauſa ſua:Separabun-
tur boni ad dexteram:mali autem ad ſiniſtram:Et confun-
dentur qui inſultabant:erubeſcent qui garriebant:Et ſic lin-
gua mea poſt reſurrectionem meditabitur iuſtitiam tuam:
tota die laudem tuam:Cū cōfuſi fuerint et erubuerint qui
querunt mihi mala.

¶ Explicit Tractatus de ps̄.lxx.

¶ Incipit Tractatus de ps̄.lxxi.

A In ſalomonem:⌋ quidem pſalmi huius titulus pre-
notatur.Sed hec in eo dicuntur que non poſſint illi
ſalomoni regi iſrael ſecundum carnem iuxta ea que de illo
ſancta ſcriptura loquitur conuenire:Domino autem chriſto
aptiſſime poſſunt. Unde intelligitur etiā ipſiꝫ vocabulum
ſalomonis ad figuratā ſignificationeꝫ adhibitum:vt in eo
chriſtus accipiatur.Salomon quippe interpretatur pacifi-
cus:Ac per hoc tale vocabulū illi veriſſime atq; optime con-
gruit:per quem mediatorem ex inimicis accepta remiſſio-
Ro.5. ne peccatorum reconciliamur deo.Etenim cū inimici eſſe-
mus recōciliati ſumus deo per mortem filij eius . Idcirco ipſe
eſt ille pacificus qui fecit vtraq; vnum:⁊ medium parietē
Eph.2. macerie ſoluens inimicitias in carne ſua:legem mādatorū
decretis euacuans:vt duos cōderet in ſe vnum nouum ho-
minem:faciēs pacem:⁊ veniēs euāgelizauit pacē his q̄ lon-
Ioā.14. ge:⁊ pacem his qui prope: Ipſe in euāgelio dicit: Pacem
relinquo vobis:pacem meam do vobis: Et multis alijs te-
ſtimonijs dñs xp̄s pacificus eſſe mōſtratur : nō ſm̄ pacem
quā nouit ⁊ querit hic mūdus:ſed illam pacem de qua di-
citur apud prophetā:Dabo eis ſolatium verū:pacē ſuꝑ pa-
ce:cui ſcꝫ paci recōciliationis:additur pax immortalitatis
Nam poſt omnia reddita que promiſit deus:nouiſſimā pa-
cem nos expectare debere:qua cū deo viuamus in eternū:
Eſaie.26. idem propheta oſtēdit vbi ait:Domine deus noſter pacem
1.Corin.15. da nobis:Omnia enim dediſti nobis. Pax erit plane illa
perfecta quādo nouiſſima inimica deſtruetur mors . Et in
Ibidem. quo erit hoc niſi in pacifico illo recōciliatore noſtro ? Sicut
enim in adam oēs moriūtur:ſic ⁊ in xp̄o oēs viuificabūtur.
Quē ergo inuenimus verū ſalomonē:hoc eſt verū pacificū:
quid deinde pſalmus ipſe de illo doceat attēdamus.

¶ Expoſitio pſalmi.

B Deus iudicium tuum regi da: et iuſtitiam tuā filio re-
Ioā.5. gis.⌋ Dominus ipſe in euāgelio dicit: Pater nō iudi-
cat quēq̄:ſed omne iudicium dedit filio: Hoc eſt ergo:De⁹
Mat.22. iudicium tuū regi da. Qui rex:etiaꝫ filius eſt regis: quia ⁊
deus pater vtiq; rex eſt. Ita ſcriptū eſt:q̄ rex fecit nuptias
filio ſuo.More aūt ſcripture idē repetitur. Nam qd̄ dixit:iu-
diciū tuū:hoc aliter dixit:iuſtitiam tuam: Et qd̄ dixit:regi:
ps.2. hoc aliter dixit:filio regis:Sicut eſt illud : Qui habitat in
celis irridebit eos:⁊ dñs ſubſannabit eos.Quod eſt:qui ha-
bitat in celis:hoc eſt:⁊ dñs: Et qd̄ eſt irridebit eos:hoc eſt:
ps.18. ſubſannabit eos:Et:Celi enarrāt gloriā dei:⁊ opa manuū
eius annūciat firmamētum. Celi repetiti ſunt noīe firma-
menti: Et qd̄ dictum eſt:gloriā dei repetitū eſt : opera ma-
nuum ei⁹: Et qd̄ dictū eſt:enarrāt repetitum eſt : annūciat.
Iſte aūt repetitiones multū eloquia diuina cōmēdāt: ſiue
eadem verba alia ſentētia :ſiue alijs verbis eadē ſentētia
repetatur:⁊ maxime reperiūtur in pſalmis:⁊ in eo genere
C ſermonis quo animi eſt mouendus affectus. Deinde ſequi-
Alis † non habet. tur: ⌊Iudicare populū tuum in † tua iuſtitia: ⁊ pauperes
tuos in iudicio⌋ Rex pater regi filio ad quam rem dedit

iudicium ſuum ⁊ iuſtitiam ſuā:ſatis oſtenditur cum dicit:
Iudicare populum tuū in iuſtitia:id eſt ad iudicādum po- Prouer.1.
pulum tuū. Talis locutio eſt apud ſalomonem: Prouerbia
ſalomonis filij dauid:Scire ſapiētiam ⁊ diſciplinā:Hoc eſt
prouerbia ſalomonis:ad ſciendam ſapiētiam ⁊ diſciplinā:
Ita iudicium tuum regi da:Iudicare populū tuum:id eſt
iudiciū tuum da ad iudicādum populū tuū. Qd̄ autem ait
prius:populū tuū:hoc ait poſterius:pauperes tuos: Et qd̄
ait prius:in iuſtitia:hoc poſterius.in iudicio:more illo repe-
titionis:Ubi ſane demonſtrat populum dei pauperem eſſe Mat.5.
debere:id eſt non ſuperbum:ſed humilem.Beati enī pau-
peres ſpiritu:qm̄ ipſorū eſt regnū celorum:Qua pauperta-
te etiam beatus Iob pauper fuit:⁊ anteq̄ magnas illas ter-
renas diuitias amiſiſſet:Quod ideo cōmemorādū putaui:
quoniam ſunt quidam qui facilius oīa ſua pauperibus di-
ſtribuūt:q̄ ipſi pauperes dei fiāt. Inflati ſunt enim iactā-
tia qua putāt ſibi eſſe tribuēdum: nō gratie dei q̄ bene vi-
uunt:et ideo iam nec bene viuūt quātūcūq; bona opera fa-
cere videātur.De ſuo quippe habere ſe putāt:⁊ gloriantur
quaſi nō acceperint:Diuites ſui:nō pauperes dei:abūdan- 1.Corin.4
tes ſibi non egentes deo.Sed ait Apoſtolus: Si diſtribue- 1.Corin.13.
ro omnia mea pauperibus:⁊ tradidero corpus meū vt ar-
deam:charitatem autē nō habeā nihil mihi prodeſt. Tāq̄
ſi diceret:Si diſtribuero oīa mea pauperib⁹:⁊ pauper dei
non fuero:nihil mihi prodeſt. Charitas enim nō inflatur: Ibidem.
nec eſt vera charitas dei in eo qui ingrat⁹ eſt ſpirituiſancto
eius per quē diffunditur in cordibus noſtris charitas eius Ro.5.
Et ideo tales nō pertinēt ad populum dei: q: nō ſunt pau-
peres dei. Pauperes quippe dei dicūt: Nos aūt nō ſpiritū 1.Corin.2.
huius mundi accepimus:ſed ſpiritum qui ex deo eſt:vt ſcia-
mus que a deo donata ſunt nobis. Nam cum ⁊ in iſto pſal-
mo ꝓpter ſuſcepti hominis ſacramētum:quo verbū caro fa- Ioā.1.
ctum eſt:dicatur deo patri regi:iuſtitiam tuā da filio regis:
nolūt iſti ſibi dari iuſtitiam:ſed a ſemetipſis eam habere cō- Ro.10.
fidunt. Ignorātes enim dei iuſtitiam ⁊ ſuam volentes con-
ſtituere : iuſtitie dei nō ſunt ſubiecti. Nō ſunt itaq; vt dixi
pauperes dei:ſed diuites ſui:q: nō ſunt humiles:ſed ſupbi.
Ueniet vero ille iudicare populū dei in iuſtitia:⁊ pauperes
dei in iudicio:⁊ eo iudicio diſcernet a diuitibus eorum pau-
peres ſuos: ſed quos paupertate ſua fecit diuites ſuos:
Clamat ei quippe populus pauper: Iudica me deus ⁊ diſ- ps.42.
cerne cauſam meam de gente non ſancta. Qd̄ aūt mutato
verborum ordine:cum prius dixiſſet:Deus iudicium tuum
regi da:⁊ iuſtitiam tuā filio regis:prius ponens iudicium:
deinde iuſtitiam:prius iuſtitiam poſuit: deinde iudicium:
dicens. Iudicare populum tuū in iuſtitia:⁊ pauperes tuos
in iudicio:magis oſtēdit iudicium ſe appellaſſe iuſtitiam:
nihil intereſſe demōſtrans quo ordine ponatur: cum idem
ſignificat. Solet enim dici iudicium prauum quod iniuſtū
eſt:iuſtitiaꝫ vero iniquam vel iniuſtam dicere non ſolemus.
Si enī praua ⁊ iniuſta erit:nec iuſtitia iā dicēda eſt. Proin-
de ponēdo iudicium atq; iuſtitie noīe repetēdo vel ponen-
do iuſtitiam:⁊ eam iudicij nomine repetēdo:ſatis edocet ꝓ-
prie ſe appellare iudiciū qd̄ ꝓ iuſtitia poni ſolet:id eſt qd̄ in
male iudicādo intelligi nō poteſt.Ubi enim dñs dicit:Noli- Ioā.7.
te iudicare ꝑſonaliter:ſed rectum iudicium iudicate:oſten-
dit eſſe poſſe prauum iudicium cum dicit: Rectum iudiciū
iudicate. Deniq; illud vetat:hoc precipit. Cū vero ſine vlla
adiectione dicit iudicium:continuo iuſtum vult intelligi:ſi-
cut eſt quod ait: Relinquitis grauiora legis:miſericordiam Mat.23.
et iudicium. Et illud qd̄ hieremias dicit: Faciens diuitias Hiere.17.
ſuas nō cum iudicio . Non ait: faciens diuitias ſuas prauo
vel iniuſto iudicio:vel non cū iudicio recto aut iuſto:ſed nō
cum iudicio:iudicium nō appellās:niſi quod rectum ac iu-
ſtum eſt. ⌊Suſcipiant mōtes pacem populo:⁊ colles iuſti- D
tiam.⌋ Montes maiores ſunt:colles minores. Nimirū er-
go hi ſunt quos alius habet pſalmus:puſillos cū magnis.
Iſti quippe mōtes exultauerunt ſicut arietes:⁊ iſti colles ps.113.
ſicut agni ouium:ſicut in exitu iſrael de egypto:id eſt in po-
puli dei liberatione ab huius ſeculi ſeruitute: Excellēti er- Ibidem.
go ſanctitate eminētes in eccleſia montes ſunt: qui idonei
ſunt et alios docere:ſic loquēdo vt fideliter inſtruantur:ſic
viuendo vt ſalubriter imitentur. Colles autem ſunt illorū 2.Timo.2.
excellētiam

excellentiam ſua obedientia ſubſequētes. Quare ergo mō-
tes pacem et colles iuſtitiam? An forte nihil intereſſet etiā
ſi ita diceretur: Suſcipiant montes iuſtitiam populo: ⁊ col-
les pacem: Utriſq; enim iuſtitia ⁊ vtriſq; pax neceſſaria eſt:
Et fieri poteſt vt alio nomine pax appellata ſit ipſa iuſtitia
Hec eſt enim vera pax: non qualem iniuſti inter ſe faciunt:
An potius cum diſtinctione nō contēnenda intelligendū eſt
quod ait: Montes pacem et colles iuſtitiam? Excellentes
quippe in eccleſia: paci debent vigilanti intentione conſule-
re: ne propter ſuos honores ſuperbe agendo ſe ſchiſmata
faciant: vnitatis compage dirupta. Colles autē ita eos imi-
tādo et obediendo ſubſequantur: vt eis chriſtum anteponāt
ne malorum montium quoniā videntur excellere vana auto-
ritate ſeducti: ſe a xp̄i vnitate dirūpant. Ideo dictum eſt:
1.Cor. 4. Suſcipiant montes pacem populo. Dicāt quidem: Imita-
Gal.1. tores mei eſtote ſicut ⁊ ego xp̄i. Sed rurſus dicant: Licet ſi
nos aut angelus de celo vobis annūciauerit preter q̄ quod
1.Cor.1. accepiſtis: anathema ſit. Dicant etiam: Nunquid paulus p
vobis crucifixus eſt: aut in nomine pauli baptizati eſtis? Ita
ſuſcipiāt pacem populo dei: id eſt pauperibus dei: nō illis:
1.Cor.3. ſed cum illis regnare cupientes. Illi quoq; nō dicant: Ego
ſum pauli; ego autem apollo: ego vero cephe: ſed omnes di-
cant: ego ſum chriſti. Hec eſt iuſtitia: nō anteponere ſeruos
Ps.120. domino: nec equare: ita leuare oculos in montes vnde ve-
niat auxilium ſibi: vt tamē auxilium ſuū non ſperent a mon-
tibus: ſed a domino qui fecit celum et terram. Poteſt et ſic
E conuenientiſſime intelligi: Suſcipiant montes pacem popu-
lo: vt pacem intelligamus in recōciliatione qua deo recon-
2.Cor.5. ciliamur: montes quippe eam ſuſcipiunt populo eius. Hoc
Apoſtolus ita teſtatur. Uetera tranſierunt: ecce facta ſunt
noua: Omnia autem ex deo qui recōciliauit nos ſibi p chri-
ſtum: et dedit nobis miniſterium recōciliationis. Ecce quō
Ibidem. ſuſcipiunt montes pacem populo eius. Deus enim erat in
chriſto mundum reconcilians ſibi: non reputās illis delicta
eorum: ⁊ ponēs in nobis verbum recōciliationis. In quib⁹
niſi in montibus qui ſuſcipiunt pacem populo eius? Quo-
Ubi.5. circa legati pacis ſubſequēter adiūgūt ⁊ dicūt: Pro xp̄o er-
go legatione fungimur tanq̄ deo exhortāte per nos: obſecra-
mus pro xp̄o recōciliari deo. Hanc pacem ſuſcipiunt mōtes
populo eius: id eſt predicationem legationemq; pacis eius.
Colles autem iuſtitiam: hoc eſt obediētiam: quō eſt in hoīb⁹
et in omni rationali creatura: omnis iuſtitie origo atq; per-
fectio: ita vt duorū hoīm: id eſt adā qui fuit caput mortis no-
Roma.5. ſtre ⁊ xp̄i q̄ eſt caput ſalutis noſtre: hec cōmēdetur magna di-
ſtinctio: quia ſicut p inobediētiā vni⁹ hoīs peccatores cōſtituti
ſunt multi: ita ⁊ p obediētiā vni⁹ hoīs iuſti cōſtituentur multi.
Suſcipiāt ergo montes pacem populo: et colles iuſtitiam:
vt hoc modo vtriſq; cōcordātibus: fiat quod ſcriptum eſt:
Ps.84. Iuſtitia ⁊ pax oſculate ſunt ſe. Quod vero alii codices ha-
bent: Suſcipiant montes pacem populo et colles: vtroſq;
predicatores euangelice pacis intelligēdos puto: ſiue pre-
cedentes ſiue ſubſequentes. In his autem codicibus illud
ſequitur. In iuſtitia iudicabit pauperes populi. Sed illi ma-
gis codices approbantur: qui habēt quod ſupra expoſuim⁹:
Suſcipiant montes pacem populo: et colles iuſtitiā. Aliqui
autem habent: populo tuo: aliqui non habent tuo: ſed tātū-
F modo populo. Iudicabit pauperes populi: et ſaluos fa-
ciet filios pauperum. Pauperes et filii pauperum idem
ipſi mihi videntur: ſicut eadē ciuitas eſt ſyon ⁊ filia ſyon. Si
autem diſtinctius intelligēdum eſt: pauperes accipim⁹ mon-
tes: filios autem pauperū colles: velut prophetas atq; apo-
ſtolos pauperes: filios autem eorum: id eſt qui ſub eorum
autoritate proficiunt filios pauperum. Quod vero ſupra
dictum eſt: iudicabit: et poſtea: ſaluos faciet: quedam velut
1.Pet.1. expoſitio eſt quomodo iudicabit. Ad hoc enim iudicabit vt
ſaluos faciat: id eſt a perdendis dānādiſq; diſcernat: quib⁹
donat ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo: vt
Ps.25. alibi illi dicitur: Ne perdas cum impiis animam meam.
Ps.42. Et: Iudica me deus et diſcerne cauſam meam de gente nō
ſancta: Conſiderandum etiam quod nō ait: Iudicabit pau-
perem populum: ſed pauperes populi. Supra enī vbi dixit
Iudicare populum tuum in iuſtitia: ⁊ pauperes tuos in iu-
dicio: eundem dixit populū dei quos pauperes eius: id eſt

tantummodo bonos et ad dexteram partem pertinentes.
Quia vero in hoc ſeculo ſimul dextri ſiniſtriq; paſcuntur: Math.25.
qui velut agni et hedi in fine ſeparandi ſunt: totū ſicut cō-
mixtum eſt: nomine populi nūcupauit. Et quia iudiciū etiā
hic in bono ponit: id eſt ad ſaluos faciendos: ideo ait: Iudi-
cabit pauperes populi: id eſt eos ad ſalutē diſcernet q̄ ſunt
in populo pauperes. Iam qui ſint pauperes ſupra expo-
ſuimus: hos et egenos intelligamus. Et humiliabit ca-
lumniatorem. Nullus melius q̄ diabolus hic calumnia-
tor agnoſcitur. Calumnia eius eſt: Nunquid gratis colit Iob
deum? Humiliauit autem illum dominus ieſus gratia ſua: Iob.1.
ſuos adiuuans: vt gratis deum colant: id eſt delectētur in
domino. Humiliauit etiam ſic: quia cum diabol⁹ id eſt prin- Ioā.14.
ceps huius mundi nihil in eo inueniſſet: occidit per calum- Eph.2.
nias iudeorum: quibus eſt vſus calūniator tanq̄ vaſis ſuis
operans in filiis diffidentie. Humiliatus eſt enim: quia ille Roma.5.
quem occiderant reſurrexit ⁊ regnum: abſtulit mortis: cui⁹
ille poteſtatem ita gerebat: vt ex vno homine quē decepe-
rat: omnes per mortē traheret ad condēnationē. Sed hu- Ibidem.
miliatus eſt: quoniā ſi ob vnius delictū mors regnauit per
vnum: multo magis q abundantiā gratie et iuſtitie accipiūt
in vita: regnabūt per vnū ieſum chriſtū: q̄ humiliauit calū-
niatores: falſa crimina: iniquos iudices: falſos teſtes: vt eū
perderēt innitētes. Et pmanebit ſoli: vel pmanebit cū
ſole. Sic enim melius interpretādum quidam noſtri pu- G
tauerūt: quod in greco eſt: συμπαραμενεῖ. Quod ſi latine
vno verbo dici poſſet: cōpermanebit dicendū eſſet: ideo q2
latine verbū nō poteſt dici: vt ſaltē ſententia exprimeretur
dictū eſt: pmanebit cū ſole. Nihil eſt enī aliud: compmane-
bit ſoli: q̄ pmanebit cū ſole. Quid aūt magnū eſt pmanere Ioā.1.
cū ſole ei p quē facta ſunt omnia: ⁊ ſine quo factū eſt nihil:
niſi quia hec pphetia ppter eos pmiſſa eſt: qui putāt reli-
gionem nominis chriſtiani vſq; ad certū tēpus in hoc ſecu-
lo victurā: ⁊ poſtea non futurā? Permanebit ergo cum ſole:
q̄diu ſol oritur ⁊ occidit: hoc eſt q̄diu tēpora iſta voluūtur:
nō deerit eccleſia dei: id eſt chriſti corp⁹ in terris. Quō vero
adiungit. Et ante lunā † ⁊ generationes generationū. Al. † in ge-
Potuit dicere: et ante ſolē: id eſt ⁊ cū ſole: ⁊ ante ſolē: quō in- neratione
telligeretur: et cum temporibus: et ante tēpora: Quō ergo ⁊ gnationē
tēp⁹ antecedit: eternū eſt: Et hoc vere habēdū eſt eternum
quō nullo tēpore variatur: ſicut in principio erat verbū. Sed p Ioā.1.
lunā ſignificare maluit incremēta defectuſq; mortaliū. De-
niq; cū dixiſſet: ante lunā: volēs quodāmodo exponere pro
qua re lunā poſuerit: generationes inquit generationū: tanq̄
diceret: ante lunā: id eſt ante generationes generationū: q̄
trāſeūt deceſſione ⁊ ſucceſſione mortaliū: tanq̄ decremētis in-
crementiſq; lunaribus: Ac per hoc qui melius intelligitur p-
manere ante lunā: niſi omnia mortalia immortalitate prece-
dere? Quō etiā ſic nō incōuenienter accipi poteſt: vt quoniā
humiliato calūniatore ſedet ad dexterā patris: hoc ſit pma-
nere cū ſole. Splēdor enī eterne glorie intelligitur filius: tanq̄
ſol ſit pater: et ſplendor eius filius eius. Sed ſicut iſta dici Heb.1.
poſſunt de inuiſibili ſubſtantia creatoris: non ſicut de iſta vi-
ſibili creatura in qua ſunt corpora celeſtia quo illuſtri⁹ emi-
net ſol: de quo hec ſimilitudo adhibita eſt: ſic adhibetur etiā
de terreſtribus: petra: leo: agnus: homo habēs duos filios
⁊ cetera. Ergo humiliato calumniatore permanet cum ſole
quia victo diabolo per reſurrectionem: ſedet ad dexteram Marci.16.
patris: vbi iam non moritur: et mors ei vltra non dominabi-
tur: Et hoc ante lunam tanq̄ primogenitus a mortuis pre- Roma.6.
cedens eccleſiam mortalium deceſſione ac ſucceſſione tran-
ſeuntem. Ipſe ſunt generationes generationum: aut forte
quia generationes ſunt quibus generamur mortaliter: gna-
tiones autē gnationū quibus regeneramur immortaliter:
Et hec eſt eccleſia quā ille anteceſſit: vt permaneret ante
lunam qui primogenitus eſt ex mortuis. Sane quod eſt in
greco: γενεὰς γενεῶν: nonnulli interpretati ſunt: non gene-
rationes: ſed generationis generationum: quia γενεὰς am-
biguus eſt caſus in greco: et vtrum genitiuus ſingularis
ſit: τῆς γενεᾶς: id eſt huius generationis: an accuſatiuus
pluralis τὰς γενεὰς: id eſt has generationes: non euiden-
ter apparet: niſi quia merito ſenſus ille prelatus eſt: vt tanq̄
exponendo quid dixerit lunam: ſecutus adiungeret gene-

H rationes generationū. ⌊ † Et deſcēdet ſicut pluuia in vellus:
Al. † nō hȝ ⁊ ſicut † gutte ſtillātes ſup terrā ⌋ Recoluit ⁊ admonuit il-
† ſtillicidia lud qd̓ factū eſt p iudicē gedeon: de xp̄o id habere in fineȝ.
ſtillantia. Petijt q̄ppe ille ſignū a dn̄o vt i area poſitū ſolū vell' cōplue-
Iudic. 6. ret: ⁊ ſicca eſſet area: ⁊ rurſus ſolū vell' ſiccū eſſet: ⁊ cōpluere-
tur area: Et ita factum eſt. Qd̓ ſignificauit tāq̄ i area i toto
orbe terrarū: ſiccū vell' fuiſſe priorē populuȝ iſrael. Idcirco
ergo xp̄s deſcendit ſicut pluuia in vellus cū adhuc area ſic-
ca eſſet. Unde etiaȝ dicit: Non ſum miſſus niſi ad oues que
Math. 15. perierant domus iſrael. Ibi matrem de qua formam ſerui
acciperet: in qua hominib' appareret elegit: ibi diſcipulos
Mat. 10. quibus hoc idem precepit: dicens: In viam gentiū ne abie-
ritis: ⁊ in ciuitates ſamaritanorum ne introieritis: Ite pri-
mum ad oues que perierunt domus iſrael. Cum dicit: Ite
primum ad illas: oſtendit et poſtea cum iam eſſet area com-
pluenda: ituros eos etiam ad alias oues que nō eſſent ex
Ioā. 10 veteri populo iſrael: de quibus dicit: Habeo alias oues q̄
nō ſunt ex hoc ouili: oportet me ⁊ ipſas adducere: vt ſit vn'
Ro. 15. grex et vnus paſtor. Hinc ⁊ Apoſtolus: Dico em̄ inquit chri-
ſtum miniſtrum fuiſſe circūciſionis propter veritatem dei:
ad confirmādas promiſſiones patruȝ. Sic pluuia deſcendit
Ibidem. ſuper vellus ſicca adhuc area. Sed quoniam ſequitur: Gen-
tes autem ſuper miſericordia glorificare deum: vt acceden-
Ps. 17. te tempore compleretur qd̓ p prophetā dicit: Populus quē
nō cognoui ſeruiuit mihi: in obauditu auris obediuit mihi:
Uidemus iam gratia chriſti ſiccam remāſiſſe gentem iudeo-
rum: totūq; orbem terrarum in oībus gentibus chriſtiane
gratie plenis nubibus compluī. Alio quippe verbo eandem
Luce. 22. pluuiam ſignificauit: dicēs: Gutte ſtillantes non iam ſuper
vellus: ſed ſuper terram. Quid eſt enim aliud pluuia q̄ gut-
te ſtillantes? Ideo autem illam gentem velleris nomine ſi-
gnificari puto: vel q2 expolianda fuerat autoritate doctri-
ne: ſicut ouis expoliatur vellere: vel q2 in abdito eandem
pluuiam detinebat: quam nolebat preputio predicari: id eſt
I incircūciſis gentibus reuelari. ⌊ Orietur in diebus eius iu-
Al. † aufe- ſtitia ⁊ abūdātia pacis: donec † tollatur luna. ⌋ Id quod
ratur. dictum eſt: tollatur: alij interpretati ſunt auferatur: alij ve-
ro extollatur: vnum verbum grecum: ſicut vnicuiq; viſuȝ eſt:
transferentes quod ibi poſitum eſt: ἀνταναιρεθῇ. Sed qui
dixerunt tollatur: et qui dixerunt auferatur: non vſq; adeo
diſſonant. Tollatur enim magis habet conſuetudo ita dici
vt auferatur et non ſit: q̄ ita vt altius eleuetur. Auferatur
vero prorſus aliter intelligi nō poteſt: niſi vt perdatur: hoc
eſt vt nō ſit. Extollatur autem nihil niſi vt altius eleuetur.
Quod quidem cum in malo ponitur: ſuperbiam ſolet ſigni-
Prouer. 32 ficare: ſicuti eſt: In tua ſapientia noli extolli. In bono au-
tem ad honorē pertinet ampliorē: velut cū aliquid eleuaf:
Ps. 133. ſicuti eſt: In noctibus extollite manus veſtras in ſancta: ⁊
benedicite dominum. Hic ergo ſi auferatur dictum intelle-
xerimus: quid erit donec auferatur luna: niſi efficiatur vt
I. Corin. 15 non ſit? Fortaſſis enim hoc intelligi voluit: ne vlterius ſit
mortalitas: quādo nouiſſima inimica deſtruetur mors: vt
pacis abūdātia vſq; ad hoc perducatur: ne quid reſiſtat fe-
licitati beatorum ex infirmitate mortalitatis quod erit in
illo ſeculo: cuius tenemus fidelem promiſſionem dei per ie-
ſum chriſtum dominum noſtrum: de quo dicitur: Orietur in
diebus eius iuſtitia ⁊ abūdātia pacis: donec morte omnino
deuicta atq; deſtructa: omnis mortalitas abſumatur. Sin
vero vocabulo lune: non mortalitas carnis per quam nunc
tranſit eccleſia: ſed ipſa omnino eccleſia ſignificata eſt: que
permaneat in eternum ab hac mortalitate liberata: ita di-
ctum accipienduȝ eſt: Orietur in diebus eius iuſtitia ⁊ abū-
dantia pacis: donec extollatur luna: tāq̄ diceretur: orietur
in diebus eius iuſtitia que contradictionem ac rebellatio-
nem carnis vincat: ⁊ fiat pax intātum creſcens ⁊ abūdans:
donec luna extollatur: id eſt eleuetur eccleſia per gloriam
reſurrectionis: cum illo regnatura qui eaȝ in hac gloria pri-
Marci. 16. mogenitus a mortuis anteceſſit: vt ſederet ad dexteraȝ pa-
K tris: ita cum ſole permanet ante lunam: quo poſtea extolle-
retur ⁊ luna. ⌊ Et dominabitur a mari vſq; ad mare: ⁊ a flu-
Al. † terra- mine vſq; ad terminos orbis † terre. ⌋ De quo vtiq; dixe-
rum rat: Orietur in dieb' eius iuſtitia ⁊ abūdātia pacis: donec
extollaf luna. Si eccleſia hic recte ſignificaf vocabulo lu-
ne: conſequenter oſtendit q̄ late eandem eccleſiam fuerat
diffuſurus: cū adiecit: ⁊ dominabitur a mari vſq; ad mare.
Mari quippe magno cingitur terra: qui vocatur oceanus:
de quo influit quiddam exiguum in medio terrarum: ⁊ fa-
cit iſta maria nota nobis que nauigijs frequentantur. Pro-
inde a mari vſq; ad mare: a quolibet fine terre: vſq; ad quē-
libet finē dominaturuȝ dixit: cuius nomē ⁊ poteſtas toto or-
be fuerāt predicāda multūq; valitura. Quod ne aliter poſ-
ſet intelligi: a mari vſq; mare: cōtinuo ſubiecit: Et a flumi-
ne vſq; ad terminos orbis terre. Quod ergo ait: vſq; ad ter-
minos orbis terre: hoc ante dixerat: a mari vſq; ad mare.
Quod vero nūc ait: A flumine: euidenter expreſſit inde vo-
luiſſe chriſtum poteſtatem ſuam iam cōmēdare: vnde ⁊ di-
ſcipulos cepit eligere a flumine ſc3 iordane: vbi ſupra ba-
ptizatum dn̄m cum deſcenderet ſpirituſſanctus: ſonuit vox
de celo: Hic eſt filius me' dilectus. Hinc ergo doctrina ei' Mat. 3.
incipiens: ⁊ magiſterij celeſtis autoritas dilatatur vſq; ad
terminos orbis terre: cum predicatur euangelium regni in
vniuerſo orbe in teſtimonium oībus gentibus: ⁊ tūc veniet L
finis. ⌊ Coram illo † decident ethiopes: ⁊ inimici eius ter- Al. † proci-
ram lingent. ⌋ Per ethiopes a parte totum: omnes gentes dent.
ſignificat: eam eligens gentem quam potiſſimum nomina-
ret que in finibus terre eſt. Coram illo procident dictum
eſt: adorabunt eum. Et quoniam ſchiſmata futura erant
per diuerſa terrarum loca: que inuiderent eccleſie catho-
lice toto terrarum orbe diffuſe: eadem porro ſchiſmata per
hominum noīa ſe fuerāt diuiſura: ⁊ hoīes amando quibus
autoribus ſciſſa ſunt: glorie xp̄i: que per omnes terras eſt
inimicatura. Ideo cum dixiſſet: Coram illo decident ethio-
pes: adiunxit: Et inimici eius terraȝ lingēt: id eſt homines
amabūt vt inuideāt xp̄i glorie: cui dictum eſt: Exaltare ſup Ps. 107.
celos deus: ⁊ ſuper oēm terram gloria tua. Homo quippe Gen. 3.
audire meruit: Terra es: ⁊ in terram ibis. Hanc terram lin-
gendo: id eſt taliū autoritate vaniloqua delectari: eos amā-
do: ⁊ in ſuauiſſimos habēdo: cōtradicūt diuinis eloquijs: q̄-
bus catholica eccleſia prenūciata eſt: nō in aliqua parte ter-
rarum futura: ſicut quelibet ſchiſmata: ſed in vniuerſo mun-
do fructificādo atq; creſcēdo vſq; ad ipſos ethiopes: extre-
mos videlicet ⁊ teterrimos hominum puentura. ⌊ Reges
tharſis et inſule munera offerent: reges arabum ⁊ ſaba do- M
na adducent. Et adorabunt eum omnes reges † terre: oēs Al. † nō hȝ
gentes ſeruient ei. ⌋ Hoc iam nō expoſitorem: ſed cōtem-
platorem deſiderat: immo non ſoluȝ letātium fidelium: ſed
etiam infidelium gemētū infertur aſpectibus: niſi fortaſſe
qd̓ querēdum eſt quid dictum ſit: dona adducent. Ea quip-
pe adduci ſolēt q̄ ambulare nō poſſunt. Nūquid nā ergo de
immolādis victimis dici potuit? Abſit vt talis oriaf in die-
bus eius iuſtitia: Sed iſta dona que adducenda predicta
ſunt: homines mihi videntur ſignificare: quos in ſocietateȝ
eccleſie chriſti: regum adducit autoritas. Quis reges etiaȝ
perſequētes dona adduxerint: nō ſcientes qui facerent: ſan-
ctos martyres immolādo. Cum vero exponeret cauſas cur
ei tantus honor deferretur a regibus eiq; ſeruiretur ab om- Al. † libe-
nibus gentibus: ⌊ Quia † liberauit inquit † egenum a po- rabit.
tente: ⁊ pauperē cui nō erat adiutor. ⌋ Iſte egenus ⁊ pau- † pauperē.
per: populus eſt credentiū in eum. In hoc populo ſunt etiā
reges adorantes eum. Non enim egeni eſſe dedignantur ⁊
pauperes: id eſt humiliter peccata confitentes: egētes glo-
ria et gratia dei: vt eos rex ille filius regis liberet a potēte.
Idem quippe eſt potēs ille qui ſuperi' calūniator eſt dict':
quē potentē ad homines ſibi ſubdēdos: ⁊ in captiuitate re-
tinendos nō virtus ei' fecit: ſed humana peccata. Idcirco ipſe
⁊ fortis eſt dict'. ideo ⁊ hic potēs: Sed qui humiliauit calū- Mat. 12.
niatorē: ⁊ intrauit in domū fortis: vt eo alligato vaſa ei' diri-
peret: hic liberauit egenū a potēte: ⁊ pauperē cui nō erat ad-
iutor. Non enim hoc efficere potuit vel cuiuſq̄ virtus: vel
quiſq̄ homo iuſtus: vel aliquis angelus: Cum ergo nullus
eſſet adiutor: ipſe adueniens ſaluos fecit eos. Occurrebat
autem ſi propter peccata homo tenebatur a diabolo: nūquid
nam chriſto qui eruit egenuȝ a potente: peccata placuerūt?
Abſit. Sed. ⌊ Parcet † ipſe inopi ⁊ pauperi: ⌋ Id eſt pec- Al. nō hȝ.
cata dimittet illi humili: et nō de ſuis meritis cōfidenti: aut N
de ſua virtute ſalutem ſperanti: ſed indigenti gratia ſalua-
toris ſui.

toris ſui. Cum autem addidit: Et animas pauperum
ſaluas faciet. Utrumq̃ adiutorium gratie commendauit
et quod eſt in remiſſionem peccatorum: cũ ait: Parcet pau
peri et inopi: et quod eſt in participatione iuſtitie cum ad-
didit: Et animas pauperum ſaluas faciet. Nemo enim ſibi
eſt idoneus ad ſalutem: que ſalus non eſt perfecta iuſtitia:
niſi dei adiuuet gratia: quia plenitudo legis non eſt niſi cha
Ro.13. ritas: que nõ a nobis exiſtit in nobis: ſed diffunditur in cor
dibus noſtris per ſpiritumſanctum qui datus eſt nobis.
Ex uſuris et iniquitate redimet animas eorum. Que
ſunt iſte uſure: niſi peccata que etiam debita nominantur?
Uſuras autem appellatas puto: quia plus mali inuenitur in
ſupplicio q̃ cõmiſſum eſt in peccatis. Nam (verbi gratia)
cum homicida corpus tantum hominis perimat: anime au
tem nihil nocere poſſit: ipſius et anima et corp⁹ perditur in
Mat.25. gehenna. Propter huiuſmodi cõtemptores preſentis pre-
cepti: et irriſores futuri ſupplicij dictum eſt: Ego veniẽs cum
vſuris exigerem. Ab his vſuris redimentur anime paupe-
rum ſanguine illo qui effuſus eſt in remiſſionem peccatorũ.
Redimet ergo ab vſuris: remittẽdo peccata quibus debe-
bantur ampliora ſupplicia. Redimet autem ab iniquitate:
adiuuando per gratiam etiam ad faciendam iuſtitiam: Ea
dem itaq̃ duo repetita ſunt que ſupra dicta erant. Quod
enim ſupra eſt: Parcet inopi et pauperi: hoc intelligitur: Re
dimet ex vſuris: Quod vero ibi dicit: Et animas pauperum
ſaluas faciet: hoc dictum videtur: Ex iniquitate redimet:
vt vtrumq̃ ſubaudiatur. Nam parcendo redimet ab vſuris
ſaluos autem faciendo redimet ab iniquitate. Itaq̃ ſicut
parcet pauperi et inopi: et animas pauperum ſaluas faciet:
Al.† eorum ſic ex vſuris et iniquitate redimet animas eorum. Et ho
† illo. norabile nomen † eius coram † ipſo. Dant enim honorem
nomini eius pro tantis beneficijs: qui reſpondent dignum
et iuſtũ eſſe gratias agere domino deo ſuo. Vel qđ habent
codices aliqui: Et honorabile nomen eorum coram ipſo: q̃
etſi videntur huic ſeculo cõtẽptibiles chriſtiani: nomẽ eorum
corã ipſo eſt honorabile: qui eis illud dedit: iam nõ memo
nominũ eorũ p labia ſua quib⁹ antea vocabantur: cũ eſſent
Pſa.15. gentiliũ ſuperſtitionibus o[illegible]ligati: vel ſuorũ malorũ meritorũ
ſignati vocabulis: anteq̃ e[illegible]ent chriſtiani. Quod nomẽ ho-
Q norabile eſt corã ipſo: etſi cõtẽptibile videtur inimicis. Et
viuet et dabitur ei de auro arabie. Nõ diceret: et viuet de
quo etsi nõ poſſet dici hoc quantulocũq̃ ſpatio tẽporis vi-
Ro.6 uente in hac terra: niſi in illa vita cõmendaretur: in qua iam nõ
moritur: et mors ei vltra non dominabitur. Atq̃ ideo et vi-
uet qui cõtẽptus eſt moriens: quoniã ſicut alius pphẽta di
cit: Tolletur de terra vita eius. Sed quid eſt: et dabitur ei de
auro arabie? Nã quot inde aurũ etiã ille ſalomon accepit:
in hunc pſalmũ figurate traiectũ eſt in aliũ verũ ſalomonẽ:
id eſt verũ pacificũ. Nõ enim ille dominat⁹ eſt a flumine vſ
q̃ ad terminos orbis terre. Sic ergo pphetatũ eſt etiã ſa-
pientes huius mundi in chriſto fuiſſe credituros. Per ara-
biam autẽ etiã gentes intelligim⁹: per aurũ ſapientiã: que
ita excellit inter omnes doctrinas: vt aurũ inter metalla.
Prouer.8. Unde ſcriptũ eſt. Accipite prudentiã ſicut argentũ et ſapiẽ
Al. et ado- tiam ſicut aurũ pbatũ. Et † orabũt de ipſo ſemp. Qđ
rabũt. habet grecus: περι αυτου: aliq interpretati ſunt de ipſo: aliq
p ipſo: vel pro eo. Quid eſt autẽ de ipſo: niſi forte qđ oram⁹
Mat.6. dicẽtes: Adueniat regnũ tuũ? Chriſti nãq̃ aduẽtus pſenta
uit fidelibus regnũ dei. Pro eo vero quomodo intelligatur
anguſtũ eſt: niſi quia cũ oratur pro eccleſia: pro ipſo oratur:
quia corpus eſt eius. De chriſto quippe et eccleſia premiſ-
Eph.5. ſum eſt ſacramentũ magnum: Erunt duo in carne vna. Iam
vero quod ſequitur. Tota die: Id eſt toto tempore:
Alſ.† non Benedicent ei. Satis apertũ eſt. † Et erit firmamẽ
habet tum in terra in ſummis montium. Omnes enim promiſ-
P ſiones dei etiam in illo firmate ſunt quando in illo imple-
tum eſt: quicquid pro ſalute noſtra prophetatũ eſt. Nã ſum
ma montium: ſcripturarum diuinarũ autores: id eſt p quos
miniſtrate ſunt: intelligere conuenit: in quib⁹ vtiq̃ ipſe eſt
firmamentũ: quoniã ad illũ omnia que diuinit⁹ ſcripta ſunt
referuntur. Hoc autẽ in terra eſſe voluit: quia propter eos q̃
in terra ſunt: illa conſcripta ſunt. Unde et ipſe in terras ve-
Luce.24. nit vt ea cũcta firmaret: id eſt in ſe mõſtraret impleri. Opor
tebat enĩ impleri oĩa q̃ ſcripta ſunt in lege et pphetis et
pſalmis de me: id eſt in ſummis montiũ. Sic enĩ venit in no Eſaie.2.
uiſſimis tpib⁹ manifeſt⁹ mons et fit: parat⁹ i cacumine mon
tiũ: qđ hic ait: i ſummis mõtiũ. Supertolletur ſup libanũ
fruct⁹ ei⁹. Libanũ ſolem⁹ accipere veluti hui⁹ ſeculi digni
tatẽ: qm̃ mons eſt libanus: excelſas arbores habẽs: et nomẽ
ipm interptat cãdidatio. Quid ergo mirũ ſi ſup hui⁹ ſeculi
preclarũ omne faſtigiũ fructus ſupertolletur xpi: cuius fru
ctus dilectores oĩa ſecularia culmina cõtẽpſerunt? Si autẽ Pſ.103.
in bono accipimus libanũ pp̃ter cedros libani quas plan-
tauit: quis alius fruct⁹ intelligẽdus eſt: qui ſup hũc libanũ
extollitur: niſi de quo Apls dicit de charitate locutur⁹: Ad- 1.Corin.13.
huc ſupeminẽtem viã vobis demonſtro? Hoc enĩ et in primo Gal.5.
proponitur munerũ diuinorũ: vbi ait: Fruct⁹ aũt ſpũs ẽ cha
ritas: atq̃ inde cetera: vbiq̃ conſequẽtia cõtexuntur. Et Q
florebũt de ciuitate ſicut fenum terre. Qm̃ ambigue poſi
ta eſt ciuitas: nec adiunctum eſt eius aut dei. Non enĩ dictũ
eſt de ciuitate eius: vel de ciuitate dei: ſed tãtum de ciuita-
te: in bono intelligitur: vt de ciuitate dei: hoc eſt de eccleſia
floreant ſicut fenum: ſed fenũ fructiferũ: ſicuti eſt frumẽtũ:
Nam et hoc fenũ appellatur in ſancta ſcriptura: ſicut in Ge- Gen.1.
neſi iuſſum eſt pducere terrã omne lignũ et omne fenũ: Nec
adiunctum eſt: omne frumẽtũ: qđ procuidubio nõ pteriretur
niſi feni nomine etiã hoc intelligeretur: et in multis alijs ſcri-
pturarũ locis hoc inuenitur. Si aũt ſic accipiẽdum eſt: flo- Eſaie.40.
rebunt ſicut fenum terre: quẽadmodum dictum eſt: Omnis
caro fenum: et claritas hois ſicut flos feni: pfecto et ciuitas
illa intelligenda eſt que ſeculi huius ſocietatem ſignificat.
Non enim fruſtra primus cain condidit ciuitatem. Exaltatus Gen.4.
to itaq̃ fructu chriſti ſup libanum: id eſt ſup arbores diutur
nas: et ligna imputribilia: quia ille fruct⁹ eternus eſt: oĩs cla
ritas hominis ſecũdũ temporalẽ ſeculi celſitudinẽ feno cõ-
paratur: quoniã a credẽtibus et ĩ vitã eternã iam ſperantib⁹
ſpernitur felicitas tẽporalis: vt impleatur illud quod ſcriptũ eſt. Eſaie.40.
Omnis caro fenũ: et omnis claritas carnis vt flos feni. Fe
num aruit: flos decidit: verbum dñi manet in eternum. Ibi
eſt fructus eius exaltatus ſup libanũ. Semp enim caro fe-
num fuit: et claritas carnis vt flos feni. Sed q: nõ demõſtra
batur que fuerat eligenda et preponẽda felicitas: flos feni
pro magno habebatur: nec ſolum minime cõtẽnebatur: ſed
etiam maxime appetebatur. Quaſi ergo tunc ita eſſe cepe-
rit: quãdo enim aiaduerſum eſt atq̃ cõtemptum: quicquid
florebat in ſeculo: ita dictum eſt: Superextolletur ſup liba-
num fructus eius: et florebũt de ciuitate ſicut fenum terre:
id eſt diſſamabitur ſuper oĩa qđ in eternum pmittitur: et cõ
parabitur feno terre: quicquid pro magno habetur in ſecu- R
lo. Sit † ergo nomẽ eius benedictum in ſecula: ante ſolẽ Al.† nõ hꝫ
permanet nomẽ ei⁹. Per ſolem tempora ſignificata ſunt.
Ergo in eternum permanet nomẽ eius: Eternũ enim ante-
cedit tempora: nec clauditur tempore. Et benedicẽtur in
ipſo oẽs tribus terre. In ipſo quippe impletur qđ promiſ- Gal.3.
ſum eſt abrae: Non enim dicit in ſeminibus tãq̃ in multis: Gen.22.
ſed tãq̃ in vno: et ſemini tuo quod eſt xpo. Abrae autem dr̃: Ro.9.
In ſemine tuo benedicentur omnes tribus terre: Neq̃ filij
carnis: ſed filij pmiſſionis deputãtur in ſemine. Omnes
gentes magnificabũt eum. Tãq̃ exponẽdo repetitum eſt
quod ſupra dictũ eſt. Quia enĩ benedicẽtur in eo: magnifi-
cabũt eũ: nõ ipſi faciẽdo vt magn⁹ ſit q̃ p ſeipm magn⁹ eſt: ſz
laudãdo et magnũ fatẽdo. Sic enĩ magnificam⁹ deũ: ſic etiã
dicim⁹: Sanctificetur nomẽ tuũ: quod ſemp vtiq̃ ſanctũ eſt. Mat.6.
Benedict⁹ dñs de⁹ iſrael: qui facit mirabilia ſolus. Con
ſideratis oĩb⁹ ſupradictis: eructatur hymn⁹: et benedicitur Eſa.54
dñs de⁹ iſrael. Impletur enĩ qđ ad illã ſterilẽ dictũ eſt: Et
qui eruit te: ipſe dñs de⁹ iſrael vniuerſe terre vocabitur: Ipſe
facit mirabilia ſolus. Qm̃ quicũq̃ faciũt: ipſe in eis operatur:
qui facit mirabilia ſolus. Et benedictũ nomẽ † glorie ei⁹ Al.† maie
in eternum: † et in ſeculũ ſeculi. Quid aliud latini interpre- ſtatis.
tes dicerẽt: q̃ nõ poſſent dicere: in eternũ: et in eternũ eter- † non habꝫ
ni? Quaſi enim aliud dictum ſit in eternũ: et aliud in ſeculũ: hanc partẽ
ita ſonat. Sed grecus hꝫ: εις τον αιωνα και εις τον αιωνα
του αιωνος: quod forte cõmodius diceretur in ſeculum: et in
ſeculum ſeculi: vt in ſeculũ intelligeretur: q̃tum hoc ſeculum
durat: in ſeculum autẽ ſeculi: quod poſt huius finẽ futurum

Al.⁊ male pmittif. Et replebitur ⁊ gloria eius ois terra:fiat fiat.
ſtate. Juſſiſti dñe:ita fit:ita fit:donec illud qd̄ cepit a flumine:p
ueniat omnino vſqꝫ ad terminos orbis terre.

Explicit tractatus de pſ.lxxj.

Incipit tractatus de pſ.lxxij.

A Audite audite dilectiſſima viſcera corpis xp̄i. quorum
ſpes dñs deus veſter eſt:et nō reſpicitis in vanitates
et inſanias mēdaces:⁊ qui adhuc reſpicitis:audite ne reſpi
Pſ.39. ciatis. Pſalmus iſte inſcriptionem habet:id eſt titulū: De
fecerunt hymni dauid filij ieſſe:pſalmus ipſi aſaph. Tot
habemus pſalmos in quorum titulis ſcriptum eſt nomē da
uid nuſq̄ eſt additum filij ieſſe:niſi in hoc ſolo:Quod credē
dum eſt nō fruſtra factum neqꝫ inaniter. Ubiqꝫ enim nobis
innotuit deus:⁊ ad intellectū vocat pium ſtudiū charitatis.
Quid eſt:defecerūt hymni dauid filij ieſſe? Hymni laudes
ſunt dei cum cantico: Hymni cantus ſunt cōtinētes laudes
dei. Si ſit laus ⁊ nō ſit dei:nō eſt hymn⁹. Si ſit ⁊ laus ⁊ dei
laus:⁊ nō cantetur:non eſt hymnus. Oportet ergo vt ſi ſit
hymnus:habeat hec tria:⁊ laudem:⁊ dei:⁊ canticū. Quid
eſt ergo:defecerunt hymni? Defecerunt laudes que cantā
tur in deum. Moleſtam rem ⁊ quaſi luctuoſam videt̄ nun
ciare. Qui enim cantat laudē:non ſolum laudat:ſed etiam
hylariter laudat. Qui cantat laudem:nō ſolum cantat:ſed
et amat eum quem cantat. In laude confitentis eſt predi
catio:i cātico amātis affectio. Defecerūt ergo hymni dauid
1.Regū.16 ait:⁊ addidit:filij ieſſe. Erat enī dauid rex iſrael filius ieſſe
tempore quodam veteris teſtamēti:Quo tp̄e nouum teſta
mentum occultatum ibi erat:tāq̄ fructus in radice. Si enī
queras fructum in radice nō inuenis:nec tamen inuenis in
ramis fructum:niſi qui de radice proceſſerit. Illo ergo tē
pore populo primo veniente ex ſemine abrae carnaliter:nā
et populus ſecūdus pertinens ad nouum teſtamentum:ad
ſemen abrae ptinet:ſed iam ſpiritualiter. Illi ergo populo
primo adhuc carnali:vbi pauci pphete intelligebāt:et qd
deſideraretur a deo:⁊ qſi haberet publice p̄dicari: p̄nūcia
uerunt futura hec tempora:⁊ aduentum dñi noſtri ieſu xp̄i:
⁊ quēadmodum ipſe chriſtus ſm̄ carnem naſciturus: in ra
dice erat occultus in ſemine patriarcharum:⁊ quodā tēpo
Eſa.11. re reuelādus tāq̄ fructu apparēte ſicut ſcriptum eſt. Flo
ruit virga de radice ieſſe: Sic etiam ipſum nouū teſtamē
tum quod in chriſto eſt: prioribus illis temporibus occul
tum erat:ſolis prophetis cognitum:et pauciſſimis pijs:nō
ex manifeſtatione preſentiū:ſed ex reuelatione futurorum.
B Nā quid ſibi vult fratres vt vnum quiddam commemorē q̄
abraam mittēs ſeruū ſuum fidelē ad deſponſandā vxorē vni
Gen.24 co filio ſuo:facit eum iurare ſibi:⁊ in iuramēto dicit ei: Po
ne manū ſub femore meo ⁊ iura:quid erat:in femore abrae:
vbi ille manum iurans poſuit? Quid ibi erat:niſi qd̄ ⁊ tunc
Gen. 22. ei promiſſum eſt: In ſemine tuo benedicentur omnes gen
tes? Femoris nomine caro ſignificatur. De carne abrae:p
iſaac et iacob:et ne multa commemoremus:per mariā do
minus noſter ieſus chriſtus. Quia vero radix erat in patria
chis:vnde oſtendemus? Paulum interrogemus. Gentes
iam credentes in chriſtum et quaſi ſuperbire cupientes cō
tra iudeos qui crucifixerunt chriſtum:cum et de ipſo popu
lo venerit:ex alius paries occurrēs in angulo:id eſt in ipſo
xp̄o de diuerſo veniēte pariete preputij:id eſt gentium:Cū
ergo ſe erigerēt gētes ſic eas repremit: Si enī tu inquit ex
naturali inciſus oleaſtro:⁊ inſertus es in illis:noli gloriari
aduerſus ramos: Nam ſi gloriaris:nō tu radicē portas:ſed
Ro.11. radix te. Ergo de radice patriarcharū dicit fractos quoſdā
ramos:ppter infidelitatē:⁊ inſertum ibi oleaſtrum:vt eſſet
particeps pinguedinis oliue:id eſt eccleſiam ex gentibus
venientem. Et quis inſerit oleaſtrum in oliua? Oliua ſolet
eſſe in oleaſtro: oleaſtrū in oliua nunq̄ vidimus. Nam quiſ
quis fecerit:non inueniet baccas niſi oleaſtri. Quod enī in
ſeritur:hoc creſcit:et eius rei fructus inuenitur: Inuenitur
non radicis fructus:ſed ſurculi. Hoc oſtendens Apoſtolus
omnipotentia ſua deum feciſſe vt oleaſter in radices oliue
infereretur:et non baccas ſylueſtres:ſed oliuam daret. Ad
omnipotentiam dei reuocās hoc Apoſtol⁹ ait: Si tu ex na
turali inciſus es oleaſtro:⁊ contra naturā inſertus es in bo
nā oliuā:noli gloriari aduerſus ramos inq̄t. Sed dicis:ait:

Fracti ſunt rami vt ego inſerar. Bene. Propter incredulita
tē fracti ſūt: Tu aūt fide ſta:noli altū ſapere:ſꝫ time. Quid Ibi.
enī eſt:noli altū ſape? Noli ſupbire:q: inſert⁹ es:ſed time ne
frangaris p infidelitatē:ſicut illi fracti ſunt. Propter infi
delitatem inq̄t fracti ſunt: Tu aūt fide ſta:noli altū ſapere:
ſed time. Nam ſi de⁹ naturalib⁹ ramis nō pepcit:neqꝫ tibi
parcet. Et ſequitur bonus locus ⁊ neceſſarius:⁊ tot⁹ audiē
dus. Uides ergo inq̄t bonitatē ⁊ ſeueritatē dei. In eos qui
dem q̄ fracti ſunt ſeueritatē:in te aūt q̄ inſert⁹ es bonitatē:
ſi pmāſeris in bonitate. Alioquin:id eſt ſi tu nō pmanſeris
in bonitate:et tu excideris:et illi ſi nō pmāſerint in infide
litate inſerentur. Tempore igitur veteris teſtamēti fratres C
pmiſſiones a deo noſtro pplo illi carnali terrene erāt ⁊ tem
porales. Promiſſum eſt regnū terrenū. pmiſſa eſt terra illa
in qua etiā inducti ſunt ab egypto liberati: per ieſum naue
introducti ſunt in terrā repromiſſionis:vbi etiā hieruſalem
terrena edificata eſt:vbi regnauit dauid. Acceperūt terrā:
liberati ex egypto:trāſeūtes p rubrum mare:fruit is anfra
ctibus ac terroribus ſolitudinum:acceperūt terrā: accepe
runt regnum. Deinde poſt regnū acceptū:q: terrena acce
perāt:ceperūt merito peccatorū ſuorum oppugnari:expugna
ri ⁊ captiuari:Ad extremū euerſa eſt ⁊ ipſa ciuitas. Tales
erāt ⁊ ille pmiſſiones nō pſeueratura:p quas tn̄ figurabāt
future pmiſſiones perſeueraturae:vt ille ois decurſus tp̄a
lium pmiſſionū figura eſſet:⁊ quedā prophetia futurorum.
Itaqꝫ cū illud regnum deficeret vbi regnauit dauid filius
ieſſe:id eſt hō q̄dā:⁊ ſi ppheta:⁊ ſi ſanct⁹:q: videbat ⁊ preui
debat xp̄m venturū:de cui⁹ ſemine etiā ſm̄ carnē naſcitur⁹
erat:tn̄ hō:tn̄ nōdū xp̄o:tn̄ nōdū rex noſter fili⁹ dei: ſed rex
dauid fili⁹ ieſſe. Quia ergo defecturū erat illud regnū:per
qd̄ regnū acceptū laudabat̄:tunc de⁹ a carnalib⁹:hoc ſolū
enī p magno tunc habebāt:q: liberati erāt tpaliter ab his
a quib⁹ tunc opprimebātur:⁊ euaſerāt hoſtes pſequētes p
mare rubrum:⁊ ducti erāt p ſolitudinē:⁊ inuenerāt patriā
⁊ regnū:hinc ſolum laudabāt deum nōdum intelligētes q̄d
in illis figuris pſignaret ⁊ pmitteret de⁹. Deficiētib⁹ ergo
reb⁹ p quib⁹ laudabat deū pplo ille carnalis: cui regnauit
ille dauid:defecerūt hymni dau[illegible] nō filij dei:ſed filij ieſſe.
Periculoſum locū tituli pſalmi p[illegible]eſentis:ſicut dñs voluit:
pretervecti ſumus. Accepiſtis quare dictum ſit:defecerunt
hymni dauid filij ieſſe:cui⁹ vox eſt pſalm⁹ aſaph. Quid eſt
aſaph? Sicut inuenim⁹ in interp̄tationib⁹ ex lingua hebrea D
in grecam:⁊ ex greca nobis in latinā trāſlatis: aſaph ſyna
goga interpretatur. Uox eſt ergo ſynagoge. Sed tu cū au
dieris ſynagogā:noli cōtinuo deteſtari quaſi interfectricē
dñi. Erat q̄dē illa ſynagoga interfectrix dñi:nemo dubitat:
Sed memēto de ſynagoga fuiſſe arietes quorum filij ſumus.
Unde d̄: in pſalmo: Afferte dño filij dei: afferte dño filios Pſ.28.
arietum:afferte dño gloriā ⁊ honorē. Qui inde arietes? Pe
trus:ioānes:iacobus:andreas:bartholomeus ⁊ ceteri apo
ſtoli. Hinc ⁊ ipſe primo ſaulus:poſtea paulus: id eſt primo
ſupbus:poſtea humilis. Saul enī vt̄ dictū eſt nomē ſauli:
noſtis:q: rex ſupbus ⁊ infrenis fuit. Nō quaſi aliqua iactā
tia ſibi nomē mutauit Apl's:ſed ex ſaulo fact⁹ eſt paulus:ex
ſupbo modicus. Paulū enī modicum eſt. Uis noſſe quid ſit
ſaulus? Ipſum audi iam paulum recordātem quid fuerit p
maliciā ſuam:⁊ quid iā nunc ſit p gratiā dei. Audi quomo
fuerit ſaulus:⁊ quō ſit paulus. Quid fuit pri⁹? q̄d? Blaſphe 1.Timot.1.
mus:⁊ pſecutor ⁊ iniurioſus. Audiſti ſaulum:audi ⁊ paulū.
Ego enim ſum inquit minimus aploꝝ. Quid eſt minimus: 1.Corin.15
niſi ego ſum paulus? Et ſequit̄. Qui nō ſum dignus vocari
apl's. Quare? Quia fui ſaulus Quid eſt:fui ſaul⁹? Ipſe di
cat: Quia pſecut⁹ ſum inq̄t eccleſiā dei:ſed gratia dei: ait: Ibidem.
ſum id qd̄ ſum. Abſtulit ſibi oēm grādītatē ſuā:minim⁹ iam
in ſe grādis i xp̄o Et iſte paul⁹ q̄d dicit? Nō repulit de⁹ ple Ro.11.
bem ſuā de plebe et iudeis veniēte: Plebē ſuā inquit quam
preſciuit: Nam ⁊ ego iſraelita ſum ex ſemine abrahā de tribu
beniamin. Ergo ⁊ paul⁹ nobis de ſynagoga:⁊ petrus:⁊ alij
apli de ſynagoga. Itaqꝫ cū audis veterē vocē ſynagoge:no
li attēdere meritū:ſꝫ intēde partū. Loq̄t ergo i hoc pſalmo
ſynagoga:deficiētib⁹ hymnis dauid filij ieſſe:id eſt deficiē
tib⁹ reb⁹ tpalib⁹:p qs ſolebat a carnali pplo laudari deus.
Quare aūt ille defecerūt:niſi vt alie quererētur? Ut q̄rerētur E
queqꝫ

queq; ibi non erant? Non: Sed que ibi tegebantur figu-
ris:non que iam ibi nõ erant: ſed ibi tanq̃ in radice occul-
tabantur quibuſdam ſecretis myſteriorum:que inquit ipſe
1. Cor. 10. Apoſtolus figure noſtre fuerũt. Et attendite iam breuiter
ipſam figuram noſtram. Populus iſrael ſub pharaonis et
egyptiorum dominatione:populus chriſtianus ante fidẽ
predeſtinatus a deo: ⁊ adhuc ſeruiẽs demonib⁹ ⁊ diabolo
Exod. 1. principi eorum:Ecce populus ſubiugatus egyptijs ſeruiẽs
peccatis ſuis. Non enim niſi per peccata noſtra poteſt dia-
bolus dominari. Liberatur populus ab egyptijs per moy-
ſen:liberatur populus a preterita vita peccatorum per do-
minũ noſtrum ieſum chriſtum. Tranſijt populus ille p ma-
Exod. 14. re rubrum:iſte per baptiſmũ. Moriũtur in mari rubro oẽs
inimici populi illius: moriuntur in baptiſmo omnia pecca-
ta noſtra. Intendite fratres. Poſt mare illud rubrum non
continuo patria datur:neq; tanq̃ iam hoſtes deſint: ſecure
triumphatur:ſed reſtat heremi ſolitudo:reſtant hoſtes in
ſidiantes in via:Sic ⁊ poſt baptiſmum reſtat vita chriſtia-
na in tentationibus. In illa eremo ſuſpirabatur patrie p̃
miſſe. Quid aliud chriſtiani ſuſpirant iam abluti in baptiſ-
mo? Nunquid iam regnant cum chriſto? Nondum ventum
eſt ad terram promiſſionis noſtre:ſed non defecturam. Nõ
enim ibi deficient hymni dauid. Hoc modo audiant omnes
fideles:ſciãt vbi ſint. In eremo ſunt:patrie ſuſpirant. Mor-
tui ſunt hoſtes in baptiſmo:ſed inſequentes a tergo. Quid
eſt inſequentes a tergo? Ante faciem futura habemus: a
tergo preterita. Omnia preterita peccata deleta ſunt in ba-
ptiſmo:quibus modo tentamur:non a tergo inſequuntur:
Phil. 3. ſed in via inſidiãtur. Unde Apoſtolus huius eremi in via
adhuc conſtitutus: Que retro inquit oblitus:in ea que an-
te ſunt extentus:ſm intentionem ſequor ad palmam ſup-
ne vocationis dei: Tanq̃ diceret: Ad patriam ſuperne pro
miſſionis dei. Et ibi iam fratres in eremo quicquid paſ-
ſus eſt populus ille:⁊ quicquid eis deus largitus eſt q̃ue-
cunq; illa flagella fuerant:queciq; dona: ſignificationes
ſunt rerum quas in hac ſolitudine huius vite ambulantes
in chriſto querentes patriam: ⁊ accipimus ad conſolatio-
nem:⁊ portamus ad probationem. Non ergo mirum:quia
illud defecit quod figurabat futurum. Nam perductus eſt
populus ad patriam promiſſionis: nunquid ſemper ſtatu-
ram? Si hoc eſſet:non eſſet figura:ſed res. Quia vero figu
ra erat:ad temporale quiddam perductus eſt ille populus
Si ad temporale quiddam perductus eſt:oportebat vt de-
ficeret:⁊ defectu ſuo cogeretur querere quod nunq̃ defice
5 ret. Synagoga ergo:id eſt qui deum ibi pie colebant:ſed
tamen propter terrenas res:propter iſta preſentia. Sunt
enim impij qui preſentium rerum bona a demonibus que-
runt:Hic autẽ populus ideo melior erat gentibus:q; q̃uis
preſentia bona et temporalia:tamen ab vno deo querebat
qui eſt creator omnium ⁊ ſpiritalium et corporalium. Cum
ergo illi pij ſm carnem attenderent:id eſt illa ſynagoga q̃
erat in bonis:pro temporalibus bonis: non ſpiritualibus:
quales erant ibi prophete:quales pauci intellectores regni
celeſtis eterni. Ergo illa ſynagoga animaduertit que acce
perit a deo ⁊ que promiſerit deus populo illi:abundantiã
rerum terrenarum:patriam:pacem:felicitatem terrenam:
Sed in his omnibus figura erat:⁊ non intelligẽs quid ibi
lateret in reb⁹ figuratis:putauit hoc pro magno dare deũ:
nec habere melius quod dare poſſet diligentibus ſe ⁊ ſer-
uientibus ſibi. Attendit ⁊ vidit quoſdam peccatores im-
pios:blaſphemos:ſeruos demonum: filios diaboli viuen-
tes in magna nequicia et ſuperbia:abundare rebus talib⁹
terrenis ⁊ temporalibus pro qualibus rebus ipſe deo ſer-
uiebat:⁊ nata eſt cogitatio peſſima i corde que faceret nu-
tare pedes: et prope labi a via dei. Et ecce iſta cogitatio
in populo erat veteris teſtamenti: Utinam non ſit in car-
nalibus fratribus noſtris:cum iam aperte predicatur feli-
citas noui teſtamenti. Quid enim dixit illa tunc ſynagoga?
Quid dixit ille populus? Nos ſeruimus deo ⁊ corripimur:
flagellamur:ſubducuntur nobis ea que diligimus:et que
pro magno a deo acceperamus. Illi autem ſcelerati homi
nes nequiſſimi: ſuperbi:blaſphemi:inquieti:abundant his
omnibus rebus:propter quas nos deo ſeruimus: Puto ſi-

ne cauſa ſeruitur deo. Hic ſenſus eſt pſalmi deficientis po
puli ⁊ nutantis:dum cõſyderat bona terrena:propter que
ſeruiebat deo:abundare his qui non ſeruirent deo:nutat ⁊
prope labitur: ⁊ cum hymnis illis deficit:quia in talib⁹ cor
dibus hymni deficiebant. Quid eſt:in talibus cordib⁹ hym
ni deficiebant? Quia iam talia cogitabant:⁊ deum nõ lau-
dabant. Quomodo eñ laudarent deum:quibus quaſi per
uerſus videbatur:dans impijs tantam felicitatem: ⁊ auſe-
rens eam ſeruientibus ſibi? Non illis bonus videbat deꝰ:
Et quibus deus bonus nõ videbatur:non vtiq; ab eis lau
dabatur: A quibus autem deus non laudabatur: defecerũt
in illis hymni. Poſtea vero populus iſte intellexit quid eum
admoneret deus querere:cum iſta temporalia ſubtraheret
ſeruis ſuis:et donaret ea inimicis ſuis:blaſphemis:impijs
admonitus intellexit: quia pre omnibus que dat deus et
bonis et malis:⁊ aliquando aufert ⁊ bonis ⁊ malis:pre oĩ-
bus ſeruat aliquid bonis. Quid eſt ſeruat aliquid bonis?
Quid illis ſeruat? Seipſum. Iam quãtum arbitror curri-
tur in pſalmo:intellectus eſt in nomine domini. Audi re-
cordantem ⁊ penitentem qui errauerat:putando deum nõ
bonum:q̃ dat bona terrena malis ⁊ aufert illa a ſeruis ſuis
Intellexit eñ quid deus ſeruaret ſeruis ſuis:⁊ recogitãs:
ſeq; caſtigans erupit hoc modo.

Expoſitio pſalmi.

Quã bonus iſrael deus. Sed quibus? Rectis cor- B
de. Peruerſis quid? Peruerſus videtur. Sic et in Al. his q̃
alio pſalmo dicit: Cum ſancto ſanctus eris:⁊ cum viro ino- recto ſunt
cente innocens eris:Et cum peruerſo peruerſus eris. Quid Ps. 17
eſt peruerſus eris cum peruerſo? Peruerſum te putabit per
uerſus:non quod vllo modo peruertatur deus? Abſit. Qđ
eſt:eſt. Sed queadmodum ſol oculos puros: ſanos: vege-
tos:fortes habenti:tranquillus apparet: in oculos autem
lippos:quaſi tela aſpera iaculatur:intuẽtem illum vegetat:
hunc excruciat nõ mutatus ſed mutatum: ſi cum ceperis
eſſe peruerſus:⁊ tibi deus peruerſus eſſe videbitur: tu mu
tatus es non ille. Ergo erit tibi pena:qđ bonis gaudium.
Hoc iſte recolens: q̃ bonus inquit deus iſrael rectis corde.
Quid autem tibi? Mei autẽ pene commoti ſunt pedes. Al. moti
Quãdo cõmoti ſunt pedes:niſi quando nõ erat rectũ cor?
Unde non erat rectum cor? Audi Paulominꝰ effuſi ſunt Al. pene
greſſus mei. Quod dixit pene:hoc dixit: paulominꝰ: Et
quod dixit:pene moti ſunt pedes:hoc dixit:effuſi ſunt gre- Sup Ioã.
ſſus mei. Pene moti ſunt pedes:pene effuſi ſũt greſſus mei 27. b. 1 me.
Moti pedes:Sed vnde moti pedes ⁊ effuſi greſſus? Ad er et. 28. d. in
randum fuſi ſunt greſſus:pedes ad lapſum:non omnino ſꝫ medio
pene. Quid enim eſt? Iam ibam in errorem:non ieram: iã Al. ſuper
cadebam:non cecideram. Sꝫ quare ⁊ hoc? Quia zelaui iniquos.
inquit in peccatoribꝰ:pacẽ peccatorum intuens. At- videns
tendi peccatores:vidi illos habere pacem. Quã pacẽ? Tem
poralem:fluxã:caducam atq; terrenam:ſed tamen talem
qualem ⁊ a deo ego deſiderabam. Uidi illos habere q̃ non
ſeruiebant deo:qđ ego deſiderabam vt ſeruirent deo:⁊ mo
ti ſunt pedes mei:⁊ pene effuſi ſunt greſſus mei. Quare au Al. reſpe
tem hoc habent peccatores: dicit breuiter. Quia non eſt ctus
declinatio mortis eorum:⁊ firmamentũ in flagello eo- Al. morti
rum. In laboribus hominũ non ſunt:⁊ cum hominibꝰ non plaga
flagellabuntur. Iam intellexi inquit quare illi habẽt pa- Al. labo
cem et florent in terra:quia morti eorum non eſt declina- re.
tio:id eſt quia certa mors et eterna eis manet:que nec de- D
clinat ab eis:nec ipſi declinare ab ea poſſunt. Quia non eſt
declinatio mortis eorũ:⁊ firmamentũ in flagello eorum. Et
eſt firmamentũ in flagello eorum? Non eſt eñ temporale
flagellum eorũ:ſed firmũ in ſempiternũ. Propter hec ergo
mala que illis eterna futura ſunt:modo quid? In laborib⁹
hominũ nõ ſunt:⁊ cum hoĩbus nõ flagellabũtur. Nunquid
et ipſe diabolus cum hominibus nõ flagellatur:cui tamen
eternũ ſupplicium preparatur? Propterea quid hinc iſti dũ
non flagellantur:dũ non laborant cum hominibꝰ? Ideo
inquit obtinuit eos ſuperbia. Attende illos ſuperbos Al. tenuit
indiſciplinatos: attende taurum deuotum victime: per-
miſſum errare libere ⁊ vaſtare que põt vſq; ad diem occi-

ſionis. Jam bonum eſt fratres: In ipſis prophete verbis
audiamus hunc quaſi taurum: de quo dixi. Sic enim illum
Prouer. 7 et alibi ſcriptura commemorat. Ducit eos tanꝗ ad victi-
mam preparatos: et parcit eis ad malam libertatem: ideo
dixit: Obtinuit eos ſuperbia. Quid eſt obtinuit eos ſuper
Alſ† opeʳti ſunt bia? ⌊†Circumamicti ſunt iniquitate ꝛ impietate ſua: ⌋
Non dixit tecti: ſed circumamicti: vndiqꝫ cooperti impieta
te ſua. Merito miſeri: nec vident nec videntur: quia circū-
amicti ſunt: nec videntur interiora eorum. Nam quiſquis
malorum hominum quaſi felicium ſm tempus interiora
conſpiceret: quiſquis eorum videret truces conſcientias:
quiſquis animas eorum poſſet inſpicere diuerberari tan-
tis perturbationibus cupiditatum et timorum: videre. il-
los miſeros: et quando felices vocantur Sed quia circum-
amicti ſunt iniquitate ꝛ impietate ſua: non vident: ſed nec
videntur. Nouerat illos ſpiritus qui de illis iſta dicit: ꝛ eo
oculis tales debemꝰ inſpicere: quo ſcimus videre: ſi nobis
auferatur tegimen ab oculis impietatis: Videamus iſtos:
ꝛ cum felices ſunt fugiamus: et cum felices ſunt non imite-
mur: nec a domino deo noſtro talia nobis pro magno peta
mus: qualia accipere meruerunt qui illi non ſeruiūt. Aliud
quiddam ſeruat: aliud deſiderandum eſt. Quid ſit autem:
I audite. Primo iſti deſcribantur. ⌊Prodijt quaſi ex adipe
iniquitas eorum.⌋ Vide ſi non taurus ille agnitus eſt.
Audite fratres: Non quomodocunqꝫ tranſeundum eſt: qđ
dixit: Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: Sunt enim
mali ſed macie mali: ideo mali: quia macri: ideſt exiles exi
guitate quadam neceſſitatis affecti: et ipſi mali ꝛ damnā-
di. Ferenda eſt enim magis omnis neceſſitas: ꝙ perpetrā
da eſt aliqua iniquitas: Tamen aliud eſt de neceſſitate pec
care: aliud in abundantia. Pauper mendicus furtum facit:
ex macie proceſſit iniquitas. Diues abundans rebus tan-
tis: quare diripit res alienas? Illius iniquitas ex macie:
huius ex adipe proceſſit. Ideo macro cum dicis: quare hoc
feciſti: humiliter afflictus et abiectus: reſpondet: Neceſſi-
tas coegit me. Quare non timuiſti deum? Egeſtas com-
pulit. Dic diuiti: quare hec facis: et non times deum? Si
tamen tantus es qui poſſis dicere: videſi vel dignatur au
dire: vide ſi non etiam in ipſo prodiet iniquitas ex adi-
pe eius. Jam enim preceptoribus et correctoribus ſuis
inimicitias indicunt: ꝛ fiunt inimici verum dicentibꝰ: iam
ſueti palpari verbis adulantium: aure molli corde non ſa-
no. Quis dicit diuiti: male feciſti rapiendo res alienas?
Aut forte ſi auſus fuerit aliquis dicere: et talis eſt: cui non
poſſit ille reſiſtere: quid reſpondet? Totum in cōtemptu dei
loquitur. Quare? Quia ſuperbus eſt. Quare? Quia pin-
guis eſt. Quare? Quia deuotus ad victimam eſt. Prodijt
K quaſi ex adipe iniquitas eorum. ⌊Tranſierunt in† diſpo-
alſ† affectū ſitionem cordis. Ibi intus tranſierunt. Quid eſt: tranſie-
runt? Pretergreſſi ſunt viam. Quid eſt tranſierunt? Exceſ
ſerunt metas humani generis homines: ſe pares ceteris
non putant. Tranſierunt inquam metas humani generis.
Quādo dicis tali homini: frater tuus eſt iſte pauper: eoſ-
dem parentes habuiſtis adam et euam: noli attendere tu
morem tuum: noli attendere typum tuum in quo eleuatus
es: et ſi te circumſtant familie: et ſi numeroſum aurum et
argentum: et ſi domus marmorata continet: et ſi tecta la-
queata contegunt: ſimul te et pauperem contegit tectum
mundi celum: ſed diuerſus es a paupere rebus non tuis
extrinſecus appoſitis. Te in illis vide: non illa in te. Atten
de teipſum qui ſis ad pauperem: teipſum: non quod ha-
bes. Quid enim deſpicis fratrem? In viſceribus matrum
veſtrarum ambo nudi fuiſtis: Certe etiam cum de iſta vi-
ta exieritis: et iſte carnes exuta anima fuerint putrefacte
dinoſcantur oſſa diuitis ꝛ pauperis. De conditione loquor
equali: de ipſa ſorte generis humani in qua omnes naſcū-
tur. Et diues cum hic ſit et pauper: non ſemper hic erunt:
Et ſicut diues non venit diues: ſic nec diues abſcedit. Idē
ipſe eſt vtriuſqꝫ introitus: et par exitus. Addo quod forte
mutabitis vices. Jam vbiqꝫ euangelium predicatur: Attē-
de quendam pauperem vlceroſum qui iacebat ante ianuā
diuitis: et cupiebat ſaturari de micis que cadebāt de men
ſa diuitis: Attende et illum parem tuum qui induebatur
purpura ꝛ byſſo. ꝛ epulabatur quotidie ſplendide. Conti-
git nempe mori inopem illum et afferri ab angelis in ſinu Luce. 16
abrahe. Ille autem mortuus eſt ꝛ ſepultus eſt: Nam illius
forte ſepulturam nemo curauit. Et cū apud inferos ille di
ues in tormentis eſſet: nōne eleuauit oculos ſuos ꝛ vidit in
infinito gaudio eum quem contempſit ante ianuam ſuam:
ꝛ digito eius aque ſtillam deſiderauit: qui de menſa eiꝰ ca-
dentes micas deſiderauerat? Fratres: labor ille pauperis
quātus fuit? Delitie ille diuitis ꝙ longe fuerunt? Qđ autē
mutauerunt: perpetuum eſt. Illius ergo quia non erat de-
clinatio in morte: ꝛ firmamētum erat in flagello eius: in la
boribus hominū non fuit: ꝛ inter homines flagellatus non
eſt. Ille autem flagellatus hic: requieuit ibi: quia flagellat Hebre. 12
omnem filium quē recipit. Sed cui dicis iſta? Epulāti ſplē
dide ꝛ induēti ſe quotidie purpura ꝛ byſſo. Cui dicis? Qui
tranſijt in diſpoſitionem cordis. Merito ſero dicturus eſt:
Mitte lazarum dicat vel fratribus meis: quando ei nō cō-
ceditur fructus penitentie. Non enī penitentia non datur:
ſed ſempiterna erit penitentia: ꝛ nulla ſalus poſt peniten-
tiam. Ergo iſti tranſierūt in diſpoſitionem cordis. ⌊Cogi-
tauerunt ꝛ locuti ſunt† malignitatem.⌋ Sed loquūtur ma alſ† nequitiā
lignitatem homines: ꝛ cum timore. Iſti autem quomodo? L
⌊Iniquitatem in† altum locuti.⌋ Non ſolum locuti ſunt alſ† excelſo
iniquitatem: ſed etiam clare audientibus omnibus: Ego
facio: ego oſtendo: Superbe: ſenties cum quo habes: viuere
te nō ſinam. Vel cogitares ea: nō etiam effunderes: vel in-
tra clauſtra cogitatiōis mala cupiditas coerceretur: vel re
frenares eam intra cogitationem ſuā Quare? An forte ma
cer eſt? Prodiet quaſi ex adipe iniquitas eorum. Iniquita
tem in altum locuti ſunt. ⌊Poſuerunt in celum os ſuum: ꝛ
lingua eorū tranſiuit† ſuper terram.⌋ Quid eſt hoc: tran- alſ† i terra
ſiuit ſup terram? Quod dictum eſt. Poſuerunt in celum os
ſuū: hoc eſt tranſijt ſup terram. Tranſeunt terrena omnia.
Quid eſt terrena oīa tranſire? Non ſe cogitat hominē ſubi-
to mori poſſe: cum loquit: quaſi ſemp victurus minat. Trā
ſcendit iniquitas cogitationis illius terrenam fragilitatem
neſcit quali vaſe coopertus eſt: neſcit qđ ſcriptum eſt in alio
loco de talibus. Exiet ſpūs eius ꝛ reuertetur in terrā ſuā: Ps. 145
in illa die peribunt omnes cogitationes eius. Sed iſti diē
vltimū ſuū non cogitantes: loquūtur ſupbiam: et in celum
ponūt os ſuū: ꝛ tranſcendunt terram. Si vltimū ſuū diem
nō cogitaret: id eſt iudicij ſui vltimū diē latro miſſus in car
cerem: nihil illo eſſet immanius: ꝛ tū poſſet effugere. Quo fu
gis ne moriaris? Certus erit ille dies Quid eſt diu quod vi-
cturus es? Quātum eſt diu quod habet finem: ꝛ ſi diu eēt?
Huc accedit: quia nō eſt diu: ꝛ incertum eſt ipſum quod di
citur diu. Quare hoc non cogitat? Quia poſuit in celum os
ſuum: ꝛ lingua eius tranſiuit ſuper terram. ⌊Ideo† reuer- Al.† ꝯuer
tetur populus meus† huc.⌋ Jam ipſe aſaph reuertet huc. tetur
Vidit enim iſta abundare iniquis: vidit ſuperbos: redit ad †hic.
deum: ꝛ incipit querere ꝛ diſputare. Sed quando? ⌊†Cum M
dies pleni inuenientur in eis.⌋ Quid eſt dies pleni? Cum Alſ† Et
autem venit plenitudo temporis miſit deus filium ſuum. Gala. 4.
Ipſa eſt plenitudo temporis quādo venit ille temporalia
docere contēni: non habere magnū quicquid mali homines
cupiūt: pati quicqd mali holes metuūt. Factꝰ eſt via: reuo-
cauit ad cogitationem intimā: admonuit quid a deo querē
dum eſſet. Et vide de qua cogitatione reuerberata in ſe: ꝛ
quodāmodo reuocante fluctus impetus ſui tranſitur adue-
ra eligenda. Ideo reuertetur populus meus huc: et dies
pleni inuenientur in eis. ⌊Et dixerunt. Quomodo† ſciuit Alſ† ſcit
deus: et ſi eſt ſcientia in† altiſſimo?⌋ Vide per quam cogi- † excelſo
tationem tranſeunt. Ecce iniqui felices ſunt: non curat de-
res humanas. Vere ſcit quid agamus. Videte que dicun-
tur. Rogamus fratres: iam a chriſtianis non dicatur: quo-
modo ſciuit deus: ꝛ ſi eſt ſcientia in altiſſimo? Unde enī tibi
videtur non ſcire deum: et non eſt ſcientiam in altiſſimo?
Reſpondet: ⌊Ecce ipſi peccatores et abundantes in ſecu-
lo: obtinuerunt diuitias.⌋ Et peccatores ſunt: et abun-
dantes diuitias in ſeculo obtinuerunt. Confeſſus eſt: quia
ideo nolebat eſſe peccator vt haberet diuitias. Carnalis
anima viſibilibus rebus et terrenis vendiderat iuſtitiam
ſuam. Qualis iuſtitia? Que propter aurum habetur: quaſi
precioſius

preciosius ſit aurum ꝙ ipſa iuſticia: aut cum quiſꝙ ne-
gat res alienas: maius damnum patiatur cui negat: ꝙ ille
qui illi negat. Ille perdit veſtem: iſte fidem. Ecce ipſi pec-
catores et abundantes in ſeculo: obtinuerunt diuitias. In-
Alr. ergo n de ergo neſcit deus: et inde non eſt ſciencia in altiſſimo.
Et dixi: ſine cauſa iuſtificaui cor meum. Quando ſer-
uio deo: et iſta non habeo: non ſeruiit illi: et his abundat:
Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum. Et laui inter inno-
Pſ. 25. centes manus meas. Hoc ſine cauſa feci. Ubi eſt merces
bone vite mee? Ubi eſt premium ſeruitutis mee? Bene vi-
uo et egeo: et iniquus abundat. Et laui inter innocētes ma-
nus meas. Et fui flagellatus tota die. A me non recedūt
flagella dei. Bene ſeruio et flagellor: non ſeruit et orna-
tur. Magnam queſtionem ſibi fecit. Agitatur anima: trāſi-
tur anima: tranſitura ad contemnenda terrena: et concupi-
ſcenda eterna. Tranſitus eſt ipſius anime in hac cogitatio-
ne: Ubi fluctuat? In quadam tempeſtate: Peruentura eſt
ad portum. Et quomodo ſolent egri qui lentius egrotant:
cum ſanitas longe eſt: vicina ſanitate plus eſtuant. Acceſ-
ſionem creticam medici vocant: per quam tranſitur ad ſa-
nitatem: Maior ibi eſtus: ſed ducens ad ſalutem: maior ibi
ardor: ſed vicina refectio: Sic ergo ⁊ hic eſtuat: Nam peri-
culoſa verba ſunt fratres: moleſta: ⁊ pene blaſphema: quo-
modo ſciuit deus: hoc eſt ⁊ pene: Non dixit neſciuit deus:
non dixit: non eſt ſciencia in altiſſimo: ſed quaſi querēs: he-
ſitans ⁊ dubitans: Hoc eſt quod ait paulo ante: Pene effuſi
ſunt greſſus mei: Quomodo ſciuit deus: et ſi eſt ſciencia in
altiſſimo? Non confirmat: ſed ipſa dubitatio periculoſa eſt.
Per periculum tranſit ad ſanitatem. Audi iam ſanitatem.
Alr. caſti- Ergo in vanū iuſtificaui cor meum: ⁊ laui inter innocentes
gatio. man⁹ meas. Et fui flagellatus tota die. Et arguitio mea
matuti- in matutinū. Arguitio correptio eſt. Qui arguitur: corri-
nis. pitur. Quid eſt in matutinū? Nō differtur. Differtur impio-
rum: mea nō differtur. Illa ſera vel nulla eſt: mea in matu-
Q tutinū. Et fui flagellatus tota die: ⁊ arguitio mea in matu-
tinū. Si dicebam narrabo ſic: Id eſt docebo ſic. Quo-
modo docturus eras: quia non eſt ſciencia in altiſſimo: q: non
ſcit deus? Hanc ſcientiam vis proferre: quia ſine cauſa iuſte
viuūt: qui iuſte viuant: quia perdidit homo iuſtus ſeruitu-
tem ſuam: quia magis deus malis fauet: aut neminem cu-
rat? Hoc vis dicere: hoc vis narrare. Reprimit ſe autorita-
te compeſcente: Qua autoritate aliquando vult homo erū-
pere in iſtam ſententiam: ſed reuocatur ſcripturis dicenti-
bus: vt ſemper bene viuatur: dicentibus: quia deus curat
res humanas: quia diſcernit inter pium ⁊ impium. Ergo ⁊
iſte volens iam iſtam proferre ſentētiam: reuocat ſe. Et qd
Alr. natio- ait? Si dicebam narrabo ſic: Ecce generationem filiorū
nem. tuorum reprobaui. Reprobaui generationem filiorū tuo-
rum, ſic: ſi narrabo ſic: generationem iuſtorum reprobabo:
Sicut ⁊ quedam habent exemplaria. Ecce generationem
filiorum tuorum cui concinui: id eſt cui filiorum tuorum cō-
cinui: Id eſt cui congrui: cui accommodatus ſum: Diſſonui
ab omnibus ſi ſic doceo. Concinit enim qui cōſonat: qui au-
tem non conſonat: non concinit: Aliud dicturus ſum ꝙ di-
xit abraam: ꝙ dixit iſaac: ꝙ dixit iacob: ꝙ dixerunt prophe-
te. Illi enim omnes dixerunt: quia curat deus res humanas:
ego dicturus ſum: quia non curat? Maior ne in me pruden-
tia: ꝙ in illis: maior ne intellectus ꝙ in illis? Saluberrima
autoritas reuocauit cogitationem ab impietate. Sed quid
P ſequitur? Si dicebam narrabo ſic: ecce generationem filio-
Alr. exiſti- rum tuorum reprobaui. Ergo ne reprobaret: qd fecit? Et
mabam vt ſuſcepi cognoſcere. Suſcepit cognoſcere: deus illi aſſit et
cogſcerem cognoſcat. Interim fratres a magno lapſu reuocatur: quā-
do non ſe iam ſcientem preſumit: ſz ſuſcepit cognoſcere qd
neſciebat. Iam enim volebat quaſi ſciens videri: ⁊ predi-
care nullā deo eſſe curam de rebus humanis. Facta eſt enī
iſta iniquorum nequiſſima ⁊ impia doctrina. Sciatis fra-
tres multos diſputare ⁊ dicere: quia deus res humanas nō
curat: quia caſibus reguntur omnia: vel quia ſtellis ſubie-
cte ſunt voluntates noſtre: quia vnuſquiſꝙ non pro meritis
agitur: ſed neceſſitate ſtellarum ſuarum. Doctrina mala: do-
ctrina impia. In hec iſte ibat: cui⁹ pene cōmoti ſunt pedes:
⁊ cuius paulominus effuſi ſunt greſſus: In hunc ibat erro-

rem: Sed quia non concinebat generationi filiorum dei:
ſuſcepit cognoſcere: ⁊ damnauit ſcientiam: in qua iuſtis dei
non congruebat. Et quid dicit: audiamus: quia ſuſcepit co- 20. de ciui
gnoſcere ⁊ adiutus eſt: ⁊ didicit aliquid: ⁊ indicauit nobis. 28. in fine.
Et ſuſcepi inquit cognoſcere. Hoc labor eſt inquit an-
te me. Vere magnus labor cognoſcere quomodo ⁊ deus
curet res humanas: ⁊ bene ſit malis ⁊ laborent boni. Ma-
gna vis queſtionis: Ideo hoc labor eſt ante me: Quaſi ſtat Pſ. 17
mihi in facie murus quidam: ſed habes vocem pſalmi: In
deo meo tranſgrediar murum. Hoc labor eſt ante me. Ue-
rum dicis: Labor eſt ante te: ſed ante deum non eſt labor.
Fac te ante te deūvbi non eſt labor: ⁊ nec tibi erit labor. Et
fecit hoc: Nam dicit: ꝙdiu labor ante ſe. Donec introeā Alr. intrē
in ſanctuarium dei: ⁊ intelligam in nouiſſima. Magna noniſſi-
res fratres. Tandiu laboro inquit: ⁊ ante faciem meam la- mis eorū.
borem quendam quaſi inextricabilem video: vt cognoſcā
quomodo ⁊ iuſtus ſit deus: et res humanas curet et nō ſit
iniquus: quod peccantes ⁊ ſcelera facientes felicitatem ha-
bent in hac terra: Pii vero ⁊ deo ſeruientes in tentationi-
bus plerumꝙ et in laboribus fatigantur. Magna difficul-
tas eſt hoc ſcire: ſed donec introeam in ſanctuarium dei:
In ſanctuario enim dei quid tibi preſtatur vt hanc ſoluas
queſtionem? Et intelligam inquit in nouiſſima: non in pre-
ſentia. Ego inquit de ſanctuario dei intendo oculum in fi-
nem: preſentia tranſgredior. Totum hoc quod vocatur hu-
manum genus: omnis iſta maſſa mortalitatis ventura eſt
ad examen: ventura eſt ad libram: appendentur ibi opera
hominum: Cuncta modo nubes inuoluit: ſed deo cognita
ſunt merita ſingulorum. Et intelligam inquit in nouiſſima:
ſed non a me: nam ante me labor eſt. Unde intelligam in no-
uiſſima? Intrem in ſanctuarium dei. Ubi ergo intellexit: et
vnde modo iſti felices? Ueruntamen propter doloſita- Alr. dolos
tem poſuiſti eis. Quia doloſi ſunt: id eſt fraudulēti: quia Q
doloſi ſunt: dolos patiuntur. Quid eſt hoc: quia fraudulen-
ti ſunt: fraudem patiuntur? Fraudem volunt facere generi
humano in omnibus nequitiis ſuis. fraudem ⁊ ipſi patiun-
tur: vt terrena bona eligant: et relinquant eterna. Ergo fra-
tres in eo quod fraudem faciunt: fraudem patiuntur. Qd
iam dudum dixi fratres: quale cor habet quis vt lucretur
veſtem ⁊ perdat fidem? Ille cui tulit veſtes paſſus eſt frau-
dem: an iſte qui tanto damno percutitur? Si precioſior eſt
veſtis ꝙ fides: maiore damno ille afficitur. Si autem incō-
parabiliter fides excedit totum mundum: ille videbitur dā-
num veſtis perpeti: Huic autem dicitur: Quid prodeſt ho- Mat. 16.
mini ſi totum mundum lucretur: anime autem ſue damnū
patiatur? Ergo quid illis contigit? Propter doloſitatem po-
ſuiſti eis. Deiecisti eos dū extollerentur. Non dixit: Alr. alle-
deiecisti eos quia eleuati ſunt: non quaſi poſtea ꝙ eleuati uarent
ſunt deiecisti eos: ſed in eo ipſo quod eleuati ſunt: deiecti
ſunt. Si enim efferri iam cadere eſt: deiecisti eos dum ex-
tollerentur: Quomodo facti ſunt in deſolationem ſubi-
to? Admiratur ſuper eos: intelligens in nouiſſima. De-
fecerunt: vere quomodo fumus: qui dum extollitur: de-
ficit. Defecerunt: Quomodo dicit defecerunt? Quomodo
qui intelligit in nouiſſima. Defecerunt: Perierunt ꝓpter
iniquitatem ſuam: Uelut ſomnium exurgentis. Quomo- Alr. ſur-
do defecerunt? Quomodo deficit ſomnium exurgentis. gentium;
Fac hominem in ſomnio videre ſe inueniſſe theſauros: di-
ues eſt: ſed donec euigilet. Ueluti ſomnium exurgentis: ſic
defecerunt quomodo ſomnium euigilantis. Queritur igi-
tur et non eſt: nihil in manibus: nihil in lecto. Pauper dor-
mierat: diues in ſomnio factus fuerat. Si nō euigilaſſet:
diues eſſet. Euigilauit: inuenit erumnam quam dimiſerat
dormiens. Et iſti non inuenient miſeriam quam ſibi com-
parauerant? Cum euigilauerint de hac vita: trāſit illud qd
quaſi ſomno tenebatur: veluti ſomnium exurgentis. Et ne di-
ceretur: Quid ergo? Parua tibi videtur claritas eorum: R
parua tibi videtur pompa eorum: parui tibi videntur titu-
li: imagines: ſtatue: laudes: cunei clientum. Dñe ait in Alr. ima-
ciuitate tua imagines eorum ad nihilum rediges. Itaꝙ ginē ipſorū.
fratres mei libere loquens de hoc loco: veluti vnde liber:
quia quando vobis miſcemur: magis vos ferimus: ꝙ doce-
mus: in nomine chriſti et in timore eius exhortor vos: vt

quicunq; iſta non habetis non cupiatis: quicunq; habetis
non in eis preſumatis. Ecce dixi vobis: non dico damnami
ni quia habetis: ſed damnamini ſi de talibus preſumatis:
Si de talibus preſumatis: ſi de talibus inflemini: ſi pro
pter talia magni vobis videamini: ſi propter talia paupe
res non agnoſcatis: ſi generis humani cõditionem commu
nem propter excellentem vanitatem obliuiſcamini: Tunc
enim deus: neceſſe eſt: retribuat in nouiſſimo: et in ciuitate
1.Timo.6. ſua imaginem talium ad nihilum redigat. Qui autem di
ues eſt: hoc modo ſit quo precepit apoſtolus: Precipe in
quit diuitibus huius mundi non ſuperbe ſapere: neq; ſpe
re in incerto diuitiarum ſuarum: ſed in deo viuo: qui pſtat
omnia nobis abundanter ad fruendum. Abſtulit ſupbiam
diuitum: dat conſilium. Quaſi dicerent: diuites ſumus: ſu
perbire nos prohibes: iactare pompas diuitiarum noſtra
Ibidem rum vetas. Quid ergo facturi ſumus de iſtis diuitijs? Uſq;
adeo non eſt quod inde fiat? Diuites inquit ſint in operi
bus bonis: facile tribuant: communicent. Et quid prodeſt
hoc? Theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futurum:
vt apprehendant veram vitam. Ubi debent ſibi theſauri
zare? Quo miſit iſte oculum intrans in ſanctuarium dei?
Exhorreſcant omnes fratres noſtri diuites: abundantes
pecunia: auro: argento: familia honoribus: exhorreſcant qd
modo dictum eſt: Domine in ciuitate tua imaginem eorũ
ad nihilum rediges. Nonne digni ſunt hec pati: vt deus in
ciuitate ſua imaginem eorum ad nihilum redigat: quia et
S
ipſi in ciuitate ſua terrena: imaginem dei ad nihilum rede
Alſ † inflã gerunt? In ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum redi
matum ges. Quia † delectatum eſt cor meum. Dicit quibus re
Alſ † com bus tentatur: quia delectatum eſt cor meum. Et renes
mutati. mei † mutati ſunt. Quando me delectauerunt tempora
lia iſta: mutati ſunt renes mei. Poteſt et ſic intelligi: quia
delectatum eſt cor meũ in deum: et renes mei mutati ſunt:
Al. † nõ hʒ id eſt libidines mee mutate ſunt: et caſtus totus factus
† neſciui ſum. Renes mei mutati ſunt. Et audi quomõ. Et † ego
ad nihilum redactus ſum et † non cognoui. Ego ille qui
modo iſta dico de diuitibus: aliquando talia deſideraui:
ideo et ego ad nihilum redactus ſum: quando pene effuſi
ſunt greſſus mei. Et ego ad nihilum redactus ſum: et non
Al. † Ut iu cognoui. Non eſt ergo deſperandum: et de illis in quos ta
mentum lia dicebam. Quid eſt non cognoui? † Quaſi pecus fact⁹
† apud ſum † ad te: et ego ſemper tecum. Multum intereſt inter
iſtum et alios. Iſte quaſi pecus factus eſt deſiderando ter
rena: quando redactus ad nihilum non cognouit eterna.
Sed non receſſit a deo ſuo: quia non illa deſiderauit a de
monibus: a diabolo. Hoc enim iam vobis commendaui.
Uox eſt ſynagoge: id eſt illius populi qui non ſeruiuit ido
lis. Pecus quidem factus ſum: a deo meo: terrena deſide
T
rans: ſed nunq̃ receſſi ab ipſo deo meo. Quia ergo q̃uis fa
Al † dexte ctus pecus: non receſſi a deo meo: ſequitur: Tenuiſti ma
rã meam num † dextere mee. Non dixit manum dexteram meam:
ſed manum dextere mee. Si dextera manus eſt: man⁹ ha
bet manum. Manum tenuiſti dextere mee: vt deduceres
me. Quid poſuit manum? Poteſtatem. Hoc enim dicimus
quemq̃ habere in manu quod habet in poteſtate: quemad
Job.1. da dixit diabolus deo de iob: Mitte manum tuam: et tolle
que habet. Quid eſt mitte manum tuam? Da poteſtatem.
Prou. 18 Manum dei: poteſtatem dei dixit: ſicut ſcriptum eſt alio lo
Mat. 12 co: Mors et vita in manibus lingue. Nunquid lingua ma
nus habet? Quid eſt in manibus lingue? In poteſtate lin
gue. Quid eſt in poteſtate lingue? Ex ore tuo iuſtificabe
ris: et ex ore tuo condemnaberis. Tenuiſti ergo manum
dextere mee: poteſtatẽ dextere mee. Que eſt dextera mea?
Quia ego ſemper tecum. In ſiniſtra habebam: quia pe
cus factus ſum: id eſt quia terrena in me fuit concupiſcen
tia: Sed dextera mea erat: quia ſemper tecum eram. Hu
Joan.1. ius a dextere mee: manuʒ tenuiſti: id eſt poteſtatem rexiſti.
Quam poteſtatem? Dediſti eis poteſtatem filios dei fieri.
Alſ † Et Cepit eſſe iam inter filios dei ad nouum teſtamentum per
tinens. Uide quomodo retenta eſt manus dextere eius.
† In voluntate tua deduxiſti me. Quid eſt in volunta
te tua? Non meis meritis. Quid eſt in voluntate tua? Au
1. Timo.1. di apoſtolum: qui fuit pecus primo terrena deſiderans: et

hm vetus teſtamentum viuens. Quid ait? Qui primo fui Alſ † in
blaſphemus: et perſecutor: et iniurioſus: ſed miſericordiã Alſ † ſuſce
conſecutus ſum. Quid eſt in volũtate tua? Gratia dei ſum piſti.
id quod ſum. Et † cum gloria † aſſumpſiſti me. Iam qd
aſſumptus eſt: et in qua gloria quis explicat? Quis dicit?
Expectemus hoc: quia in reſurrectione erit: in nouiſſimis
erit: Cũ gloria aſſumpſiſti me. Et cepit cogitare felicita
tem ipſam celeſtem: et arguere ſe: quia pecus fuit: et terre
na deſiderauit. Quid enim mihi eſt in celo: et a te quid C
voluí ſuper terram? Ex voce veſtra intellexiſſe vos video. 10. de ciui.
Comparauit voluntati ſue terrene premium celeſte quod 27. in fine.
accepturus eſt: vidit quid ibi ſibi ſeruaretur: et cogitans et
eſtuans in cogitatione cuiuſdam rei ineffabilis: quam nec
oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcen 1.Cor.2
dit: non dixit illud: aut illud mihi eſt in celo: ſed quid mihi
eſt in celo. Quid eſt illud quod habeo in celo? Quantum
eſt? Quale eſt? Quid eſt? Et cum non tranſijt: quod habeo
in celo a te: quid volui ſuper terram? Seruas mihi tu: ſed
dicam vt poſſum: ſed date veniam: Accipite conatum meũ:
deuotionem nitendi: nam explicãdi nulla facultas eſt. Ser
uas inquit mihi tu in celo diuitias immortales te ipſum: et
ego volui a te in terra quod habent et impij: quod habent
et mali: quod habent et facinoroſi: pecuniam: aurum et ar
gentum: gemmas: familias: quod habent et ſcelerati mal
ti: quod habent multe femine turpes: multi viri turpes.
Hec pro magno deſideraui a deo meo ſemper terram: cum
ſeruet ſe mihi in celo deus meus. Quid enim mihi eſt in ce
lo? Oſtendere habet ipſum quid? Et a te quid volui ſuper
terram? Defecit † cor meũ et caro mea: deus cordis mei. Alſ † caro
Hoc ergo mihi eſt in celo ſeruatum. Deus cordis mei. Et mea et cor
pars mea deus † meus. Quid eſt fratres? Inuenimus di meum
uitias noſtras: eligat ſibi partes genus humanum. Uidea Al. † nõ hʒ
mus homines cupiditatum diuerſitate dilaniari: Eligant
alij militiam: alij aduocationem: alij diuerſas variaſq; do
ctrinas: alij negociationem: alij agriculturam: Iſtas par
tes ſibi faciant de rebus humanis: clamet populus dei:
Pars mea deus meus. Non ad tempus pars mea: ſʒ pars Al. † i eter
mea deus: † In ſecula. Aur[e] et ſi ſemper habeo: qd num.
habeo? Deum et ſi ſemper habe[re]m: q̃ magnum bonũ ha
berem. Hac accedit quia deus ſeipſum mihi promittit: et
id me in eternum habiturum promittit. Tantum habeo: et
nunq̃ non habeo. Magna felicitas pars mea deus. Quã
diu? In ſecula. Quomodo? Ecce vide quomodo illum ama
ait. Fecit cor caſtum: Deus cordis mei: et pars mea deus
in ſecula. Factum eſt cor caſtum: gratis iam amatur deus:
Non ab illo petitur aliud premium. Qui aliud premium pe
tit a deo: et propterea vult ſeruire deo: carius facit quod
vult accipere: q̃ ipſuʒ a quo vult accipere. Quid ergo? Nul
lum premium dei? Nullum preter ipſum. Premium dei: ipe
deus eſt. Hoc amat: hoc diligit: ſi aliud dilexerit: non erit
caſtus amor. Recedis ab igne immortali: frigeſces: corrum
peris. Noli recedere: corruptio tua erit: fornicatio tua erit.
Iam iſte redit: iam iſte penitet: iam penitentiam iſte eli
git. iam dicit: pars mea deus. Et quomodo delectatur in
X
ipſo quem partẽ ſibi elegit? Ecce † q̃ longe faciunt ſe a te:
Al † Quia peribunt. Iſte ergo receſſit a deo: ſed non longe: qz quaſi
ecce. pecus factus ſum inquit: et ego ſemper tecum. Illi vero lõ
† elõgant. ge receſſerunt: quia non ſolum terrena deſiderauerunt: ſed
ea a demonibus et a diabolo petierunt. Qui longe ſe faci
Alſ † oẽs. unt a te: peribunt. Et quid eſt: longe a deo fieri? Perdi
† fornicãt. diſti † omnes qui † fornicatur abs te. Huic fornicationi cõ
trarius eſt amor caſtus. Quis eſt amor caſtus? Amat iam
anima ſponſum ſuum. Quid ab illo querit: ab ſponſo ſuo
quem diligit? Forte quomodo ſibi eligunt homines aut ge
neros: aut ſponſos femine eligunt: Forte diuitias et aurum
eius amat: et fundos: et argentũ: et pecuniam: et equos: et fa
miliam: et cetera? Abſit. Iſte ipm ſolum amat: gratis amat:
quia in ipſo habet omnia: quia per ipſum facta ſunt omnia.
Joan.1. Perdidiſti inquit omnẽ qui fornicatur abs te. Tu aũt quid
facis? Mihi autem adherere deo bonũ eſt. Hoc eſt to
tum bonum. Uultis amplius? Doleo volentes. Fratres: qd
1.Cor.13 vultis amplius? Deo adherere nihil eſt melius: quando vi
debimus facie ad faciem. Modo ergo quid? Quia adhuc
peregrinus

peregrinus loquor? Adherere deo inquit bonum eſt: ſed modo in peregrinatione: quia nondum venit res. ⌊Ponere

Als † dño. re in † deo ſpem meam.⌋ Quãdiu ergo nondum adheſiſti: ibi pone ſpem. Fluctuas: premitte ad terram hac ancoram: Nondum heres per preſentiam: inhere per ſpem. Ponere in deum ſpem meam. Et quid hic ages ponẽs in deo ſpem tuam? Quod erit negocium tuum: niſi vt laudes quẽ diligis: et facies te cum coamatoribus eius? Ecce ſi amares aurigam: non raperes ceteros: vt tecum amarẽt? Amator aurige quacunq̃ tranſit loquitur de illo: vt cum illo eũ ament et ceteri. Gratis amãtur flagicioſi homines: et a deo premium queritur vt ametur? Ama deum gratis: nulli inuideas deum. Rapite eum quotquot poteſtis: quotquot poſſeſſuri eſtis: non fit anguſtus. Nullos in illo limites facietis: totum ſinguli poſſidebitis: et totum omnes habebitis. Ergo hoc fac cum hic es: id eſt cum ponis in deo ſpem tuã.

Al † lauda-tiones † portis

Quid enim hic ſequitur? ⌊Ut annunciem omnes † laudes tuas in † atrijs filie ſion.⌋ Ut annunciem omnes laudes tuas. Sed vbi? In atrijs filie ſion: quia predicatio dei preter eccleſiam inanis eſt. Parum eſt laudare deum et annunciare omnes laudes eius. In atrijs filie ſion annuncia. Ad vnitatem attende: noli diuidere populum: ſed rape ad vnũ et ſacrum. Oblitus ſum q̃diu dixi: Jam finito pſalmo: ex iſto odore conijcio me diuturnum habuiſſe ſermonem: ſed ſtudijs veſtris non ſufficio. Uiolenti eſtis nimis: vtinam iſta violentia rapiatis regna celorum.

¶ Explicit tractatus de ps̃. lxxij.

¶ Incipit Tractatus de ps̃. lxxiij.

A Pſalmi huius titulus eſt: ⌊Intellectus aſaph.⌋ Aſaph latine congregatio: grece ſynagoga dicitur. Uideamus quid intellexerit iſta ſynagoga. Nos autem intelligamus prius ipſam ſynagogam: exinde intelligemus quid intellexerit ſynagoga. Omnis congregatio generali nomine ſynagoga appellatur: et pecorum et hominum poteſt dici congregatio. Non autem hic pecorum congregatio eſt quando audiuimus intellectum. Nam homo ſi neglexerit intellectum in

ps̃. 48. honore poſitus: quid de illo dictum eſt: audi: Homo in honore poſitus non intellexit: comparatus eſt iumentis inſenſatis: et ſimilis factus eſt illis. Quia ergo non eſt pecorum congregatio: nec diu differendum eſt nec diligentius commendandum eſt: ſed quia hominum eſt: quorum hominum ſit: hoc debemus intelligere. Nõ vtiq̃ eorum hominum eſt qui in honore poſiti non intelligentes comparati ſunt iumẽtis inſenſatis: et ſimiles facti ſunt eis: ſed eorum qui intelligunt. Preſcribit enim hoc titulus pſalmi dicens: Intellectus aſaph. Intellectus ergo quedam congregatio eſt: cuius vocem audituri ſumus. Sed quoniam proprie ſynagoga dicta eſt congregatio populi iſrael: ita vt vbicunq̃ audierimus ſynagogam: non iam ſoleamus intelligere niſi populum iudeorum: videamus ne forte ipſius vox ſit in iſto

Matth. 3. pſalmo. Sed qualium iudeorum: et qualis populi iſrael?

Roma. 11 Non enim palee ſed forte frumenti: non ramorum fractorum:

Ibid. et. 9 ſed forte confirmatorum. Non enim omnes qui ſunt ex iſrael: hi ſunt iſraelite: ſed in iſaac inquit vocabitur tibi ſemen: hoc eſt non hi qui filij carnis: hi filij dei: ſed filij promiſſionis deputantur in ſemine. Sunt ergo quidam iſrae-

Joan. 1 lite ex quibus erat ille: de quo dictum eſt: Ecce vere iſraelita in quo dolus non eſt. Non ſecũdum hoc dico quod et nos iſraelite ſumus: quia et nos ſemen abrae ſumus. Gen-

Gala. 3. tibus quippe loquebatur apoſtolus cum diceret: Ergo abrae ſemen eſtis ſm̃ promiſſionem heredes. Secundum hoc ergo omnes iſraelite qui ſequimur veſtigia fidei patris

Roma. 11. noſtri abrae. Sed illo modo hic intelligamus iſraelitarum vocem: quomodo dixit apoſtolus: Nam et ego iſraelita ſũ

Roma. 9 ex ſemine abrae de tribu beniamin. Hic ergo intelligamus

D quod prophete dixerunt: Reliquie ſalue fient. Reliquiarum itaq̃ ſaluatarum audiamus hic vocem: et loquatur ſynagoga que acceperat vetus teſtamentum: et intenta erat in promiſſa carnalia: et ex hoc factum eſt vt nutarent ei pe-

des. Nam et in alio quodam pſalmo: vbi titulus etiam habet aſaph: quid dicitur? Quã bonus deus iſrael rectis cor- ps̃. 72
de. Quare rectis corde? Mei autem pene commoti ſunt pedes. Et quaſi diceremus: vnde tibi commoti ſunt pedes?
Paulominus inquit effuſi ſunt greſſus mei: quia zelaui in Ibidem
peccatoribus pacem peccatorum intuens. Cum enim ſm̃ promiſſa dei ad vetus teſtamentum pertinentia expectaret felicitatem terrenam: animaduertit eã abundare apud impios, in his rebus quas expectauerat a deo: pollere illos qui non colerẽt deum: et tanq̃ ſine cauſa deo ſeruiſſet: nutauerunt pedes eius. Ibi enim dicit: Ecce ipſi peccatores et abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias. Nunquid in vano iuſtificaui cor meum? Uidete quemadmodum paulominus effuſi ſunt greſſus eius: vt iam ſibi dicat animus: Que vtilitas quia ſeruio deo? Ecce ille non ſeruit et felix eſt: ego ſeruio et laboro. Poſtremo puto: quia et ego felix ſum: quã do et ille felix eſt qui non ſeruit: quare me putem ideo felicem eſſe quia ſeruio? Ille autem pſalmus cuius teſtimoniũ produxi p̃cedit iſtum quem nunc in manibus habemus. Oportune autem non ex noſtra ſed ex dei diſpenſatione fa-
ctum eſt: vt modo audiremus ex euangelio: Quia lex per Joan. 1.
moyſen data eſt: gratia et veritas per ieſum chriſtum facta eſt. Si enim diſcernimus duo teſtamẽta: vetus et nouum:
non ſunt eadem ſacramenta: nec eadem promiſſa: eadem Exod. 20
tamen pleraq̃ precepta: Nam non occides: non mechaberis: non furaberis: honora patrem et matrem: non falſum teſtimonium dixeris: non concupiſces rem proximi tui: et non concupiſces vxorem proximi tui: et nobis preceptum eſt: et quiſquis ea non obſeruauerit: deuiat: nec omnino dignus eſt qui accipere mereatur montem ſanctum dei: de quo dictum: Quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſ- ps̃. 14
cet in monte ſancto tuo? Innocens manibus et mundo corde. Hec dicimus fratres chariſſimi: vt omnes de nouo teſtamento diſcatis: non inherere terrenis rebus: ſed celeſtia adipiſci. Diſcuſſa ergo precepta: aut omnia eadem inueniũtur: aut vix aliqua in euangelio que non dicta ſint a prophetis. Precepta eadem: ſacramenta non eadem: promiſſa non eadem. Uideamus quare precepta eadem: quia ſm̃ hec deo ſeruire debemus. Sacramenta non eadem: quia alia ſunt ſacramenta dantia ſalutem: alia promittentia ſaluatorẽ. Sacramenta noui teſtamenti dant ſalutem: ſacramenta veteris teſtamenti promiſerunt ſaluatorem. Cum ergo iam teneas promiſſa: quid queris promittentia ſaluatorem: iam habens? Hoc dico: teneas promiſſa: non quod iam acceperimus vitam eternam: ſed quia iam venerit chriſtus q̃ per prophetas prenunciabatur. Mutata ſunt ſacramẽta: facta ſunt faciliora: pauciora: ſalubriora: feliciora. Promiſſa quare non eadem? Quia promiſſa eſt terra chanaã: terra copio- Exod. 3.
ſa: fructuoſa: affluens lacte et melle: promiſſum regnũ temporale: promiſſa felicitas ſeculi: promiſſa fecunditas filiorum: promiſſa ſubiectio inimicorum: Hec omnia ad terrenam felicitatem pertinent. Sed quare ipſa primo promitti oporte-
bat? Quia nõ primo quod ſpirituale eſt: ſed quod animale: 1. Cor. 15
poſtea inquit ſpirituale. Primus homo de terra terrenus: ſecundus homo de celo celeſtis: Qualis terrenus: tales et terreni: et qualis celeſtis: tales et celeſtes. Sicut portauimus imaginem terreni: portemus et imaginem eius qui de celo eſt. Ad imaginem terreni pertinet vetus teſtamentũ: ad imaginem celeſtis nouũ teſtamẽtum. Sed ne quiſq̃ putaret ab alio factum hominẽ terrenũ: ab alio celeſtem: ideo deus oſtendens ſe eſſe vtriuſq̃ creatorem: etiam vtriuſq̃ teſtamenti ſe eſſe voluit autorem: vt et terrena promitteret in veteri teſtamento: et celeſtia in nouo teſtamento. Sed tadiu primus homo terrenus eo: q̃diu terrena ſapis. Nũquid quoniã puero dantur quedam puerilia ludicra: quibus puerilis animus auocetur: propterea grandeſcẽti nũnõ excutiũtur e manibus: vt aliq̃d iam vtilius tractet: qđ quod grandem decet? Uerũtamẽ tu ipſe dediſti filio tuo et nuces paruulo et codicem grandi. Non ergo quia illa quaſi ludicra puerorum deus p̃ nouũ teſtamentũ excuſſit de manibus filiorum: vt aliquid vtilius daret grandeſcentibus: propterea priora illa non ipſe dediſſe putandus eſt? Ipſe
vtrunq̃ dedit. Sed lex ipſa per moyſen data eſt: gr̃a et ve- Joan. 1.

D ritas per ieſum chriſtum facta eſt. Gratia: quia impletur
per charitatem: quod per litteram videbatur veritas quia
redditur qđ promittebatur. Hoc ergo intellexit aſaph iſte:
Deniq̃ omnia que iudeis promiſſa fuerāt ablata ſunt. Ubi
Daniel. 9. eſt regnum eorum: Ubi templum: vbi vnctio: vbi ſacerdos:
vbi iam apud illos prophete? Exquo venit qui per prophe
tas predicabatur in illa gente: iam nihil horum eſt. Iā per-
didit terrena: et nōdum querit celeſtia. Inherere ergo ter
renis: q̃uis ea deus donet: non debes. Uerūtamen non q̃
eis inherere non debemus: alium ea dare: niſi deum crede
re debemus. Ipſe ea dat: ſed noli pro magno expectare ab
eo bonum: quod dat τ non bono. Nam ſi pro magno ea da-
ret: malis ea non daret. Ideo autem ea voluit dare et ma-
lis: vt diſcant boni aliud ab eo querere: quod non dat τ ma
lis. Illi autem inherentes terrenis miſeri: τ nō de illo pre-
ſumentes qui fecit celum et terram: qui eis dedit τ ipſa ter
Exo. 14 rena: qui eos etiam temporaliter de egypti captiuitate li-
berauit: qui eos per diuiſum mare duxit: qui eorum inimi
cos perſequentes fluctibus obruit: non in illo preſumētes
qui daret vtiq̃ celeſtia grandibus ſicut terrena paruulis
dedit: timentes perdere quod acceperant: occiderunt qui
dederat. Hec dicimus fratres: vt omnes de nouo teſtamen
to diſcatis non inherere terrenis. Si enim illi inexcuſabili-
ter terrenis inheſerunt: quibus ipſum nouum teſtamētum
nondum fuerat reuelatum: quanto inexcuſabilius terrena
ſectantur: quibus iam promiſſa celeſtia in nouo teſtamen-
to reuelata ſunt? Nam recolite fratres mei quid dictum ſit
Joan. 11 a perſequentibus chriſtum: Si dimiſerimus eum ſic: veniēt
romani τ tollent nobis τ locum τ gentem. Uidete: quia ti-
mendo terrena perdere: regem celi occiderūt. Et quid eis
factum eſt? Perdiderunt etiam ipſa terrena: Et vbi occide
runt chriſtum: ibi occiſi ſunt. Et cum terram nolentes per-
dere: datorem vite occiderunt: eandem terram occiſi perdi
Joſephus derunt: Et eo tempore quo illum occiderunt: eo ipſo tempo
de iudaico re admonentur: quare iſta perpeſſi ſunt. Quando enī euer
bello. ſa eſt ciuitas iudeorum: paſcha celebrabāt: τ in multis mili
bus hominū tota ipſa gens cōuenerat ad illius feſtiuitatis
celebrationem. Ibi deus per malos quidem ſed tamen ille
bonus: per iniuſtos ſed iuſtus τ iuſte ita in eos vindicauit:
vt perimerentur multa milia hominū: τ ipſa ciuitas euerte
retur. Hoc in iſto pſalmo plangit intellectus aſaph: τ in ipſo
planctu tanq̃ intellectus diſcernit terrena a celeſtibus: diſ
cernit vetus teſtamentum a nouo teſtamento: vt videas
per que tranſeas: quid expectes: quid relinquas: quib⁹ he-
reas. Sic ergo cepit.

ℭ Expoſitio pſalmi.

Al. † nō hē E. Ut quid repuliſti † nos deus in finē ⌋. Repuliſti in fi
nem ex perſona populi iudeorum: ex perſona congre
gationis que proprie ſynagoga appellatur. Ut quid repuli
ſti nos deus in finem? Non reprehendit: ſed querit vt q̃d:
Quāobrem: propter quid hoc feciſti? Quid feciſti? Repuli-
ſti nos in finem. Quid eſt in finem? Forte vſq̃ in finem ſe-
culi. An repuliſti nos in chriſto qui finis eſt omni credenti?
Roma. 10. Ut quid enim repuliſti nos deus in finem? ⌊ Iratus eſt † ani
Al. † furor mus tuus ſuper oues † gregis tui. ⌋ Quare iratus es ſup
† paſcue oues gregis tui: niſi quia terrenis inherebamus: et paſto-
tue rem non agnoſcebamus? ⌊ † Memento congregatiōis tue:
Als † Me quam poſſediſti ab initio. ⌋ Nunquid iſta poteſt eſſe vox
mor eſto. gentium? Nunquid gentes poſſedit ab initio? Sed poſſe-
dit ſemen abrae populum iſrael etiam ſm carnem natum
de patriarchis patribus noſtris: quorum nos filij facti ſu-
mus: non veniēdo de carne: ſed imitando fidem. Illi autē
a deo poſſeſſi ab initio: quid eis contigit? Memento con-
F gregationis tue quam poſſediſti ab initio. ⌊ Redemiſti vir-
gam hereditatis tue. ⌋ Ipſam congregationem tuam vir
gam hereditatis tue redemiſti. Hancipſam ↄgregationē di
xit virgam hereditatis. Reſpiciamus ad factum primum:
quando voluit poſſidere ipſam congregationem liberās il
lam de egypto: quod ſignum dederit moyſi cū diceret moy
Exo. 4. ſes ei: Quod ſignum dabo vt credant mihi quia tu me miſi
ſti? Et deus ait ad illum: Quid in manu tua portas? Uirgā:

Proijce illam in terram. Et dimiſit virgam in terram: τ fa
cta eſt ſerpens: et expauit moyſes: et fugit ab eo. Et ait illi
dominus: Apprehende caudam eius. Et apprehendit: τ re-
uerſa eſt in ſtatum ſuum virga facta: ſicut antea virga erat.
Quid ſignificat? Non enim fruſtra factum eſt. Interroge-
mus litteras dei: Quid ſerpēs perſuaſit hoī? Mortē. Ergo
mors a ſerpēte. Si mors a ſerpēte: virga in ſerpēte: xp̄s in Gen. 3.
morte. Ideo etiā cū a ſerpētib⁹ i deſerto morderent: τ neca
rētur precepit dn̄s moyſi. vt ſerpentē eneū exaltaret in he- Nume. 21.
remo: τ admoneret populum: vt quiſquis a ſerpente mor- Joan. 3
ſus eſſet: illum intueretur τ ſanaretur. Sic et fiebat. Sic τ
homines a venenis: morſi a ſerpentibus ſanabantur intuē-
do ſerpentem. Sanari a ſerpente magnum ſacramentum.
Quid eſt: intuendo ſerpentem ſanari a ſerpente? Creden-
do in mortuum: ſaluari a morte. Et tamen expauit: τ fugit Exo. 4
moyſes. Quid eſt: ab illo ſerpēte fugiſſe moyſen? Quid fra
tres: niſi qđ ſcimus in euangelio factum? Mortuus eſt chri Luce. 24
ſtus: et expauerunt diſcipuli: et ab illa ſpe in qua fuerant re
ceſſerunt. Sed quid dictum eſt? Apprehēde caudam eius.
Quid eſt caudam? Poſteriora comprehende. Hoc ſignifi- Exo. 4
cauit τ illud: Poſteriora mea videbis. Primo factus eſt ſer Exo. 33.
pens: ſed cauda retenta facta virga. Primo occiſus: poſtea
reſurrexit. Eſt etiam in cauda ſerpētis finis ſeculi: quia ſic
modo mortalitas eccleſie ambulat: Alij eunt: alij veniunt p
mortem tanq̃ per ſerpentem: quia a ſerpente mors ſemina
ta eſt. Sed in fine ſeculi: tanq̃ cauda redimus ad manum
dei: et efficimur ſtabilitum regnum dei: vt impleatur in no
bis: Redemiſti virgam hereditatis tue. Sed quia ſynago-
ge vox eſt: Redemiſti autem virgam hereditatis tue: ma-
gis apparet in gentibus: Occulta autem ſpes iudeorū: vel
eorum qui futuri ſunt vt credant: vel eorum qui eo tempo-
re crediderunt: quādo miſſo ſpirituſancto: diſcipuli omniū Actuū. 2
gentium linguis locuti ſunt. Tunc enim aliquot milia de iu
deis ipſis chriſti crucifixoribus: crediderunt: Et quia prope
inuenti erant: ita crediderunt: vt omnia que habebant ven Ibid. τ. 4
derent: τ precia rerum ſuarum ante pedes apoſtolorum po
nerent. Quia ergo occultum er[...] hoc: magiſq̃ redemptio
virge dei clara futura erat in g[ent]ibus: exprimit vnde di-
cat quod dixit. Redemiſti virg[a]m hereditatis tue. Hoc di-
xit non de gentibus in quibus manifeſtum eſt: Sed vnde?
⌊ † Montem ſion. ⌋ Ad hec et mons ſion poteſt aliter intel Al † mons
ligi? Iſtum: ⌊ In † quem habitaſti in † ipſo: ⌋ Ubi erat po- Al † quo
pulus ante: vbi inſtitutum templum: vbi celebrata ſacrifi- † eo.
cia: vbi omnia illo tempore neceſſaria chriſtum promitten
tia. Promiſſio cum redditur: res iam ſit ſuperflua: Nam an
teq̃ reddatur quod promittitur: neceſſaria eſt ipſa promiſ-
ſio: ne promiſſum ſibi obliuiſcatur cui promittitur: et non
expectando moriatur. Oportet ergo vt expectet: vt cum ve
nerit accipiat: Ideo non debet deſerere promiſſionē. Pro-
pter hoc non deſerebantur figure: vt veniente die: vmbre
tollerentur. Montem ſion iſtum quē inhabitaſti in ipſo.
⌊ † Eleua manum tuam in ſuperbiam eorum in finem. ⌋
Quomodo nos repellebas in finem: ſic eleua manū tuam G
in ſuperbiam eorum in finem. Quorum ſuperbiam? A qui- Al † Leua
bus euerſa eſt hieruſalem. A quibus autem: niſi a regibus man⁹ tuas
gentium? Bene eleuata eſt manus eius in ſuperbiam eo- in ſupbias
rum in finem: Nam τ ipſi iam chriſtum cognouerunt. Finis
enim legis chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Qui bene Roma. 10.
illis optat: Quaſi iratus loquitur: τ maledicere videtur: Et
vtinam eueniat quod maledicit: immo iam in nomine chri-
ſti euenire gaudeamus. Iam tenentes ſceptrum: ſubdun-
tur ligno crucis: Iam fit quod predictum eſt: Adorabunt Pſ. 71.
eum omnes reges terre: omnes gentes ſeruient illi. Iam
in frontibus regum precioſius eſt ſignum crucis: q̃ gemma
diadematis. Eleua manum tuam in ſuperbiam eorum in
finem. ⌊ Quanta † maligne operatus eſt inimicus in † ſan Als † mali
ctis tuis? ⌋ In his que ſancta tua erant: id eſt in tēplo: in ſa- gnat⁹ eſt
cerdotio: in illis omnibus ſacramentis que illo tpe fuerūt: † ſancto.
quanta maligne operatus eſt inimicus? Reuera inimicus
tunc operatus eſt. Gentes enī tunc que hoc fecerunt: deos
falſos colebant: ſimulacra adorabant: demonibus ſerui-
bant. Operati ſunt tamen multa mala in ſanctis dei. Quō-
do poſſent: niſi permitterent? Quando aūt pmitterent niſi

iam gens

ſuni gens ſancta illa prima promiſſa non eſſent: cum ipſe q̃
promiſerunt teneretur? Ergo quanta malignatus eſt inimi-
Al.† nõ bʒ cus in ſanctis tuis qui oderunt te. ⌊Et glorìati ſunt† om-
nes qui oderunt te.⌋ Seruos attende demonum: ſeruos
ſimulacrorum: quales tunc gentes erant: quando euerterunt
templum et ciuitatem dei. Et glorìati ſunt: ⌊In medio ſolẽ
nitatis tue.⌋ Meminiſtis quod dixi tũc euerſam eſſe hieruſa-
lem: cum ipſa ſolẽnitas ageretur: in qua ſolẽnitate dominũ
crucifixerunt. Congregati ſeuierunt: cõgregati perierunt.
h ⌊Poſuerunt ſigna ſua ſigna et nõ cognouerũt.⌋ Habebãt
ſigna ſua que ibi ponerent: vexilla ſua: aquilas ſuas: draco-
nes ſuos: ſigna romana: aut etiam ſtatuas ſuas: quas primo
in templo poſuerunt: an forte ſigna ſua que audierant a va-
tibus demonũ ſuorum: et non cognouerunt. Quid non co-
Joan. 19 gnouerunt? Quia non haberes in me poteſtatem: niſi tibi
data eſſet deſuper: Non cognouerunt: quia nõ ipſis honor
delatus eſt: vt affligerent: vt caperent vel euerterent ciui-
tatem: ſed impietas eorum tanq̃ ſecuris dei facta eſt. Facti
ſunt inſtrumentum irati: non regnum placati. Facit hoc ſępe
deus: quod plerumq̃ facit et homo. Aliquãdo iratus homo
apprehendit virgam iacentem in medio forte ſi qualẽcunq̃
ſarmẽtum: cedit inde filium ſuum: ac deinde proiicit ſarmẽ
tum in ignem: et filio ſeruat hereditatem. Sic aliquãdo de⁹
per malos erudit bonos: et per temporalem potentiam dã-
nandorum: exercet diſciplinam liberandorum. Quid enim?
Putatis fratres: quia vere ſic data eſt diſciplina illi genti:
vt omnino periret? Quanti inde poſtea crediderunt: quãti
adhuc credituri ſunt: Alia eſt palea: aliud frumentum: ſup
vtrũq̃ tamen intrat tribula: ſed ſub vna tribula aliud com
minuitur: aliud purgat. Quãtũ boni preſtitit nobis de⁹ de
malo iude traditoris? De ipſa ſeuitia iudeorum: quãtum bo
ni preſtitum eſt fidelibus gentibus? Occiſus eſt chriſtus:
Nume. 21. vt eſſet in cruce quod attenderet qui eſſet a ſerpente per-
cuſſus. Sic ergo et iſti forte a diuinis ſuis audierãt: quia de-
buerit ire ad hieruſalem: et capere eam: et cũ cepiſſent atq̃
euertiſſent eam: dixerũt ſibi quod a demonibus ſuis factũ
ſit. Poſuerunt ſigna ſua ſigna: et non cognouerũt. Quid nõ
Al. † ſ exi cognouerunt? ⌊Sicut in egreſſu deſuper.⌋ Quia niſi de-
tu ſup ſũ- ſuper egrederetur iuſſio: nec ſeuientibus gentibus in iu-
mum. deorum populum talia licerent. Sed egreſſum eſt deſuper:
quomodo dicit daniel a principio orationis ſue: Egreſſus
Daniel. 9. eſt ſermo. Hoc et dñs ipſi pilato inflanti ſe: et ponenti ſigna
ſua ſigna: et nõ cognoſcẽti et dicẽti ad xp̄m: Mihi non reſpõ
des: neſcis q: poteſtatẽ habeo occidendi te: et poteſtatem habeo di
mittẽdi te. Et dñs ad inflatũ: tanq̃ veſicã inflatã pũgens:
Joan. 19 Non haberes inquit in me poteſtatem: niſi datum eſſet tibi
deſuper. Sic et hic Poſuerũt ſigna ſua ſigna: et non cognoue
runt. Quomodo non cognouerunt? Sicut in egreſſu deſup.
Quomodo egreſſus factus fuerat deſuper: vt hoc implere
tur? Nunquid ſic illi cognoſcere potuerunt? Jam percurra-
mus verſus iſtos euerſa hieruſalem: propterea quia et ma-
nifeſti ſunt: et non libet immorari nec in pena inimicorum.
J ⌊Quaſi in ſylua lignorum ſecuribus †conciderunt ianuas
Al. † exci- eius in idipſum: in †dolabro et in fractorio deiecerũt eam.⌋
derunt Id eſt conſpiranter: conſtanter in dolabro et fractorio deie
† ſecuri et cerunt eam. ⌊Incenderunt igni ſanctuarium tuum: polluè
aſcia. runt in terra tabernaculum nominis tui. Dixerunt in cor-
4. reg. 25. de ſuo cognatio eorum †inter ſe.⌋ Quid dixerunt? ⌊†Ve-
Al. † ſimul nite comprimamus omnes ſolẽnitates dñi de terra.⌋ Do-
† q̃eſcere mini: ex perſona hui⁹ interpoſitũ eſt: id eſt ex pſona aſaph.
faciamus Non enĩ illi ſeuientes dominũ appellarent: cuius templum
oĩs dies euertebant. Venite comprimamus omnes ſolẽnitates dñi
feſtos dei de terra. Quid aſaph? Quid intellectus aſaph i his? Quid?
a terra Non proficit vel diſciplina data? Mentis prauitas non cor
rigitur? Euerſa ſunt omnia que primo erant: Nuſq̃ ſacerdos
nuſq̃ leuita iudeorum: nuſq̃ victima: nuſq̃ templum. Ergo
nihil aliud cognoſcendum eſt niſi quod huic decedenti ſuc-
ceſſit. Aut vero hoc promiſſum ſignum non auferretur: niſi
veniſſet quod promittebatur? Videam⁹ ergo hoc modo in-
tellectum aſaph: videamus ſi proficit ex tribulatione. Attẽ
de quid dicat: ⌊Signa noſtra non vidimus: iam non eſt pro
Al. † ãpli, pheta: et nos non cognoſcet †adhuc.⌋ Ecce iſti iudei qui ſe
dicunt nõ agnoſci adhuc: id eſt in captiuitate adhuc ſe eſſe:

nõdum ſe liberari: expectãt adhuc chriſtum. Venturus eſt
chriſtus: ſed veniet vt iudex: Primo vocator: poſtea diſcre-
tor veniet: quia venit: et eum venturum eſſe manifeſtum
eſt: Sed iam deſuper veniet. Ante te erat o iſrael: Quaſſa-
tus es: quia offendiſti in iacentem: ne conteraris obſerua
deſuper venientem. Ita enim predictum eſt per prophe- Luce. 20
tam. Quiſquis offenderit in lapidem illum: conquaſſabi-
tur: et ſuper quem venerit conteret eum. Conquaſſat par-
uos: conteret magnos. Jam ſigna tua non vides: iam non
eſt propheta: et dicis: Et nos non cognoſcet adhuc: quia
vos non agnoſcitis adhuc. Jam non eſt propheta: et nos nõ Al. † ipro-
cognoſcet adhuc. ⌊Vſq̃ quo de⁹ †exprobrabit inimicus?⌋ perabit
Clama quaſi derelictus: quaſi deſertus: clama tanq̃ eger ik
qui medicum cedere q̃ curari maluiſti: Nõ te agnoſcit ad-
huc. Vide quid fecerit qui te non agnoſcit adhuc. Etenim Eſa. 53
quibus non eſt annunciatum de eo videbunt: et qui non
audierunt intelligent: et tu adhuc clamas: iam non eſt pro-
pheta: et nos non cognoſcet adhuc? Vbi eſt intellect⁹ tuus?
⌊Irritat aduerſarius nomen tuum in finem.⌋ Ad hoc ir-
ritat aduerſarius nomen tuum in finem: vt iratus corripi-
as: corripiens cognoſcas in finem: aut certe in finem vſq̃
ad finem. Vſq̃ ad quem finem? Quouſq̃ cognoſcas: quouſ
q̃ clames: quouſq̃ apprehenſa cauda redeatur ad regnum.
⌊Vt quid auertis manum tuam: et dexteram tuam de me-
dio ſinu tuo in finem?⌋ Iterum aliud ſignum quod datũ
eſt moyſi. Quomodo enim ſuperius de virga ſignum: ita et
de dextera. Cum enim illud factum eſſet de virga: dedit
deus alterum ſignum: Mitte inquit manum tuam in ſinũ Exo. 4.
tuum: Et miſit: Produc eam: Et produxit et inuenta eſt
alba: id eſt immunda. Albor enim in cute: lepra eſt: nõ can
dor. Ipſa enim hereditas dei: id eſt populus eius foras ab
eo miſſus: immundus factus eſt. Sed quid illi ait? Reuo-
ca eam in ſinum tuum: Reuocauit: et reuerſa eſt ad colo-
rem ſuum. Quando hoc facis ait aſaph iſte? Quouſq̃ dex-
teram tuam alienas a ſinu tuo: vt foris immunda rema-
neat? Reuoca eam: redeat ad colorem: agnoſcat ſaluatorẽ.
Vt quid auertis manum tuam: et dexteram tuam de me-
dio ſinu tuo in finem? Hec clamat cecus non intelligens: et Roma. 11.
hoc deus facit quod facit. Quare enim venit chriſtus? Ceci-
tas ex parte in iſrael facta eſt: vt plenitudo gentium intra-
ret: et ſic omnis iſrael ſaluus fieret. Ergo iam aſaph agno-
ſce quod preceſſit: vt vel ſequaris ſi precedere non potui-
ſti. Non enim fruſtra venit chriſtus: aut fruſtra occiſus eſt
chriſtus: aut fruſtra granum cecidit in terram: niſi vt mul- Joan. 12
tipliciter ſurgeret. Exaltatus eſt ſerpens in heremo: vt per Nume. 21
cuſſos a veneno ſanaret. Attende quod factum eſt: noli pu
tare vacare quod venit: ne te malum inueniat cum iterum
venerit. Intellexit aſaph: quia in titulo pſalmi intellectus
aſaph. Et quid ait? ⌊Deus autem rex noſter ante ſecula: L
operatus eſt ſalutem in medio terre.⌋ Hec nos clamam⁹:
Jam non eſt propheta: et nos non cognoſcet adhuc. Hec
autem deus noſter: rex noſter: qui eſt ante ſecula: operatus
eſt ſalutem in medio terre: Quia ipſe eſt in principio verbũ: Joan. 1
per quod facta ſunt ſecula: operatus eſt ſalutem in medio
terre. Deus ergo rex noſter ante ſecula: quid fecit? Opera-
tus eſt ſalutẽ in medio terre: et ego adhuc clamo quaſi de-
ſertus? Ille operatur ſalutem in medio terre et ego remãſi
in terra? Intellexit aſaph bene: quia intellectus eſt aſaph.
Quare enim iſta: aut qualem ſalutem operatus eſt chriſt⁹:
niſi vt diſcerent homines eterna deſiderare: non ſemper tẽ
poralibus inherere? Deus autẽ rex noſter ante ſecula: ope-
ratus eſt ſalutem in medio terre. Dum nos clamamus:
Vſq̃quo domine exprobrabis inimicus in finem: vſq̃quo
irritat aduerſarius: vſq̃quo manum tuam auertis a ſinu
tuo: cum hec dicimus: Deus autem rex noſter ante ſecula
operatus eſt ſalutem in medio terre: et nos dormim⁹. Jam
vigilãt gentes: et nos ſtertimus: et tanq̃ nos deus deſerue-
rit: in ſomnis delyramus. Operatus eſt ſalutem in medio
terre. Jam ergo aſaph corrigere ad intellectum: dic nobis
qualẽ ſalutẽ operatus eſt deus in medio terre: Cũ illa ter-
rena veſtra ſalus euerſa eſt: Quid fecit? Quid promiſit? ⌊Tu
confirmaſti in virtute tua mare.⌋ Tanq̃ gentem iudeorũ
velut aridã a fluctib⁹ ſeparatã. Mare in amaritudine ſua gẽ

tes erant: terram illam vndiq; circumfluebant: Ecce con-
firmaſti in virtute tua mare: ⁊ remanſit terra ſitiens imbrē
Alſ.† côteri tuum. Tu confirmaſti in virtute tua mare. [† Contriuiſti
bulaſti capita draconū in † aqua.] Draconum capita: demoniorū
†aquis ſuperbias a quibus gentes poſſidebantur: côtriuiſti ſuper
aquam: quia eos quos poſſidebant tu per baptiſmum libe
raſti. Quid adhuc poſt capita draconū? Illi enim dracones
habent principem ſuum: ⁊ ipſe primus eſt magnus draco. Et
de illo quid fecit qui operatus eſt ſalutem in medio terre?
alſ† capita Audi. [Tu confregiſti † caput draconis.] Cuius draconis?
Intelligimus dracones omnia demonia ſub diabolo mili-
tantia. Quem ergo ſingularem draconem cuius caput con
fractum eſt: niſi ipſum diabolum intelligere debemus? Quid
de illo fecit? Tu confregiſti caput draconis. Illud eſt initiū
Gen.3 peccati. Caput illud eſt quod accepit maledictum: vt ſemē
euē obſeruaret caput ſerpentis. Admonita eſt enim eccle-
ſia initiū peccati deuitare: Quod eſt initium peccati? Tanq̄
Eccli. 10 caput ſerpentis. Initium omnis peccati ſuperbia. Contra
M ctum eſt ergo caput draconis: confracta eſt ſuperbia diabo
Al.† nô hʒ lica. Et quid de illo fecit qui operatus eſt ſalutem in medio
†ethiopû. terre?] Dediſti eum † in eſcā populis † ethiopibus.] Quid
eſt hoc? Quomodo intelligo populos ethiopes? Quomodo:
niſi per omnes gentes? Et bene per nigros. Ethiopes enī
nigri ſunt. Ipſi vocantur ad fidem q̄ nigri fuerunt: ipſi pror
Ephe.5 ſus: vt dicatur eis: Fuiſtis enī aliquādo tenebre: nunc autē
lux in dn̄o. Ipſi prorſus vocantur nigri: ſed ne remaneant
nigri. De his enim fit eccleſia cui dicitur: Que eſt iſta que
aſcendit dealbata? Quid enim de nigra factum eſt: niſi qđ
Cant.1. dictum eſt: Nigra ſum ⁊ ſpecioſa? Et quomodo acceperunt
iſti in eſcam draconem iſtum? Puto quia magis chriſtū ac-
ceperunt in eſcam: Sed chriſtum quo ſe conſummarent: dia
bolum quē conſumerent. Nam ⁊ vnde vitulus ille quē ado
rauit populus infidelis: apoſtata: querens deos egyptio-
rum: dimittens eum qui liberauit de ſeruitute egyptiorū?
Unde agitatum eſt illud magnū ſacramentum? Cum enim
ſic iraſceretur moyſes colentibus ⁊ adorantibus idolum: ⁊
zelo dei inflāmatus vindicaret tēporaliter: vt a morte ſem-
Exo.32 piterna deuitanda terreret: ⁊ ipſum caput vituli in ignem
miſit ⁊ exterminauit: Cōminuit: in aquam ſparſit: ⁊ dedit
populo bibere. Sic factum eſt magnū ſacramētum. O ira
prophetica ⁊ anim⁹ nō turbatus ſed illuminatus: Quid egit?
Mitte in ignem: vt forma ipſa prius confundatur: minutat-
tim cōminue vt paulatim cōſumatur: Mitte i aquā: da pplo
bibere. Quid eſt hoc: niſi q: adoratores diaboli corp⁹ ipſius
facti erant: quō agnoſcentes chriſtū fiunt corpus chriſti vt
.Cor.6. eis dicatur: Uos autem eſtis corpus chriſti ⁊ membra? Cor
pus diaboli cōſumendū erat: ⁊ hoc ab iſraelitis conſumen
dum. Ex illo enī populo apli: ex illo prima eccl̄ia: Et dictum
Actuū.10. erat petro de gentib⁹: Macta ⁊ manduca Quid eſt macta
⁊ manduca? Occide qđ ſunt: ⁊ fac qđ es. Hac macta ⁊ man
duca: hac cōminue ⁊ bibe. Utrū q; tamen in eodē ſacramen
to: q: oportebat vtiq; ⁊ ſine dubitatione oportebat: vt corp⁹
qđ erat diaboli: credendo tranſiret in corpus chriſti. Sic
Exoð.4. diabolus cōſumetur amiſſis mēbris ſuis. Hoc figuratū eſt
⁊ in ſerpente moyſi. Nā fecerūt magi ſimiliter: proiectiſq;
virgis ſuis exhibuerūt dracones: Sed draco moyſi omniū
illorū magorū virgas abſorbuit. Intelligatur ergo ⁊ mō cor-
pus diaboli: Hoc fit: deuoratur a gentibus que crediderūt:
factum eſt eſca populis ethiopibus. Illud quoq; intelligi
pōt: Dediſti eum eſcam populis ethiopibus: q: nūc eū oēs
mordent. Quid eſt mordent? Reprehendendo: culpando: ac-
cuſando. Quō dictum eſt in prohibitione quidē: ſed tamē ex-
Gala. 5. preſſum: Si aūt mordetis ⁊ comeditis inuicem: videte ne
ab inuicem cōſumamini. Quid eſt: mordetis ⁊ comeditis
inuicem? Litigatis inuicem: detrahitis inuicē: opprobria
obijcitis inuicem. Attendite ergo nūc his morſibus conſu-
mi diabolum. Quis nō iratus ſeruo ſuo etiā pagan⁹ dicat
illi ſathanas? Uide diabolū datū in eſcam. Hoc dicit chriſtia
N nus: hoc dicit iudeus: hoc dicit paganus: Ipſum adorat: ⁊
de ipſo maledicit. Uideamus ergo reliqua fratres: obſecro
intendite: cū magna voluptate audiūtur: q: audita etiam
in orbe terrarū cognoſcūtur. Hec quādo dicebantur: non fue
runt: q: tunc pmittebantur nō reddebantur: Nūc vo quia volu

ptate afficimur: cum ea que p̄dicta legimus in libro: cōple-
ri videmus in mūdo. Uideamus quid fecerit: quē iam intel
lexit aſaph: qui operatus eſt ſalutem in medio terre. [Tu
dirupiſti fontes ⁊ torrentes:] Ut manarent liquorem ſapi
entie: vt manarēt diuitias fidei: vt irrigarent ſalſitatē gen
tium: vt oēs infideles in fidei dulcedinē ſua irrigatione cō
uerterent: dirupiſti fontes ⁊ torrentes. Forte diſcretū eſt:
forte vnū eſt: q: fontes tam largi fuerunt vt flumina face-
rent. Tu dirupiſti fontes ⁊ torrentes. Si autē ad diſcretio
nē: in aliis fit verbū dei fontes, aque ſalientis in vitam eter-
num: Alij autē audientes verbum: ⁊ nō ſic habentes vt be- Joan.4.
ne viuant: tamen nō tacentes lingua torrentes fiunt. Torrē
tes enī dicūtur proprie qui nō ſunt perennes. Num aliqñ et
tranſlate dicitur torrens p fluuio: ſicut dictū eſt: Inebriabun Ps̄.35
tur ab vbertate domus tue: ⁊ torrente delitiarū tuarū po-
tabis eos? Non enī ille torrens aliquādo ſiccabitur: Sʒ tor
rētes proprie dicūtur fluuij qui eſtate deficiūt: aquis autē
hyemalibus inundantur ⁊ currunt. Uides ergo hominem
bene fidelem pſeueraturū vſq; in finem: non relicturū deū
in tentatione omni: p veritate non p falſitate ⁊ errore oēs
moleſtias ſuſtinētem. Hic vnde ſic viget: niſi q: verbum fa Joan.4
ctum eſt in eo fons aque ſalientis in vitam eternam? Alius
autem accipit verbum: p̄dicat: non tacet: currit: Sed eſtas
pbat fontem aut torrentem: Tamen ex vtroq; rigatur ter
ra ab eo qui operatus eſt ſalutem in medio terre. Exundēt
fontes: currant torrentes. Tu dirupiſti fontes ⁊ torrentes.
[Tu ſiccaſti fluuios ethan.] Hac rumpit fontes ⁊ torren- O
tes: hac ſiccat fluuios ethan: vt inde currant aque: Et que
aque ſiccentur? Fluuios inquit ethan. Quid eſt ethan? Uer
bum enim hebreū eſt. Quid interpretatur ethan? Fortis: ro
buſtus. Quis eſt iſte fortis ⁊ robuſtus: cuius fluuios ſiccat
deus? Quis: niſi ille ipſe draco? Nemo enim intrat in domū Mat.12
fortis vt vaſa illius diripiat: niſi prius alligauerit fortem.
Ipſe enim eſt fortis de virtute ſua p̄ſumens: ⁊ deum deſe-
rens. Ipſe eſt fortis qui ait: Ponam ſedem meam ad aqui Eſa.14
lonem: ⁊ ero ſimilis altiſſimo. De ipſo calice pueriſe fortitu-
dinis homini ppinauit. Fortes eſſe voluerunt qui ſe deos
futuros de cibo vetito crediderunt. Factus eſt adam for- Gen.3.
tis cū audiret: Ecce factus eſt adam quaſi vnus ex nobis.
Fortes ⁊ iudei de iuſtitia ſua pſumentes: Ignorātes enī Roma.10.
dei iuſtitiam ⁊ ſuam querentes conſtituere iuſtitiam: tanq̄
fortes iuſtitie dei non ſunt ſubiecti. Uidete hominē diges-
ſiſſe fortitudinem ſuam: ⁊ remanſiſſe infirmū: inopem: lon-
ge ſtantem: nec oculos ſuos ad celos leuare audentem: ſed
percutientem pectus ſuum: ⁊ dicentem: Domine propitius Luce.18
eſto mihi peccatori. Iam infirmus eſt: iam infirmitatē cō-
fitetur: Non eſt fortis: Arida terra eſt: rigetur fontib⁹ ⁊ tor
rentibus. Illi adhuc fortes ſunt qui de virtute ſua p̄ſumūt:
Siccentur flumina eorum: nō proficiant doctrine gentium:
haruſpicum: mathematicorū: magice artes: quoniam ſicca-
ti ſunt fluuij fortes. Tu ſiccaſti fluuios ethā. Areſcat illa do
ctrina: vt vndentur mentes euāgelio veritatis. [Tuus eſt P
dies ⁊ tua eſt nox.] Quis hoc ignorat quādo ipſe fecit hec Joan.1.
omnia: quia per verbum facta ſunt omnia? Illi ipſi qui ope
ratus eſt ſalutem in medio terre: illi dicitur: Tuus eſt dies
⁊ tua eſt nox Aliquid hic intelligere debemus quod perti-
neat ad ipſam ſalutem quā operatus eſt deus in medio ter
re. Tuus eſt dies. Qui ſunt iſti? Spirituales. Et tua eſt nox.
Qui ſunt iſti? Carnales. Tuus eſt dies ⁊ tua eſt nox. Lo-
quantur ſpirituales ſpiritualia ſpiritualibus. Dictum enim eſt:
Spiritualibus ſpiritualia comparantes: Sapientiam loqui- 1.Cor.2.
mur inter perfectos. Nōdum capiunt iſtam ſapientiam car
nales: Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus: ſed q̄ſi car 1.Cor.3.
nalibus. Ergo cum ſpirituales ſpiritualibus loquuntur: dies
diei eructat verbum. Cum vo ⁊ ipſi carnales non tacent fi- Ps̄.18
dem crucifixi chriſti quā poſſunt capere parui: nox nocti an
nūciat ſcientiam. Tuus eſt dies: ⁊ tua eſt nox: Ad te ptinēt
ſpirituales: ad te ptinent carnales. Illos illuſtras incōmuta
bili ſapientia ⁊ veritate: illos conſolaris carnis manifeſta-
tione: tanq̄ luna cōſolans noctem. Tuus eſt dies: et tua eſt
nox. Uis audire diem? Uide ſi capis: erige quantum potes
mentem tuam: Uideamus ſi pertines ad diem: Iam videa
mus. Si non palpitat aſpectus tuus: potes videre qđ audi
ſti modo

Joan.1. ſti modo ex euangelio: In principio erat verbum: ⁊ verbū
erat apud deū: ⁊ deus erat verbum. No noſti enim tu cogi
tare verba niſi q̄ ſonant ⁊ tranſeūt. Potes iam capere verbū
nō ſonū: ſed deū? An nō ibi audiſti: ⁊ de⁹ erat verbū? Sed tu
Ibidem. iſta verba cogitas: Oīa p ipm facta ſunt: ⁊ p ipm facti ſunt
qui verba faciunt. Quale ergo illud verbū eſt? Capis o car
nalis? Reſponde. Capis? Non capis: adhuc ad noctē perti
nes: luna tibi neceſſaria eſt ne in tenebris moriaris. Etenim
quidam peccatores intenderunt arcū vt ſagittarēt in obſcu
Ps.10. ra luna rectos corde. Obſcurata eſt enim caro chriſti de cru
Mat.27. ce depoſita: ⁊ in ſepulchro poſita: ⁊ illi qui occiderant inſul
Ps.18. tauerunt: ⁊ nondū reſurrexerat: ⁊ ſagittati ſunt diſcipuli re
cti corde: ſed in obſcura luna. Ergo vt non ſolū dies diei eru
ctet verbum: ſed etiā nox nocti annunciet ſcientiam: quoniā
tuus eſt dies: ⁊ tua eſt nox: dignare deſcēdere: manere apd
eum a quo deſcendis: ſed venire ad quos deſcēdis: Dignare
deſcendere qui in hoc mundo eras: ⁊ mundus per te factus
Joan.1. eſt: ⁊ mundus te non cognouit. Habeat ⁊ nox conſolationē
O ſuā: habeat inquit verbū caro factum eſt: ⁊ habitauit in no
Alī† fabri bis. Tuus eſt dies: ⁊ tua eſt nox. ⌊ Tu † perfeciſti † ſolem ⁊
catus es. lunam: ⌋ Solem ſpiritales: lunā carnales. Adhuc carnalis
† auroram eſt non deſeratur ⁊ ipſe perficiatur. Tu perfeciſti ſolem ⁊ lu
et ſolem. nam: Solē tanq̄ ſapientē: lunam: tanq̄ inſipientē: nō tamē
Eccli.27. deſeruiſti. Nam ita ſcriptū eſt: Sapiens permanet ſicut ſol:
ſtultus autem ſicut luna mutatur. Quid ergo? Quia ſol per
manet: ideſt ſapiēs permanet ſicut ſol: ſtultus ſicut luna mu
tatur: adhuc carnalis: adhuc inſipiens: Deſerendus eſt? Et
Ro.1. vbi eſt qđ dictum eſt ab apoſtolo: Sapientibus ⁊ inſipienti
bus debitor ſum? Tu perfeciſti ſolē ⁊ lunam. ⌊ Tu feciſti om
nes terminos terre ⌋ Nonne et anteaq̄ fundauit terram?
Sed quomō fecit terminos terre qui operatus eſt ſalutem
Ephe.2. in medio terre? Quomō: niſi quomodo dicit apoſtolus: Gra
tia autē ſalui facti ſumus: ⁊ hoc non ex nobis ſed dei donū
eſt: non ex operibus ne forte quis extollatur? Ergo nō erāt
opera bona? Erant. Sed quomodo? Gratia dei. Sequere.
Ibidem. Videamus. Ipſius enī ſumus figmentū creati in chriſto ie
ſu in operibus bonis. Ecce quomodo fecit terminos terre
Alī† plaſ qui operatus eſt ſalutē in medio terre. Tu feciſti omnes ter
maſti. minos terre. ⌊ Eſtatem ⁊ ver tu † feciſti ea. ⌋ Feruentes
ſpiritu eſtas eſt: Tu incĕdiſti ſpiritu feruentes: tu feciſti ⁊
nouellos in fide: ver eſt. Eſtatem ⁊ ver tu feciſti ea: Nō glo
R rientur quaſi nō acceperint: tu feciſti ea ⌊ Memor eſto hu
al† nō hs. ius † creature tue. ⌋ Cuius creature tue? ⌊ Inimicus
Al† impro † exprobrauit dominū. ⌋ O aſaph dole in intellectu: pri
perauit. ſtinam cecitatem tuam: inimicus exprobrauit dnō. Dictū eſt
Joan.9. chriſto in gente ſua: Peccator eſt iſte: nō nouimus vnde ſit:
Nos moyſen nouimus: Illi locutus eſt deus: iſte ſamarita
Alī† inſi nus eſt. Inimicus exprobrauit dnō. ⌊ Et populus † impru
piens inci dens exacerbauit nomen tuum. ⌋ Populus imprudens tūc
tauit. aſaph: ſed non intellectus aſaph tunc. Quid dicitur in ſupe
Ps.72. riore pſalmo? Quaſi pecus factus ſum a te: ⁊ ego ſemper te
cum: q: non iuī ad deos ⁊ idola gentiū. Etſi non cognouit vt
Ibidem. pecus: tamen recognouit vt homo. Dixit enim ſemper tecū
quaſi pecus. Et qđ poſtea in ipſo pſalmo vbi aſaph? Tenui
ſti manum dextere mee: in voluntate tua deduxiſti me: ⁊ cū
gloria aſſumpſiſti me. In voluntate tua non in iuſtitia mea
dono tuo non opere meo. Ergo ⁊ hic inimicus exprobrauit
dnō: ⁊ populus imprudens exacerbauit nomē tuū. Omnes
Ro.11. ergo perierunt? Abſit. Et ſi aliqui ex ramis fracti ſunt: ma
nent tamen aliqui, quo inſeretur oleaſter: et radix manet: et
ex ipſis ramis per infidelitatem fractis: reuocati ſunt quidā
per fidem. Nam ⁊ ipſe apoſtolus paulus per infidelitatem
fractus erat: ⁊ per fidem radici reſtitutus eſt. Ita plane po
pulus imprudēs exacerbauit nomen tuū: quando dictū eſt:
Si filius dei eſt: deſcendat de cruce. Sed quid tu aſaph tā
Mat.27. in intellectu? ⌊ Ne † tradideris beſtijs † animam confitē
S tem tibi. ⌋ Agnoſco inquit aſaph: q: ſicut in alio pſalmo dici
al† tradas tur: Peccatū meū cognoui: ⁊ facinus meū non operui. Qua
Alī† aias re? Quia locutus eſt petrus mirantibus linguas iſraelitis:
cōfitētes. quoniam ipſi occiderunt chriſtum: cum propter illos miſſus
Ps.30. ſit chriſtus. Hoc audito cōpuncti ſunt corde: et dixerunt ad
apoſtolos: Quid ergo faciemus? Dicite nobis. Et apoſtoli:
Act.2. Agite penitentiam: ⁊ baptizet vnuſquiſq; veſtrū in nomine

dñi ieſu chriſti: ⁊ dimittentur vobis peccata veſtra. Quia er
go per penitentiam cōfeſſio facta eſt: Ne tradideris beſtijs Ps.31.
aiam confitentē tibi. Quare confitentē tibi? Quia cōuerſus
ſum in erūna dum configit ſpina. Cōpuncti ſunt corde: ⁊ fa
cti ſunt erumnoſi penitēdo: qui fuerāt glorioſi ſeuiendo. Ne
tradideris beſtijs aiam confitentē tibi. Quibus beſtijs: niſi
quarū capita cōtrita ſunt ſuper aquā? Quia dict⁹ eſt beſtia Ps.90.
leo: draco ipſe diabolus. Noli iquit dare diabolo ⁊ angelis
eius anima confitentē tibi. Deuoret ſerpens ſi adhuc terre
na ſapio: ſi terrena deſidero. ſi adhuc in promiſſio veteris te Gen.3.
ſtamenti nouo reuelato remaneo. Cum autē iam depoſuerim
ſuperbiam: ⁊ iuſtitiā meam non agnoſcā: ſed gratiam tuam
non habeant in me ſuperbe beſtie poteſtatē. Ne tradideris Al.s† Et.
beſtijs animam confitentē tibi. ⌊ † Animas pauperū tuorū
ne obliuiſcaris in finem. ⌋ Diuites eramus: fortes eramus:
ſed ſiccaſti fluuios ethan. Iam modo nō conſtituimus iuſti
tiam noſtram: ſed agnoſcimus gratiā tuā. Pauperes ſumus:
exaudi mendicos tuos: Iam oculos non audemus ad celū
leuare: ſed percutiētes pectus noſtrum dicimus: Dñe propi Luce.18.
tius eſto mihi peccatori. Animas pauperum tuorū ne obliui
ſcaris in finem. ⌊ Reſpice in teſtamentū tuū. ⌋ Redde qđ C
promiſiſti: tabulas tenemus: hereditatē expectamus. Reſpi
ce in teſtamentum tuū: nō illud vetus: Non propter terram
chanaan rogo: non propter inimicorū temporalē ſubiectionē
non propter filiorū carnalē fecunditatē: non propter diuitias
terrenas: non propter ſalutē tēporalem. Reſpice in teſtamē
tum tuum quo promiſiſti regnum celorū. Iam agnoſco teſta
mentum tuum: iam intellectus eſt aſaph: nō eſt pecus aſaph: Hiere.31.
iam videt qđ dictum eſt: Ecce dies venient dicit dñs: ⁊ con ad heb.8.
ſummabo domui iſrael ⁊ domui iuda teſtamentū nouū: non
ſm teſtamentū qđ diſpoſui patribus eorū. Reſpice in teſta al† Quia.
mentum tuum. ⌊ r† Quoniā repleti ſunt qui obſcurati ſunt † terre do
† terra domorū iniquarum: ⌋ Quia corda habebant iniqua. mibus ini
Domus noſtre corda noſtra: Ibi libēter habitāt: Beati mū quitatum.
do corde: quoniā ipſi deum videbunt. Reſpice ergo in teſta Mat.5.
mentum tuū: ⁊ reliquie ſalue fiant: q: multi qui attendūt ad Ro.9.
terram: obſcurati ſunt ⁊ repleti ſunt terra. Intrauit in ocu
los eorū puluis: ⁊ excecauit eos: ⁊ facti ſunt puluis quē proij Ps.1.
cit ventus a facie terre: Repleti ſunt qui obſcurati ſunt ter
re domorū iniquarum. Attendendo enī terrā obſcurati ſunt:
de quibus dictum eſt in alio pſalmo: Obſcurent oculi eorū Ps.68.
ne videant: ⁊ dorſum eorū ſemper incurua. Terra ergo reple
ti ſunt qui obſcurati ſunt terre domorū iniquorum: q: corda
habent iniqua. Domus enim noſtre ſicut ſupra diximus: cor
da noſtra ſunt: Ibi libenter habitabimus ſi ea ab iniquita
te mūdemus. Ibi eſt mala conſcientia que inde repellit ho
minem: quo iubetur ire portans grabatum ſuum: cui pecca
ta dimiſſa ſunt: dicente dño. Tolle grabatū tuum: et vade in Joan.5.
domum tuā. Porta carnē tuā: ⁊ intra ad ſanatā cōſcientiam
tuam: quoniam repleti ſunt qui obſcurati ſunt terre domorū
iniquarum. Obſcurati ſunt: ⁊ repleti ſunt terra. Illi obſcura
ti qui ſunt? Qui corda iniqua habent: Reddet illis dñs ſm
cor ſuum. ⌊ Ne † reuertaf humilis † confuſus. ⌋ Illos enī U
ſuperbia confudit. ⌊ † Egenus ⁊ inops laudabunt nomen Al† auer
tuum. ⌋ Videtis fratres q̄ debeat dulcis eſſe paupertas: taſ† fact⁹
videtis pauperes ⁊ inopes pertinere ad deū: ſed pauperes † Pauper
ſpiritu: quoniam ipſorū eſt regnū celorum. Qui ſunt paupe Mat.5.
res ſpiritu? Humiles: trementes verba dei: confitentes pec
cata ſua: non de ſuis meritis: nec de ſua iuſtitia preſumētes
Qui ſunt pauperes ſpiritu? Qui quando faciunt aliquid bo
ni deum laudant: quando mali ſe accuſant. Super quem re Eſa.66
quieſcet ſpiritus meus: ait propheta: niſi ſuper humilem et
quietum ⁊ trementem verba mea? Iam ergo aſaph intelle
xit: iam terre nō heret: iam promiſſa terrena ex veteri teſta
mento nō expetit: Mendicus tuus factus eſt: pauper tuus
factus eſt: fluuios tuos ſitit: q: ſui ſiccati ſunt. Quia ergo ta
lis factus eſt: non fraudetur ſpe. Queſiuit manibus nocte Ps.76.
coram te: non decipiat. Ne auertatur humilis confuſus: ege
nus ⁊ inops laudabunt nomen tuum. Confitentes peccata
ſua laudabunt nomen tuum: deſiderantes eterna promiſſa
tua: laudabunt nomen tuum: Non de temporalibus turgidi
non de propria iuſtitia in ſuperbiam elati: inflati. Non ipſi:
Sed qui? Egenus ⁊ inops laudabūt nomen tuum. Exur X

pſ.41. ge domine iudica cauſam tuam : ⌋ Deſertus enim videor:
quia nondum accepi qđ promiſiſti: ⁊ facte ſunt mihi lachry-
me mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie: vbi
eſt deꝰ tuus: Et q: nõ poſſum oſtendere de.i.me i:quaſi ina
ne ſequor: Inſultatur mihi nec paganus tantũ: vel iudeus:
vel hereticus: ſed aliquando frater ipſe catholicus torquet
os quando promiſſa dei predicantur: quando futura reſur-
rectio prenunciatur. Et adhuc ipſe cõuiuiſ tinctus aqua ſa
lutis eterne: portans ſacramentum chriſti: forſitan dicit: Et
quis huc reſurrexit? Et non audiui patrẽ meũ de ſepulchro
loquentem: ex quo eum ſepeliui. Deus dedit legem ad tem-
pus ſeruis ſuis: ad qđ ſe auocarent: nam quis redit ab infe-
ris? Et quid faciam talibus? Oſtendã quod non vident? Nõ
poſſum: Non enim propter illos deus viſibilis debet fieri.
Iam id agant ſi placet: ita faciant: ita conterunt: quia ipſi no-
lunt conuerti in melius: deum conuertunt in peius. Videat
qui poteſt credat qui nõ poteſt: eſſe deũ. Et ſi videt qui pot
niquid oculis videt? Intellectu videt corde videt. Nõ enĩ
ſolem ⁊ lunam volebat oſtendere qui dicebat: Beati mũdo
Mat.5. corde: quoniã ipſi deum videbunt. Immundũ autem cor nec
ad fidem idoneum: vt qđ non poteſt videre vel credat: Nõ
video inquit: quid crediturus ſum? Anima enim tua videtur?
Vt opinor ſtulte: corpus tuum videtur: animã tuam quis vi-
det? Cum ergo corpus tuum ſolum videatur: quare nõ ſepe-
liris? Miratur: quia dixi ſi corpus tantũ videtur: quare non
ſepeliris: Et reſpondet: ſapio enim adhuc quia viuo. Vnde
ſcis q: viuis: cuius animã nõ video? Vnde ſcio? Reſpõdebis:
quia loquor: quia ambulo: quia operor. Stulte ex operibus
y corporis agnoſco viuentem: ex operibus creature non potes
agnoſcere creatorem? Et forte quis dixit: Cum mortuus fue-
ro: poſtea nihil ero: Et literas didicit: et ab epicuro didicit
hoc neſcio quo deliro philoſopho: vel potius amatore vani
tatis nõ ſapientie: quẽ ipſi etiam philoſophi porcũ nomina
uerunt: q: voluptatẽ corporis ſummũ bonum dixit: Hũc phi
loſophum porcũ nominauerunt volutãs in cęno carnali. Ab
illo forte didicit literas iſte literatus dicere: Nõ ero poſteaſ
q̃ mortuus fuero. Siccentur flumina ethan: pereant doctri
ne iſte gentiũ: pullulent virecta hieruſalem: videant qđ pote-
runt: credant corde qđ videre non poſſunt. Certe iſta oĩa
que per mundũ modo videntur: quando operabaꝰ deus ſa
lutem in medio terre: cũ iſta dicebantur nondũ erant: ⁊ ecce
tunc predicta ſunt: nunc impleta monſtrantur: ⁊ adhuc dicit
pſ.13. ſtultus in corde ſuo: non eſt deus. Ve peruerſis cordibꝰ: quo
niam ita ventura ſunt que reſtant: ſicut venerũt iſta que tũc
non fuerunt: ⁊ ventura prenunciabanꝰ. An vero exhibuit no-
bis deus omnia que promiſit: ⁊ de ſolo die iudicij nos feſel-
lit? Non erat chriſtus in terra: promiſit: exhibuit. Non virgo
pepererat: promiſit: exhibuit. Nõ erat fuſus ſanguis precio
ſus: quo deleretur chirographum mortis noſtre: promiſit:
exhibuit. Nõdum reſurrexerat caro in vitam eternã: promi-
ſit: exhibuit. Nondũ crediderant gentes: promiſit: exhibuit.
Nondum heretici in nomine chriſti armati: contra chriſtum
militabant: predixit: exhibuit. Nondum idola gentiũ de ter-
ra iſta deleta erant: predixit: exhibuit. Iſta omnia cũ predi
xiſſet et exhibuiſſet: de ſolo die iudicij mentitus eſt? Veniet
omnino quomodo iſta venerunt: quia ⁊ iſta anteq̃ venirent
futura erant: ⁊ futura prius prenunciata ſunt: ⁊ poſtea vene-
runt. Veniet fratres mei: nemo dicat: non veniet: aut veniet:
ſed longe eſt qđ veniet: ſed tibi prope eſt vt eas hinc. Suffi
ciat prima deceptio. Si non potuimus primo permanere in
precepto: ſaltem corrigamur exemplo. Nondum erat exem-
geñ.2.⁊.3. plum caſus humani: quando dictũ eſt ad adã: Morte mori-
eris ſi tetigeris: ⁊ venit de trãſuerſo ſerpens: ⁊ dixit: Nõ mor-
te morieris. Creditus eſt ſerpens: contemptus eſt deus: ta-
ctum eſt vetitum: mortuus eſt homo. Nonne impletum eſt
potius qđ minatus eſt deus: q̃ qđ promiſerat inimicus? Sic
eſt certe: Agnoſcimus hoc: ideo omnes in morte iam vel ex-
perti cauti ſimus. Non enim ceſſat ⁊ modo ſerpens inſuſur-
rare ⁊ dicere: Nunquid vere damnaturus eſt deus tantas
turbas: liberaturus eſt paucos? Quid eſt aliud: q̃ facite con-
tra preceptum: Non morte moriemini? Sed quomodo tunc:
ſic ⁊ nunc. Si feceris qđ ſuggerit diabolus: ⁊ contempſeris
qđ precipit deus: veniet iudicij dies: ⁊ inuenies verũ qđ mi
natus eſt deus: ⁊ falſum qđ pollicitus eſt diabolus. Exurge
domine iudica cauſam meam. Mortuus es ⁊ cõtemptus es Z
dicaꝰ mihi: Vbi eſt deus tuus? Exurge iudica cauſam meã. pſ.41.
Non enim venturus eſt ad iudicium: niſi qui exurrexit a mor-
tuis. Venturus prenunciabatur: venit ⁊ contemptus eſt a iu-
deis ambulans in terra: contemnitur a falſis chriſtianis ſe-
dens in celo. Exurge domine iudica cauſam meam: quoniaꝫ
in te credidi: non peream: quia credidi quod non vidi: ⁊ ſpe
mea non fallar: accipiaꝫ qđ promiſiſti: Iudica cauſam meã.
⌊ † Memento opprobriorum tuorum: eorum que ab † im- Al†. Me-
prudẽte ſunt tota die. ⌋ Adhuc enim inſultatur chriſto: nec mor eſto i
deerunt tota die: hoc eſt vſq̧ in finem ſeculi vaſa ire. Adhuc proprerioꝝ
dicitur: Vana predicãt chriſtiani. Adhuc dicitur: Inanis eſt †iĩpiẽte.
reſurrectio mortuorum. Iudica cauſam meaꝫ: memento op-
probriorum tuorum. Sed quorum: niſi eorum que ab impru
dente ſunt tota die? Nunquid prudens hoc dicit? Prudens
enim dictus eſt porro videns. Si prudens porro videns: ſi-
de videtur porro. Nam oculis vix ante pedes videtur tota
die. ⌊ Ne obliuiſcaris voces † deprecantiũ te. ⌋ Ingemi- al† inimi-
ſcentium ⁊ expectantium iam quod promiſiſti de nouo teſta coꝝ tuoꝝ.
mento: ⁊ ad ipſam fidem ambulantium: Ne obliuiſcaris vo-
ces deprecantiũ te: Sed illi adhuc dicũt: Vbi eſt deus tuus?
⌊ Superbia eorũ qui te oderũt aſcendit ſemper † ad te. ⌋ al† nõ hꝫ.
Noli ⁊ eorum ſuperbiam obliuiſci. Ille obliuiſcitur omnino
aut punit: aut corrigit.

¶ Explicit Tractatus de pſ. lxxiij.

¶ Incipit Tractatus de pſ. lxxiiij.

¶ Prefatio.

PSalmus iſte tumori ſuperbie medicinaꝫ humilitatis
apponit: humiles autem conſolatur in ſpe: hoc agẽs A
vt ne quiſq̃ ſuperbe de ſe pſumat: ne quiſq̧ humilis de do-
mino deſperet. Eſt enim promiſſio dei rata: certa: fixa et in-
concuſſa: fidelis: ⁊ omni dubitatione carens: que conſolatur
afflictos. Tota enim vita humana ſuper terram (ſicut ſcri- Iob.7.
ptum eſt) temptatio eſt: Nec quaſi proſpera eligenda eſt: et
ſola aduerſa deuitanda: ſed vtraq̧ cauenda eſt: Illa ne cor-
rumpat: iſta ne frangat: vt vnicuſ, hominum eñ quocunq̧
ſtatu rerum in vita egerit: non ſit refugium: niſi deus: nec vl-
lum gaudium: niſi in promiſſis eius. Vita enim hec qualibet
redundans felicitate multos fallit: deus enĩ neminẽ. Quia
ergo omni homini conuerſo ad deũ mutatur delectatio: mu-
tantur delitie: Non enim ſubtrahuntur: ſed mutantur. Om-
nes autem delitie noſtre in hac vita: nondum ſunt in re: ſed
ipſa ſpes tam certa eſt vt omnibus huius ſeculi delitijs pre-
ponenda ſit: ſicut ſcriptum eſt: Delectare in domino. Et ne
pſ.36. putares iam te habere qđ promittit: ſubiecit ſtatim: ⁊ dabit pſ.36.
tibi petitiones cordis tui. Si ergo nondũ habes petitiones
cordis tui vnde delectaris in domino: niſi quia tenes certuꝫ
promiſſorẽ qui ſe efficit promittendo debitorem? Huius igiꝰ
deprecationis: vt permaneat nobiſcum ſpes noſtra: ⁊ intro-
ducamur in id quod promiſit deus: loquitur titulus huius
pſalmi. ⌊ In finem ne corrumpas. ⌋ Quid eſt ne corrũpas
Quod promiſiſti: exhibe. Sed quando? In finem. Illuc er- B
go mentis oculus dirigatur in finem. Omnia que in via oc-
currerint tranſeantur: vt perueniatur in finem. Exultent ſu-
perbi de preſenti felicitate: tumeant honoribus: fulgeãt au-
ro: redundent famulis: obſequijs clientum conſtipẽtur: Pre-
tereunt iſta ⁊ tranſeunt tanq̃ vmbra. Cum ille finis venerit
vbi omnes qui modo in domino ſperant gaudeant: tunc il-
lis veniet finis ſine triſticia. Quando acceperint humiles: q̃
irrident ſuperbi: tunc ſuperborum typus conuertetur in lu-
ctum. Tunc erit illa vox quam in libro ſapientie nouimus:
Dicent enim tunc videntes gloriam ſanctorum: qui cum hic
humiliarentur toleraverunt: qui cum hic ſublimarentur: nõ
annuerunt. Tunc ergo illi dicent: Hi ſunt quos aliquãdo ha- Sap.5.
buimus in deriſum. Vbi etiam dicent: Quid nobis profuit
ſuperbia: ⁊ diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tran-
ſierunt oĩa tanq̃ vmbra. Quia de corruptibilibus preſum-
pſerunt: ſpes eorum corrumpetur: noſtra vero ſpes tũc erit
res. Promiſſio enim dei vt maneat integra ⁊ firma ⁊ cetera
erga nos: diximus ex corde fidei: In finẽ ne corrũpas. Noli

ergo timere

ergo timere ne promiſſiones dei corrumpat aliquis poten-
tum: Ipſe vero non corrumpit: quia verax eſt: potentior eũ
non habet a quo eius promiſſio corrumpatur. Certi ergo
ſimus de p̃miſſis dei: ⁊ cãtemus iã vnde incipit pſalmus.

Expoſitio pſalmi.

C
Al† nõ hʒ. Onfitebimur tibi deus: confitebimur † tibi ⁊ inuoca-
bimus nomen tuum. ⌋ Noli antequã confitearis inuo-
care: confitere ⁊ inuoca. Illum quippe quem inuocas: in te
vocas. Quid eſt enim inuocare: niſi in teipſum vocare? Si in-
uocatur a te: ideſt ſi vocatur in te: ad quẽ accedit? Ad ſuper-
bum non accedit. Certe altus eſt: non eum attingit elatus.
Omnia ſublimia vt contingamus: attollimus nos: Et ſi at-
tingere non poſſumus: machinamẽta aliqua vel ſcalas que-
rimus: vt ſublimati ſublimia contingamus. Contra: deus ⁊
Pſ. 33. altus eſt: ⁊ ab humilibus contingitur. Scriptum eſt: Prope
eſt dominus his qui obtriuerunt cor. Tritura cordis: pietas
humilitas. Qui ſe conterit: iraſcitur ſibi: Se habeat iratũ:
vt illum habeat propitium: Se habeat iudicem vt illum ha-
beat defenſorem. Ergo inuocatus deus venit. Ad quem ve-
nit? Ad ſuperbum non venit. Audi aliud teſtimonium: Excel-
Pſ. 137. ſus dominus ⁊ humilia reſpicit: excelſa autẽ a longe cogno-
ſcit. Excelſus dominus ⁊ humilia reſpicit non a longe: excel-
ſa autem a longe cognoſcit. Et ne forte cum dictum eſſet
quia humilia reſpicit: ſuperbi de impunitate gauderẽt: quaſi
ſi eos ſuperbientes nõ agnoſcat qui in excelſis habitat: ter-
riti ſunt: ⁊ dictum eſt eis: videt vos: ⁊ cognoſcet vos: ſed a lõ-
ge. Hos facit beatos quibus propinquat: Uos autem inquit
o ſuperbi o excelſi: non eritis impuniti: quia cognoſcit: non
eritis beati: quia a lõge cognoſcit. Uidete ergo quid agatis
quia ſi agnoſcit: non ignoſcit. Melius ergo ignoſcit quã agno-
ſcit. Quid eſt enim ipſum ignoſcere: niſi non noſcere? Quid
eſt nõ noſcere? Non animaduertere. Nã ⁊ vindicãtis ſolet di-
Pſ. 50. ci animaduerſio. Audi orantem vt ignoſcat: Auerte faciem
tuam a peccatis meis. Quid igitur facies ſi auerterit faciẽ
tuam a te? Moleſtum eſt ⁊ timendum ne deſerat te. Rurſus
ſi faciem non auertit: animaduertit. Nouit hoc deus: poteſt
hoc deus: ⁊ auertere faciẽ a peccante: ⁊ non auertere a con-
fitente. Itaque alibi ei dicitur: Auerte faciem tuam a pecca-
Pſ. 26. tis meis: Et alibi ei dicitur: Ne auertas faciem tuam a me.
Ibi a peccatis meis auerte: hic autem a me noli auertere.
Confitere ergo ⁊ inuoca. Confitendo enim mũdas templũ
quo veniat inuocatus. Confitere et inuoca: Auertat faciem
ſuam a peccatis tuis: non auertat a te. Auertat faciẽ ab eo
quod tu feciſti: non auertat ab eo qđ ipſe fecit. Te enim ho-
minem ipſe fecit: peccata tua ipſe feciſti. Cõfitere ergo ⁊ in-
D uoca: Dic: Confitebimur tibi deus: confitebimur tibi. Ipſa
repetitio: confirmatio eſt: ne te confeſſum eſſe peniteat. Nõ
enim alicui crudeli confeſſus es: non victori: non inſultatori:
confitere ſecurus. Audi aliam vocem pſalmi adhortantem.
Pſ. 117. Confitemini domino quoniam bonus eſt. Quid eſt: quoniã
bonus eſt? Quid timetis confiteri? Bonus eſt: ignoſcit con-
fitenti. Time confiteri iudici homini: ne forte confeſſum pu-
niat. Deo noli. Fac confitendo propitium: quem negãdo nõ
facis neſcium. Confitebimur tibi deus confitebimur: ⁊ ſecu-
ri iam inuocabimus nomen tuũ. Exhauſimus corda noſtra
confeſſione: terruiſti: mundaſti. Cõfeſſio nos humiles facit.
Propinqua humilibus: qui recedis ab excelſis. Firmamen-
tum autem eſſe ſententie in repetitione: multis ſcripturarũ
Joan. 3. locis docemur. Inde eſt qđ dominus ait: Amen amen. In-
Pſ. 71. de in aliquibus pſalmis: Fiat fiat. Ad ſignificationẽ rei ſuf-
et. 88. ficeret vnũ fiat: ad ſignificationem firmamenti acceſſit alte-
rum fiat. Rex egypti pharao noſtis qđ cum ibi iam eſſet io-
ſeph propter pudicitie amorem incluſus in carcerem: vidit
ſomniũ idem pharao notum omnibus nobis: a ſeptem ma-
cris conſumptas eſſe ſeptem boues pingues: ⁊ rurſus a ſe-
ptem ſpicis exilibus conſumptas eſſe ſeptem fecundas. Et
quid eſt interpretatus ioſeph? Si meminiſtis: non duo ſunt
iſta ſomnia: ſed viſum vnum. Una eſt inquit interpretatio eo-
Gen. 4. rum: ſed qđ bis vidiſti ait: ad confirmationẽ valet. Hec dixi
vt non putetis repetitionem in verbis ſancte lingue: quaſi
loquacitatis eſſe appetitum. Sepe ſibi repetitio firmamẽti
habet vim. Paratum cor meum deus inquit: paratũ cor meũ. Pſ. 56.
Alio loco dicit: Suſtine dominum: viriliter age: ⁊ confortet Pſ. 26.
cor tuum: ⁊ ſuſtine dominum. Innumerabilia talia ſunt per
omnes ſcripturas: hic ſufficit cõmendaſſe nos vobis loquẽ-
di genus: qđ obſeruetis in omnibus ſimilibus. Modo ad rẽ
aduertite: Confitebimur tibi inquit ⁊ inuocabimus nomen
tuum. Dixi quare ante inuocationem precedit cõfeſſio: quia
quẽ inuocas: inuitas. Uenire autẽ non vult inuocatus: ſi tu
fueris elatus: Elatus ſi fueris: confiteri non poteris: nec ea
negas deo que neſcit. Itaque confeſſio tua non illum docet:
ſed te mundat. Et iam confeſſus eſt ⁊ inuocauit: immo con- E
feſſi ſunt: inuocauerũt: ⁊ dicitur ex perſona vnius. ⌊ † Enar- al† narra-
rabo † omnia mirabilia tua. ⌋ Confeſſus exinaniuit ſe ma- bimus.
lis: inuocans impleuit ſe bonis: enarrãs eructauit quo ſe im- al† nõ hʒ.
pleuit. Et videte fratres cũ confiterentur multi erant: Con-
fitebimur tibi deus: confitebimur tibi: ⁊ inuocabimus nomẽ
tuum. Multa enim ſunt corda confitentium: vnum creden-
tium. Quare multa ſunt corda confitentium: vnum creden-
tium? Diuerſa enim peccata homines confitentur: vnã fidẽ
homines credunt. Iam ergo cum ceperit chriſtus habitare Ephe. 3.
in interiore homine per fidem: ceperit inuocatus poſſidere
confeſſum: fit totus chriſtus caput ⁊ corpus: ⁊ ex multis vnus.
Audite iam chriſtiana verba. Nam quaſi non verba eius vi-
debantur: Cõfitebimur tibi deus: confitebimur tibi: ⁊ inuo-
cabimus nomen tuum. Iam incipit ex perſona capitis ſer-
mo. Siue autẽ caput loquatur: ſiue membra loquant̃ chri-
ſtus loquitur: Loquitur ex perſona capitis: loquitur ex per-
ſona corporis. Sed quid dictum eſt? Erunt duo in carne vna Gen. 2.
Sacramentum hoc magnum eſt: ego inquit dico in chriſto ⁊ Ephe. 5.
in eccleſia. Et ipſe in euangelio: Igitur iam nõ duo: ſed vna Mat. 19.
caro. Nam vt noueritis has duas quodammodo eſſe perſonas
et rurſus vnam copulationem coniugii: tanquam vnus loquitur Eſa. 61.
apud Eſaiam ⁊ dicit: Sicut ſponſo alligauit mihi mitram: ⁊
ſicut ſponſam induit me ornamento. Spõſum ſe dixit ex ca-
pite: ſponſam ex corpore. Loquatur ergo vnus: audiamus
eum: ⁊ in eo nos quoque loquamur. Simus membra eius: vt
hec vox ⁊ noſtra eſſe poſſit. Enarrabo inquit omnia mirabi-
lia tua. Euangelizabat chriſtus ſeipſum: euangelizat ſe etiã
in membris ſuis iam exiſtẽtibus: vt ⁊ alios adducat: et acce-
dant qui non erant: ⁊ copulentur in membris eius: per que
membra eius predicatum eſt euangelium: ⁊ fiat vnũ corpus F
ſub vno capite: in vno ſpiritu: in vna vita. Et quid ait. ⌊ Cũ
accepero tempus: ego iuſtitias iudicabo. ⌋ Quando iudica-
bit iuſtitias? Cum acceperit tempus. Nondum eſt ipſum tẽ-
pus? Gratias miſericordie eius. Prius predicet iuſtitiam: ⁊
ſic iudicet iuſtitias. Nam ſi ante velle iudicare quã predicare
quis inueniretur liberandus? Quis abſoluẽdus occurreret?
Modo ergo predicationis tempus eſt: Narrabo inquit om-
nia mirabilia tua. Audi narrantem: audi predicantẽ: Nam ſi
contempſeris: Cũ accepero tempus inquit: ego iuſtitias iu-
dicabo. Dono inquit nunc peccata confitenti: nõ parcã poſt Pſ. 100.
ea contemnenti. Miſericordiam ⁊ iudicium cãtabo tibi do-
mine. Dicitur in pſalmo: miſericordiam et iudicium. Modo
miſericordia: poſtea iudicium: In qua miſericordia pctã do-
nantur: in quo iudicio peccata puniunt̃. Uis non timere pec-
catorum punitorem? Ama donatorem: noli reſpuere: noli ex-
tollere: noli dicere: nõ habet qđ mihi donet. Audi enĩ quod
ſequitur: Cum accepero tempus: ego iuſtitias iudicabo. Ac-
cepit tẽpus chriſtus? Accepit tẽpus filius dei? Filius dei nõ
accepit tempus: ſed filius hominis accepit tempus. Idem
ipſe autem ⁊ filius dei per quem facti ſumus: ⁊ filius homi- Concor. 7.
nis per quem refecti ſumus. Homine aſſumpto: ipſe non aſ- ſen. diſ. ca.
ſumptus: Homine mutato in melius: nullo modo ipſe in de- Reced. te
terius cõmutatus: Non deſtitit eſſe qđ erat: ſed accepit qđ
non erat. Quid erat? Cum in forma dei eſſet: nõ rapinam ar- Phil. 2.
bitratus eſt eſſe ſe equalem deo: Apoſtoli verba ſunt. Et qđ
accepit? Sed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiẽs.
Sicut formam ſerui accepit: ita ⁊ tempus accepit. Demuta-
tus eſt ergo? Diminutus eſt? Exilio redditus? In defectum
lapſus? Abſit. Quid ergo: Semetipſum exinaniuit formam
ſerui accipiens? Exinaniſſe ſe dictus eſt accipiendo inferio-
rem: non degenerãdo ab equali. Ergo fratres quid eſt hoc:
Cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo? Accepit tem-

pus vt filius hominis:gubernat tempora vt filius dei. Au
Joan.5. di quare filius hominis accepit tempus iudicandi. Dicit in
euangelio: Dedit ei poteſtatem iudicij faciendi:quoniam
filius hominis eſt. Scḋm qḋ filius dei:nunq̃ accepit pote
ſtatem iudicandi:quia nunq̃ caruit poteſtate iudicādi. Se
cundum q̇ filius hominis:accepit tempus ſicut naſcendi ⁊
patiendi:ſicut ⁊ moriendi ⁊ reſurgendi:⁊ aſcendendi: ita ve
niendi ⁊ iudicandi. Dicit in illo iſta et corpus eius. Non eñ
Mat.19. ſine illis iudicabit. Dicit quippe in euangelio: Sedebitis ſu
per duodecim ſedes iudicantes duodecim tribus iſrael. Er
go totus chriſtus dicit:ideſt caput ⁊ corpus in ſanctis: Cum
B accepero tempus ego iuſticias iudicabo. Modo aūt quid?
al† liquefacta eſt. ⌊ † Defluxit terra. ⌋ Si defluxit terra:vnde defluxit niſi
de peccatis? Ideo et delicta dicuntur. Delinquere eſt:tan
q̃ de liquido quodā defluere a ſtabilitate firmamenti virtu
tis atq; iuſtitie. Cupiditate enim inferiorum quiſq; peccat:
Sicut roboratur charitate ſuperiorum:ſic deficit ⁊ quaſi li
queſcit cupiditate inferiorum. Hunc fluxū rerum in pecca
tis hominum attendens donator miſericors:⁊ donator pec
catorum nondum exactor ſuppliciorum:attendit ⁊ ait: De
Al† q̇ habitant. fluxit terra. ⌊ Et omnes † inhabitantes in ea. ⌋ Ipſa vti
q; terra defluxit inhabitantibus in ſe. Expoſitio eſt confeſ
ſionis non additio:tanq̃ ſi diceres: Quomodo defluxit ter
ra? Subtracta ſunt fundamenta:⁊ aliquid in ea hiatu quo
dam dimerſum eſt. Qḋ dico terram? Omnes inhabitantes
in ea. Inueni inquit terram peccatricē. Et quid feci? ⌊ Ego
confirmaui columnas eius. ⌋ Quas columnas cōfirmauit?
Columnas apoſtolos dicit. Sic apoſtolus paulus de coapo
Gal.2. ſtolis ſuis: Qui videbant̃ inquit colūne eſſe. Et quid eſſent
ille columne:niſi ab illo firmarentur? Quia terremotu quo
dam etiam ipſe columne nutauerunt: In paſſione domini
omnes apoſtoli deſperauerunt. Ergo columne ille que in
paſſione domini nutauerunt: reſurrectione firmate ſunt.
Clamauit initium edificij per columnas ſuas:⁊ in eis omni
2.Cor.13. bus columnis architectus ipſe clamauit. Columna enī vna
eſt et illis paulus apoſtolus cum diceret: An vultis exper
mentū accipere eius qui in me loquitur chriſtus? Ergo ego
inquit confirmaui columnas eius: Reſurrexi:oſtendi mortē
non eſſe metuendam:oſtendi timentibus nec ipſum corpus
Joan.20. perire in morientibus. Tenuerunt eos vulnera:firmauerūt
cicatrices. Poſſet dominus ieſus chriſtus ſine vlla cicatrice
reſurgere. Quid enī illi poteſtati magnū erat ad tantam in
tegritatem compagē corporis reuocare:vt nullum omnino
veſtigium preteriti vulneris appareret? Habebat poteſtatē
vnde illud etiam ſine cicatrice ſanaret: ſed habere voluit vn
de nutantes columnas firmaret. Audiuimus iā fratres qḋ
quotidie non tacetur:audiamus quid clamauerit per colū
nas has. Tempus audiēdi eſt propter terrorem illum: ego
iuſtitias iudicabo cū accepero tempus. Ille accepturus eſt
tempus iuſtitias iudicandi:vos iam nunc habetis tempus
D iuſtitias faciendi: Si taceret:non haberetis quid faceretis:
ſed confirmatis columnis clamat. Quid clamat? ⌊ Dixi ini
quis nolite inique agere. ⌋ Clamat fratres mei: certe cla
matis:delectat vos:audite clamantem. Per ipſum obſecro
terreat vos iſta vox:non tam nos veſtre iſte voces delecta
re debēt:q̃ vos iſte terrere. Dixi iniquis nolite inique age
re. Sed iam fecerunt ⁊ rei ſunt: Iam defluxit terra: ⁊ omnes
Act.2. qui habitant in ea. Compuncti ſunt corde qui chriſtum cru
cifixerunt:agnouerunt peccatum ſuum:didicerunt aliquid
ab apoſtolis ne deſperarent de indulgentia predicatoris
Mat.9. Medicus enim venerat:⁊ ideo non ad ſanos venerat. Non
eſt opus inquit ſanis medicus: ſed male habentibus: Nō ve
ni vocare iuſtos:ſed peccatores ad penitentiā. Ergo dixi in
quis:nolite inique agere. Non audierunt. Olim enim no
bis dictum eſt: Non audiuimus:lapſi ſumus:mortales fa
cti:mortales geniti. Defluxit terra:audiant vel modo vt ſur
gant ad medicum qui venit ad languidum: Quem noluerūt
audire ſani vt non caderent:audiant iacentes vt ſurgant. Di
xi iniquis nolite inique agere. Quid agimus? Iam fecimus.
⌊ Et delinquentibus nolite exaltare cornu. ⌋ Quid eſt hoc?
Si feciſtis iniquitatem per cupiditatem:nolite eam defen
dere per elationem: Cōfitemini ſi feciſtis. Qui enim nō con
fitetur:⁊ iniquus eſt ⁊ exaltat cornu. Dixi iniquis:nolite ini
que facere:⁊ delinquentibus nolite exaltare cornu veſtrum.
Exaltabitur in vobis cornu chriſti:ſi non exaltetur cornu ve
ſtrum. Cornu veſtrum de iniquitate eſt:cornu chriſti de ma I
ieſtate eſt ⌊ Nolite † ergo efferri: ne loquamini aduerſus a l† nolite
deum iniquitatem. ⌋ Audite iam voces multorum: audiat extollere i
vnuſquiſq; ⁊ pungatur. Quid ſolent homines dicere? Uere altū cornu
non iudicat deus de rebus humanis: Et eſt vllum iudiciū veſtrū no
dei? Aut vere curat quid agatur in terra? Tam multi iniqui lite loqui.
redundant felicitatibus:innocentes premuntur laboribus.
Sed illi accidit neſcio quid mali caſtigante deo ⁊ admonen
te:⁊ nouit conſcientiam ſuam:nouit pro merito peccatorum
ſuorum aliquid ſe poſſe perpeti vnde argumentetur aduer
ſus deū. Quia non poteſt dicere:iuſtus ſum:quid putamus
eum dicere? Sunt peiores iniqui ⁊ tamen iſta non patiunt̃.
Hec eſt iniquitas quam loquuntur homines aduerſus deū.
Uidete autem q̇ iniquum ſit:dum ſe vult iuſtum videri:illū
facit iniuſtum. Qui enim dicit:inique patior qḋ patior: illū
iniquum facit cuius iudicio patitur:ſe autem iuſtum qui ini
que patitur. Rogo vos fratres mei:equum eſt hoc:vt deus
credatur iniuſtus:tu iuſtus? Cum autem hoc dicis:loqueris
aduerſus deum iniquitatē. Quid dicit in alio pſalmo? Hec
feciſti. Numeratis quibuſdam peccatis:hec inquit feciſti et Pš.49.
tacui. Quid eſt tacui? Nunq̃ tacet precepto:ſed interim ta
cet ſupplicio: Quieſcit a vindicta:non profert in damnatū
ſententiam. Sed hoc ille dicit: Feci illa ⁊ illa: et non vindi
cauit deus. Ecce ſanus ſum:nihil mali contigit mihi. Hec fe
ciſti et tacui:ſuſpicatus es iniquitatem qḋ ero tibi ſimilis.
Quid eſt:qḋ ero tibi ſimilis? Quia tu iniquus es:et me tanq̃
iniquum putaſti:tanq̃ approbatorem facinorum tuorū: nō Ibidem.
aduerſatorem:non vltorem. Et quid poſtea tibi dicit? Arguā
te ⁊ conſtituam te ante faciem tuā. Quid eſt hoc? Quia mo
do peccando poſt terga te ponis:non te vides:non te inſpi
cis: ego te pono ante te:⁊ faciam tibi ſupplicium de te. Sic
et hic: Ne loquamini aduerſus deum iniquitatem. Attendi
te. Multi autem loquuntur iſtam iniquitatem: ſed non au
dent palam:ne blaſphemi et horreātur ab hominibus pijs:
In corde ſuo iſta rodunt:intus tali nefario cibo paſcuntur:
delectat eos loqui aduerſus deū iniquitatem:etſi non erū
punt lingua:corde non tacent. Unde in alio pſalmo dicitur: Pš.13.
Dixit ſtultus in corde ſuo:nō eſt deus: Dixit ſtultus: ſed ho
mines timuit:noluit dicere vbi audirent homines. Et vbi di
xit? Ubi audierat ipſe:de quo dixit. Propterea et hic in iſto
pſalmo chariſſimi attendite:quoniam hoc quod dixit: Noli
te loqui aduerſus deum iniquitatem:vidit multos hec in cor K
de agere:⁊ adiunxit. ⌊ † Quoniam neq; ab oriente neq; ab al† Quia.
occidente neq; a deſertis † montium:quoniam deus iudex † montib'
eſt. ⌋ Iniquitatum tuarum iudex deus eſt. Et ſi deus eſt:
vbiq; preſens eſt. Quo te auferes ab oculis dei:vt in parte
aliqua loquaris quod ille non audiat? Si ab oriente iudicat
deus:ſecede in occidentē:⁊ dic quicquid vis aduerſus deū.
Si ab occidente:vade in orientem ⁊ ibi loquere. Si a deſer
tis montium iudicat deus:vade in medium populorum vbi
tibi ſubmurmures. De nullo loco iudicat:qui vbiq; ſecretus
eſt:vbiq; publicus:quem nulli licet vt eſt cognoſcere:⁊ quē
nemo permittitur ignorare. Uide quid agas? Loqueris ad
uerſus deum iniquitatem. Spiritus domini repleuit orbē Sap.1.
terrarum. Alia ſcriptura dicit hoc:⁊ hoc quod continet om Ibidem.
nia:ſcientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua:
non poteſt latere. Noli ergo cogitare deum in locis: ille te
cum eſt talis qualis fueris. Quid eſt: talis qualis fueris?
Bonus ſi bonus fueris:⁊ malus tibi videtur ſi malus fue
ris:ſed opitulator ſi bonus fueris:vltor ſi malus fueris. Ibi
habes iudicē in ſecreto tuo: Volens facere aliquid mali de
publico recipis te in domum tuam: vbi nemo inimicorum
videat:de locis domus tue promptis ⁊ in faciem cōſtitutis:
remoues te in cubiculum: Times ⁊ in cubiculo aliunde con
ſcium:ſecedis in cor tuum:ibi meditaris: Ille in corde tuo
interior eſt. Quocunq; ergo fugeris:ibi eſt. Teipſum quo fu
gies? Nonne quocunq; fugeris te ſequeris? Quando autē
et te ipſo interior es:non eſt quo fugias a deo irato: niſi ad
deū placatum. Prorſus non eſt quo fugias. Uis fugere ab
ipſo? Fuge ad ipſum. Ergo ne loquamini aduerſus deū ini
quitatē:nec alicubi loquimini. Iniquitatem inquit medita Pš.35.
tus eſt

tuus eſt in cubili ſuo. Quid meditat' eſt in cubili ſuo? Cubile
Pſ. 4. cor eius dicēs: Sacrificate ſacrificiū iuſticie ⁊ ſperate in
Ibidem. domino. Sed ſupra dixit: Dicite in cordib' veſtris: ⁊ in cubi‑
libus veſtris compungimini. Quot habes ibi compunctio‑
nes facinorum: habe illic punctiones confeſſionum. Ubi er‑
go loqueris aduerſus deum iniquitatem: ibi te iudicat: non
iudicium differt ſed penam. Jam iudicat: iam nouit: iam vi‑
det pena reſtat. Cum fuerit preſentata habebis et penam.
Cum apparuerit facies illius hominis: qui hic irriſus eſt:
Mat. 27. qui iudicatus eſt: qui crucifixus eſt: qui ſub iudice ſtetit: cuꝫ
apparuerit iudicans in preſentia ſua: tunc habebis penam
Pſ. 94. ſi te non correxeris. Quid ergo modo faciemus? Preueniamus
faciem eius ειι εξομολογησει. Preueni in confeſſione:
veniet mitis quem feceras iratum. Neq; a deſertis montiū
quoniam deus iudex eſt: non ab oriente: non ab occidente:
non a deſertis montium. Quare? Quoniam deus iudex eſt.
Si in aliquo loco eſſet: non eſſet deus: Quia vero deus iu‑
dex eſt: nō homo: noli illum expectare de locis: Locus eius
Z tu eris: ſi homo: ſi confeſſus inuocaueris eum. ⌊ Hunc hu‑
miliat ⁊ hunc exaltat. ⌋ Quem humiliat: quem exaltat ui‑
det ille? Attendite duos illos in templo: ⁊ videtis quem hu‑
miliat: et quem exaltat. Aſcenderunt in templo orare duo:
Luce. 18. vn' phariſeus: ⁊ alter publicanus. Phariſeus dicebat: Gra‑
tias tibi ago: quia non ſum ſicut ceteri homines: iniuſti: ra‑
ptores: adulteri: ſicut ⁊ publicanus iſte: ieiuno bis in ſabba
to: decimas do omnium quecunq; poſſideo. Ad medicum
aſcenderat: et membra ſana oſtendebat: vulnera tegebat.
Quid ergo ille qui melius nouerat vnde ſanaretur? Publi‑
canus autem de longinquo ſtabat: ⁊ percutiebat pectus ſuū.
Uidetis eum de longinquo ſtantem: illi propinquabat quē
inuocabat: ⁊ percutiebat pectus ſuum: dicens: Deus propi‑
tius eſto mihi peccatori. Amen dico vobis: deſcendit iuſtifi‑
catus publicanus ille magis q̄ phariſeus ille: quia omnis
Ibidem. qui ſe exaltat humiliabitur: ⁊ qui ſe humiliat exaltabit. Ex‑
poſitus eſt verſus pſalmi huius: Deus iudex quid facit? Hūc
humiliat: ⁊ hunc exaltat: Humiliat ſuperbum: exaltat humi‑
lem. ⌊ Quia calix in manu domini vini meri plenus mixto. ⌋
Ad † hoc. Merito. ⌊ Et inclinauit ex hoc in † hunc: verumtamen fex
M eius nō eſt exinanita: bibent ex eo omnes peccatores terre. ⌋
Renouamini paululum: obſcurum aliquid eſt: Sed quomo
do audiuimus euangelij lectionem recentiſſimam: Petite ⁊
Mat. 7. dabitur vobis: querite ⁊ inuenietis: pulſate ⁊ aperietur vo‑
bis: Sed dicis mihi: Quo pulſo vt aperiatur mihi? Neq; ab
oriente: neq; ab occidente: neq; a deſertis montium: quoniā
deus iudex eſt. Si preſens eſt hic atq; illic: ⁊ abſens nuſq̄:
vbi ſtas: ibi pulſa: Ibi tantum ſta: q: ſtando pulſatur. Quid
ergo eſt hoc? Prima queſtio iſta occurrit: Uini meri plenus
eſt mixto. Quomodo meri: ſi mixto? Ceterum calix in manu
domini: cum dicat: eruditio in eccleſia chriſti loquitur: nō vti‑
q; veluti forma humana circumſcriptum deum debetis vo‑
bis in corde pingere: ne clauſis templis ſimulacra in cordi‑
bus fabricetis. Calix ergo iſte aliquid ſignificat: Inuenie‑
mus hoc. In manu autem domini eſt: in poteſtate domini
eſt. Manus enim dei: poteſtas dei cōmendata eſt. Nam et
de hominibus plerumq; dicit: In manu hoc habet: hoc eſt
in poteſtate habet: vt cum vult faciat. Uini meri plenus eſt
mixto. Conſequēter ipſe expoſuit: Inclinauit inquit ex hoc
in hunc: verumtamen fex eius non eſt exinanita. Ecce vnde
mixto vino plenus erat. Non ergo vos terreat: quia ⁊ merū
et mixtum: Merum propter ſinceritatem: mixtum propter
fecem. Quid ergo ibi vinum: ⁊ quid ibi fex? Et quid eſt: incli
nauit ex hoc in hunc: ita vt fex eius non ſit exinanita? Unde
Luce. 18. venerit ad hoc recordamini: hunc humiliat: et hunc exaltat.
Quod figuratum eſt nobis in euāgelio per duos homines:
phariſeum ⁊ publicanum. Hoc latius accipientes: intelliga‑
mus duos populos: iudeorum ⁊ gentium: Judeorum popu
lus phariſeus ille: gentium populus publicanus ille. Judeo
rum populus iactabat merita ſua: gentium populus confite
batur peccata ſua. Qui nouit in literis ſanctis: et epiſtolas
apoſtolicas: ⁊ actus apoſtolorū: videt ibi quod dico: Ne lon
gum faciam: quomodo apoſtoli exhortabantur gētes ne de‑
ſperarēt: quod in magnis peccatis iacuiſſent: et reprimebāt
iudeos ne ſe extollerent: quaſi ex iuſtificationibus legis: et Ro. 3.
ideo ſe putarent iuſtos: gentes autem peccatores eſſe: quia
iudeis ⁊ lex erat: et templum erat: ⁊ ſacerdotium erat: Illi
autē omnes cultores idolorum: veneratores demoniorum:
longe quidem poſiti: ſicut publicanus ille de longinquo ſta‑
bat: Sicut illi ſuperbiendo receſſerunt: ſic iſti confitēdo pro
pinquauerunt. Calix ergo vini meri plenus in manu domi‑
ni. Quantū donat dominus vt intelligas. Poteſt enim alius
melius: quia ſic ſe habet obſcuritas ſcripturarum: difficile eſt
vt vnum pariant intellectum? Quicunq; tamen intellectus
exierit: opus eſt vt regule fidei congruat: nec maioribus in‑
uidemus: nec de paruulis deſperamus. Quid nobis videa‑
tur dico charitati veſtre: non vt obſtruam aures veſtras: ad
uerſus alios aliquid melius forte dicturos: Calix enim vini N
meri plenus mixto: videtur mihi eſſe lex que data eſt iudeis
et omnis illa ſcriptura veteris quod dicitur teſtamenti: vbi
ſunt pondera omnium ſententiarum. Nam ibi nouum abſcō
ditum latet teſtamentum tanq̄ in fece corporaliū ſacramen
torum. Circunciſio carnis magni ſacramenti res eſt: ⁊ intel‑
ligitur ex eo circunciſio cordis. Templum hieruſalem illud Ro. 2.
magni ſacramenti eſt res: ⁊ intelligitur ex eo corpus domi‑ Joan. 3.
ni. Terra promiſſionis intelligitur regnum celorum. Sacri‑
ficium victimarum et pecorum: magnum habet ſacramen‑
tum. Sed in omnibus illis generibus ſacrificiorum intelli‑
gitur vnum illud ſacrificium: ⁊ vnica victima in cruce domi‑
ni. Pro quibus omnibus ſacrificijs vnum nos habemus: q:
et illa figurabant hec: id eſt illis hec figurabantur. Accepit
populus ille legem: accepit mandata iuſta ⁊ bona. Quid tā Deut. 5.
iuſtum: q̄ non occides: non mechaberis: non furaberis: non
falſum teſtimonium dices: honora patrem ⁊ matrem: nō cō‑
cupiſces rem proximi tui: vnum deum adorabis ⁊ illi ſoli ſer
uies? Omnia iſta ad vnum pertinent. Illa vero carnalia qua
ſi reſederunt: vt remanerent apud illos: ⁊ effunderetur in‑
de omnis ſpiritalis intellectus. Calix vero in manu domini
id eſt in poteſtate domini: vini meri: id eſt legis ſincere: ple‑
nus eſt mixto: id eſt cum fece corporalium ſacramentorum.
Et quia hunc humiliat ſuperbum iudeum: ⁊ hunc exaltat cō
fitentem gentilem: Inclinauit ex hoc in hunc: id eſt a iudai‑
co populo in gentilem' populum. Quid inclinauit? Legem.
Eliquatus eſt inde ſpiritalis intellectus. Uerumtamen fex
eius non eſt exinanita: q: omnia ſacramenta carnalia apud
iudeos remanſerunt. Bibent omnes peccatores terre. Qui
bibēt? Omnes peccatores terre. Qui peccatores terre? Iu‑
dei quidem erant peccatores: ſed ſuperbi: gentiles autem
erant peccatores: ſed humiles. Omnes peccatores bibent:
Sed vide qui fecem: qui vinum. Etenim illi bibendo fecem
euanuerunt: iſti bibendo vinum iuſtificati ſunt. Audeam di
cere: ⁊ inebriatos ⁊ non timebo: atq; vtinam omnes ſic ine‑
briemini: Recordamini: Calix tuus inebrians q̄ preclarus Pſ. 22.
eſt. Quid enim? Putatis fratres mei omnes illos qui conſi‑
tendo chriſtum etiam mori voluerunt ſobrios fuiſſe? Uſq;
adeo ebrij erant: vt ſuos non agnoſcerent. Omnes propin‑
qui ſui qui eos a ſpe celeſtium premiorum terrenis blandi‑
mentis auertere moliti ſunt: non ſunt agniti: non ſunt audi‑
ti ab ebrijs. Non erant ebrij quibus mutatum cor erat? Non
erant ebrij quorū mens alienata erat ab hoc ſeculo? Bibent
inquit omnes peccatores terre. Sed qui bibēt vinum? Pec‑
catores bibunt: ſed ne remaneant peccatores: vt iuſtificen‑ O
tur non vt puniantur. ⌊ Ego autem. ⌋ Nam omnes bibūt
ſed ſeorſum: ego id eſt chriſtus cum corpore ſuo. ⌊ † In ſe‑ Al† annū
culum gaudebo: † pſallam deo iacob: ⌋ Promiſſione illa ſe‑ ciabo in ſe
cura de qua dicitur: in finem ne corrumpas. Ego autem in culum. †.
ſeculum gaudebo. ⌋ Et omnia cornua peccatorum confrin‑ cantabo.
gam: ⁊ exaltabuntur cornua iuſti: ⌋ Hoc eſt: hunc humiliat
et hunc exaltat. Nolunt ſibi frangi cornua peccatores: que
ſine dubio frangentur in fine. Non vis vt ille tunc frangat:
tu hodie frange. Audiſti enim ſupra: nuli contemnere: Dixi
iniquis: nolite inique agere: ⁊ delinquentibus nolite exalta
re cornu. Quando audiſti: nolite exaltare cornu: contempſi
ſti: ⁊ exaltaſti cornu: venies ad finem: vbi fiet: omnia cornua
peccatorum confringam: ⁊ exaltabuntur cornua iuſti. Cor‑
nua peccatorum: dignitates ſuperborum: cornua iuſti: munē

ra chriſti. Per cornua enim ſublimitates intelligitur. Q̄ ſe
ris in terra ſublimitatem terrenam: vt poſſis habere celeſtē
Amas terrenam: non te admittit ad celeſtem: Terrenam vt
vt poſſis habere celeſtē: ⁊ ad confuſionem pertinebit quod
frangitur tibi cornu: quomodo ad gloriaꝫ pertinebit: ſi exal
tetur tibi cornu. Modo ergo eſt tibi tempus eligendi: tunc
non erit. Non es dicturus: dimittar ⁊ eligam. Preceſſerunt
enim voces: dixi iniquis. Si non dixi: para excuſationem:
para defenſionem. Si autem dixi: preoccupa confeſſionem
vt non venias ad damnationem: q: tunc confeſſio ſera erit:
et defenſio nulla erit.

¶ Explit Tractatus de pſ̄. lxxiiij.
¶ Incipit Tractatus de pſ̄. lxxv.

¶ Prefatio.

A
Pſ̄. 75. SOlent inimici domini noſtri ieſu chriſti omnibus noti
iudei gloriari in iſto pſalmo quem cantauimus dicen
tes: Notus in iudea deus: in iſrael magnum nomen eius: ⁊
inſultare gentibus quib⁹ non eſt notus deus: ⁊ dicere quia
ſibi ſoli notus eſt deus: quando propheta dicit: Notus in iu
dea deus: alibi ergo ignotus. Notus eſt autem reuera in iu
dea deus: ſi intelligant quid ſit iudea. Nam vere non eſt no
tus deus: niſi in iudea. Ecce et nos hoc dicimus: quia niſi
quiſqꝫ fuerit in iudea: notus ei deus eſſe non poteſt. Sed
Ro. 2. quid dicit apoſtolus? Qui in occulto iudeus eſt: que circunci
ſione cordis: non littera ſed ſpiritu. Sunt ergo iudei in cir
cunciſione carnis: ⁊ ſunt iudei in circūciſione cordis. Patres
noſtri multi ſancti ⁊ circunciſionem carnis habebāt propter
ſignaculum fidei: ⁊ circunciſionem cordis propter ipſam fi
dem. Ab his patribus degenerantes iſti qui modo in nomi
ne gloriantur: ⁊ facta perdiderunt. Ab his ergo patrib⁹ de
generātes remanſerunt in carne iudei: in corde pagani. Ip
ſi enim iudei vñ ſunt? Ex abraaꝫ a quo iſaac natus eſt: ⁊ ex il
Gen. 29. lo iacob: ⁊ ex iacob duodecim patriarche: ⁊ ex duodecim pa
triarchis populus vniuerſus iudeorum. Sed iudei propter
ea maxime appellati ſunt: quia iudas vnus erat de filijs
duodecim iacob: patriarcha inter duodecim filios iacob et
de ſtirpe eius regnum veniebat iudeis. Nam totus ille po
pulus ſcd̄m numerum duodecim filiorum iacob: duodecim
tribus habebat. Tribus dicuntur tanq̄ curie ⁊ congregatio
nes diſtincte populorū. Habebat ergo ille populus duode
cim tribus: e quibus duodecim tribubus: vna tribus erat iu
da: ex qua erant reges: ⁊ erat altera tribus leui: ex qua erāt
ſacerdotes. Sed quia ſacerdotibus templo ſeruientib⁹ ter
Nume. 18. ra diuiſo non eſt: oportebat vt duodecim tribubus diſperti
retur omnis regio promiſſionis. Excepta ergo vna tribu ma
ioris dignitatis: id eſt tribu leui que erat in ſacerdotibus re
manerent vndecim: niſi per adoptionem duorū filiorum io
ſeph duodecim complerētur. Hoc quid ſit, aduertite. Unus
de duodecim filijs iacob erat ⁊ ioſeph. Iſte eſt ioſeph queꝫ
fratres ſui in egyptum vendiderunt: ⁊ illic merito caſtitatis
ad ſublimitatem dignitatis perductus eſt: ⁊ affuit illi deus
in omni opere ſuo: ⁊ ſuſcepit fratres ſuos a quibus vēditus
erat: ⁊ patrem fame laborantes: ſed propter panem ad egy
ptum deſcēdentes. Iſte ioſeph duos filios habuit: ephraim
et manaſſe. Moriens iacob tanq̄ teſtamento aſſumpto: aſ
Gen. 48. ſumpſit illos nepotes ſuos in numerum filiorū: ⁊ dixit filio
ſuo ioſeph: Ceteri qui naſcentur: tibi erunt: iſti autem mihi:
et diuident terram cum fratribus ſuis. Adhuc non erat da
ta nec diuiſa terra promiſſionis: ſed dicebat ille in ſpiritu pro
phetans. Accedentibus ergo duobus filijs ioſeph: facte
ſunt nihilominus duodecim tribus: quia iaꝫ tredecim ſunt.
Prouna enim tribu ioſeph: due acceſſerunt: ⁊ facte ſunt tre
decim. Excepta ergo tribu leui: illa tribus ſacerdotum que
ſeruiebat templo: ⁊ de decimis viuebat ceterarum omnium
quibus terra diuiſa eſt: remanerent duodecim. In his duo
1. Reg. 9. decim erat tribus iuda: vnde reges erant. Nam primo de
1. Reg. 16 alia tribu datus eſt rex ſaul: et reprobatus eſt tanq̄ malus
rex: poſtea datus eſt rex de tribu iuda rex dauid: ⁊ ex illo de
tribu iuda fuerūt reges. Iacob autem ille hoc dixerat quā

do benedixerat filios ſuos: Non deficiet princeps de iuda: Gen. 49.
nec dux de femorib⁹ eius donec veniat cui repromiſſum eſt.
De tribu autem iuda venit dominus noſter ieſus chriſtus. Ro. 1.
Eſt enim ſicut ſcriptura dicit: ⁊ modo audiſtis: ex ſemine da
uid natus de maria. Ceterum qd̄ attinet ad diuinitateꝫ do Ioan. 3.
mini noſtri ieſu chriſti: in qua equalis eſt patri. nō ſolum an
te iudeos: ſed etiaꝫ ante ipſum abraam: nec ſolū ante abraā
ſed ⁊ ante adam: nec ſolum ante adam: ſed ante celum ⁊ ter
ram ⁊ ante ſecula: quia omnia per ipſum facta ſunt: ⁊ ſine ip Ioan. 1.
ſo factum eſt nihil. Quia ergo in prophetia dictum eſt: Nō
deficiet princeps ex iuda: neqꝫ dux de femorib⁹ eius: donec
veniat cui repromiſſum eſt: conſiderentur priora tempora: ⁊
inuenitur quia iudei de tribu iuda ſemper reges habuerūt:
vnde dicti ſunt iudei: ⁊ non habuerunt regem prius alieni
genam: niſi herodem illum qui fuit quando dominus natus Luce. 5.
eſt. Unde ceperunt reges alienigene? Ab herode. Ante hero Gen. 46.
dem omnes de tribu iuda: ſed donec veniret cui repromiſ
ſum eſt. Ipſo itaqꝫ veniente domino: euerſum eſt regnū iu
deorum: ⁊ ſublatum eſt ex iudeis: Modo nō habent regnū:
B quia nolunt cognoſcere verum regem. Uidete iam ſi iudei
ſint appellandi. Iam videtis: iudei nō ſunt appellandi. Ip
ſi voce ſua abdicauerunt ſe ab iſto nomine: vt iudei non ſint
digni appellari niſi tantum carne. Ubi ergo ſe ſeparauerūt
ab iſto nomine? Dicebant: ſeuiebant in chriſtum: id eſt in ge
nus iuda: ſeuiebant in ſemen dauid. Et ait illis pilatus: Re Ioan. 19.
gem veſtrum crucifigam? Et illi: Nos non habemus regem
niſi ceſarem. O ergo iudei qui vocamini: ⁊ non eſtis: Si non Gen. 49.
habetis regem niſi ceſarem: defecit iam princeps de iuda.
Uenit ergo ille cui repromiſſum eſt. Illi ergo verius iudei:
qui chriſtiani facti ſunt ex iudeis: Ceteri iudei qui in chriſtū
non crediderunt: etiam nomen ipſum perdere digni fuerūt.
Iudea ergo vera: chriſti eccleſia eſt: credens in illum regeꝫ:
qui venit ex tribu iuda: per virginem mariam: credens in il
lum de quo modo apoſtolus dicebat: ad timotheuꝫ ſcribēs:
Memor eſto ieſum chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemi 2. Timo. 2.
ne dauid: ſecundum euangelium meū. De iuda enim dauid:
et ex dauid dominus ieſus chriſtus. Nos autem credentes
in chriſtū pertinemus ad iudam: ⁊ nos cognouimus chriſtū:
Qui oculis non vidimus: fide re[illegible]emus. Non ergo inſolētet
iudei: quia iam non ſunt iudei. I[illegible]ſi dixerunt. Nos non ha Ioan. 19.
bemus regem niſi ceſarem. Nam melius illis erat: vt rex il
lorum eſſet chriſtus: ex ſemine dauid de tribu iuda. Tamen
quia ipſe chriſtus ex ſemine dauid ſecundum carnem: deus
autem ſuper omnia benedictus in ſecula: ipſe rex noſter et
dominus noſter: Rex noſter ſecundum qd̄ natus eſt ex tri
bu iuda ſecundum carnem chriſtus dominus ſaluator: deus
autem noſter quia eſt ante iudam: ⁊ ante celū ⁊ terram: per Ioan. 1.
quem facta ſunt omnia: ⁊ ſpiritualia ⁊ corporalia. Si enī om
nia per ipſum facta ſunt: ⁊ ipſa maria de qua natus eſt: per
ipſuꝫ facta eſt. Quomodo ergo ille quaſi ceteri homines na
ſceretur: qui ſibi fecit matrem de qua naſceretur? Ergo ipſe Ro. 9.
dominus apoſtolo dicente cum loqueretur de iudeis: quorū
patres: ⁊ ex quibus eſt chriſtus ſecundum carnem: qui eſt ſu
per omnia: deus benedictus in ſecula. Quia ergo iudei vide
runt chriſtum: ⁊ crucifixerunt: non viderunt deum: Gentes
autem quia non viderunt ⁊ crediderunt: intellexerunt deū.
Ergo ſi innotuit eis deus in chriſto: mundum reconcilians
ſibi: ⁊ ideo illi crucifixerunt: quia in carne latentem deū non
intellexerunt: recedat illa que vocatur iudea ⁊ non eſt: acce Pſ̄. 33.
dat vera iudea: cui dicitur: Accedite ad eū ⁊ illuminamini ⁊
vultus veſtri nō erubeſcent. Uult vos veſtri iudei: non confun
dantur: Etenim audierunt ⁊ crediderunt: ⁊ facta eſt eccleſia
vera iudea: vbi notus chriſtus q̄ homo eſt ex ſemine dauid:
deus ſuper dauid.

¶ Expoſitio pſalmi.

NOtus in iudea deus: in iſrael magnū nomen eius. I
Et de iſrael ſic debemus accipere: quomō de iudea: C
Quomodo illi nō ſunt veri iudei: ſic nec verus iſrael. Quis
enim dicitur iſrael? Uidens deum. Et quomodo illi viderūt
deum: inter quos ambulauit in carne ⁊ cum putarent homi
nem: occiderūt? Reſurgēs ille apparuit deus omnibus qui
bus ſe vo

bus ſevoluit demõſtrare. Illi ergo digni ſunt iſrael dici qui
meruerunt chriſtum intelligere deum: in carne poſitum: vt
non qd videbant contemnerent: ſed qd non videbant adora
rent: Non viſum enim oculis gentes humili mente percepe
runt illum quem non videbant: et fide tenuerunt. Proinde il
li qui manibus tenuerũt: occiderunt: qui fide tenuerũt ado
rauerunt. In iſrael magnum nomẽ eius. Vis eſſe iſrael? Il
Joan. j. lum attende de quo dominus ait: Ecce vere iſraelita: in quo
dolus non eſt. Si verus iſraelita eſt in quo dolus nõ eſt: do
loſi et mendaces nõ ſunt veri iſraelite. Non ergo dicant iſti:
quoniam apud illos eſt deus: et magnum nomen eius in iſ
rael: Probent ſe iſraelitas et concedo ego: quia in iſrael ma
gnum nomen eius. ⌊ Et factus eſt in pace locus eius: et ha
bitatio eius in ſion. ⌋ Rurſus ſion quaſi patria eſt iudeorum:
Vera ſion: eccleſia eſt chriſtianorum. Interpretatio autem
nominum hebreorum ſic nobis traditur. Iudea confeſſio in
terpretatur. Iſrael videns deum. Poſt iudeam iſrael: ſic hic
poſitum eſt: Notus in iudea deus: in iſrael magnum nomen
eius. Deum vis videre: Prius confitere tu: et ſic in teipſo fit
locus dei: quia factus eſt in pace locus eius. Quandiu enim
non confiteris peccata tua: quodammodo rixaris cum deo.
Quomodo enim nõ cum illo litigas: qui qd illi diſplicet lau
das? Punit ille furem: tu furtũ laudas? Punit ille ebrioſum
tu laudas ebrioſitatem? Litigas cum deo: non fecisti illi lo
cum in corde tuo: quia in pace factus eſt locus eius. Et quo
modo incipis pacem habere cum deo? Incipis illi in confeſ
ſione. Pſalmi vox eſt dicentis: Incipite domino in confeſſio
ne. Quid eſt: incipite domino in confeſſione? Incipite adiũ
gi deo. Quomodo? Vt hoc vobis diſpliceat: qd et illi diſpli
cet. Diſplicet illi vita tua mala: ſi placeat tibi: disiungeris ab
illo: Si diſpliceat tibi: per confeſſionem illi coniungeris. Vi
de et quanta parte diſſimilis es: quandoquidem propter ipſam
Geñ. j. diſſimilitudinem diſplices. Factus enim es o homo ad ima
ginem dei: per vitam vero peruerſam et malam perturbaſti
in te: et exterminaſti in te imaginem conditoris tui. Factus
diſſimilis: attendis in te: diſplices tibi: iam ex eo cepiſti ſimi
lis fieri: quia hoc in te tibi diſplicet: qd diſplicet et deo. Sed
quomodo ſum ſimilis in ... us deo: quando adhuc mihi diſ
pliceo? Ideo dictum eſt incipite. Incipite inquit domino in
confeſſione: perficieris in pace. Adhuc enim habes aduer
ſum te bellum. Indicitur tibi bellũ: nõ ſolum aduerſus ſug
Ephe. 6. geſtiones diaboli: aduerſus principem poteſtatis aeris hu
ius qui operatur in filijs diffidentie: aduerſus diabolum et
angelos eius ſpiritualia nequitie: non ſolum ergo aduerſus
iſtos tibi bellum indicitur: ſed aduerſus teipſum. Quomo
do aduerſus teipſum? Aduerſus tuam conſuetudinem malã
aduerſus vetuſtatem vite tue male: que trahit te ad ſolitã:
et refrenat a noua. Indicitur enim tibi quedã noua vita: et
tu vetus es. Nouitatis gaudio ſuſpẽderis: vetuſtatis onere
pregrauaris. Incipit tibi eſſe bellũ aduerſus te: ſed ex qua
parte diſplices: iungeris deo: et ex qua parte iam iungeris
deo: idoneus eris ad vincendum te: quia ille tecum eſt qui
omnia ſuperat. Attende quid dicit apoſtolus: Mente ſeruio
Ro. 7. legi dei: carne autem legi peccati. Unde mente? Quia diſpli
cet tibi vita tua mala. Unde carne? Quia non deſunt ſugge
ſtiones et delectationes male: ſed ex eo quod mente iunge
ris deo: vincis qd in te non vult ſequi. Preceſſiſti enim ex par
te: et ex parte tardaris. Trahe teipſum ad illũ qui te ſurſum
tollit. Pondere quodam vetuſtatis grauaris: clama et dic:
Ibidem. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis hu
Sapi. 9. ius? Quis me liberabit ab eo a quo grauor? Corpus enim qd
corrumpitur aggrauat animam. Quis ergo liberabit? Gra
tia dei per ieſum chriſtum dominum noſtrum. Quare autem
permittitur: vt diu contra te litiges: donec abſorbeatur om
nes cupiditates male? Vt intelligas in te penam tuam. In
te ex teipſo eſt flagellum tuum: fit rixa tua tecum. Sic vin
dicatur in rebellem aduerſus deum: vt ipſe ſibi ſit bellum:
qui pacem noluit habere cum deo. Sed tene mẽbra tua ad
uerſus concupiſcentias tuas malas. Surrexit ira: tene tu ma
num coniunctus deo. Potuit ſurgere: ſed non inuenit arma
E Apud iram tuam impetus eſt: apud te arma ſunt. Sit impe
Ro. 7. tus inermis: et diſcit iam non ſurgere q̃ fruſtra ſurrexit. Hoc
autem dico chariſſimi: ne forte quia diximus: carne autem
legi peccati: putetis conſentiendum eſſe deſiderijs ve
ſtris carnalibus: Et ſi non poſſunt modo niſi eſſe deſideria
carnalia: non eſt illis conſentiendum: Propterea non dixit
apoſtolus. Non ſit peccatum in veſtro mortali corpore: no
uit enim q: quãdiu mortale eſt: eſt ibi peccatum. Sed quid ait?
Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Quid Ibidem.
eſt: non regnet? Ipſe expoſuit: Ad obediendum inquit deſi
derijs eius. Sunt deſideria: exiſtunt deſideria: non tu obau
dis deſiderijs tuis: non ſequeris ipſa deſideria: non illis co
ſentis: Eſt tibi peccatum: ſed amiſit regnum: quando iam in
te non regnat peccatum: poſtea inimica nouiſſima deſtrue 1. Cor. 15.
tur mors. Quid enim nobis promittitur: quando dictum eſt: Ro. 7.
Mente ſeruio legi dei: carne autem legi peccati? Audi pro
miſſionem: quia non ſemper erunt in carne deſideria illicita:
Etenim reſurget et mutabitur: et cum mutata fuerit caro iſta
mortalis in ſpirituale corpus: iam nullis concupiſcentijs ſe
cularibus: iam nullis terrenis delectationibus titillabit ani
mus: nec auertet a cõtemplatione dei. Fit ergo in ea quod
dicit apoſtolus: Corpus quidem mortuum eſt propter pec Ro. 8.
catum: ſpiritus autem vita eſt propter iuſtitiam. Si autem Ibidem.
qui ſuſcitauit ieſum a mortuis habitat in vobis: qui ſuſcita
uit ieſum chriſtum a mortuis viuificabit et mortalia corpora
veſtra propter ſpiritum ſuum qui habitat in vobis. Viuifica
tis ergo corporibus veſtris: erit pax vera: vbi locus eſt dei:
ſed precedat confeſſio. Notus in iudea deus. Confitere er
go prius in iſrael magnum nomen eius. Nondũ vides in ſpe
cie: vide ex fide: et fiet in te qd ſequitur: Et factus eſt in pa
ce locus eius: et habitatio eius in ſion. Sion interpretatur con 1. Cor. 13.
templatio. Quid eſt contemplatio? Contemplabimur enim
deum facie ad faciem. Hic nobis promittitur: in quem modo
non videntes credimus. Quomodo gaudebimus cum vide
rimus eum? Fratres: ſi modo tantum gaudium in nobis fa
cit promiſſio: quantum eſt factura redditio? Reddet enim no
bis quod promiſit ſeipſum: vt facie ipſius et illius contempla
tione gaudeamus: et non aliquid aliud delectabit nos: quia
nihil eſt melius illo qui fecit omnia que delectant. Factus
eſt in pace locus eius: et habitatio eius in ſion: id eſt in con
templatione quadã et ſpeculatione: facta eſt habitatio eius F
in ſion. ⌊ Ibi confregit † fortitudines arcuum: † et ſcutum al† poten
et gladium et bellũ. ⌋ Ubi confregit? In illa pace eterna: in tias.
illa pace perfecta. Et modo fratres mei: qui bene credide al† nõ hẽ.
runt: vident quia de ſe non debent preſumere: et omnem po
tentiam minarum ſuarum: et quicquid in eis acutum eſt ad
nocendum: confringunt illud: et quicquid quaſi pro magno
habent vnde ſe protegant temporaliter: et bellum quod ad
uerſus deum defendendo peccata ſua gerebant: omnia hec
ibi confregit. ⌊ Illuminans tu mirabiliter a montibus eter
nis. ⌋ Qui ſunt mõtes eterni? Quos ipſe fecit eternos. Qui
ſunt montes magni? Predicatores veritatis. Tu illuminãs:
ſed a montibus eternis. Primi magni montes excipiunt lu
cem tuam: et a luce tua quam ſuſcipiunt montes: veſtitur ter
ra. Sed illos magnos montes exceperunt apoſtoli: tanq̃ orientis
luminis primordia exceperunt apoſtoli. Nunquid quod ac Mat. 25.
ceperunt: apud ſe retinuerunt? Non. Ne diceret et illis: Ser
ne nequam et piger: dares pecuniam meam nummularijs. Si
ergo quod ſuſceperunt: nõ apud ſe retinuerunt: ſed omni or
bi terrarum predicauerunt: Illuminans tu admirabiliter a
montibus eternis: Quos eternos feciſti: per illos vitã eter
nam ceteris promiſiſti. Illuminãs tu admirabiliter a mon
tibus eternis. Magnifice cum põdere dictum eſt: tu: ne pu
tet aliquis q montes illuminent. Multi enim putantes q
ab ipſis montibus illuminarentur: fecerunt ſibi partes de
montibus: et ipſos montes conciderunt: et ipſi confracti ſunt
Neſcio qui ſibi fecerunt donatũ: neſcio qui ſibi fecerunt ma
ximianum: neſcio qui ſibi fecerunt illum et illum. Quare cõ
putant ſalutem ſuam in hominibus eſſe non in deo? O ho
mo venit ad te lux per montes: ſed deus te illuminat: non
montes. Illuminans tu inquit: tu non montes. Tu illumi
nans a montibus quidem eternis: ſed tu illuminas. Unde et
in illo loco quid ait pſalmus? Leuaui oculos meos in mon Pſ. 120.
tes: vnde veniet auxilium mihi. Quid ergo? In montibus
hh iiij

eſt ſpes tua:⁊ inde tibi veniet auxiliū. Remanſiſti in monti
bus:vide quid agas? Eſt aliquid ſuper montes? Super mō
tes eſt quem tremunt montes. Leuaui inquit oculos meos
in montes:vnde veniet auxilium mihi. Sed quid ſequitur?
Auxilium meū inquit a domino:qui fecit celum ⁊ terrā. In
montes quidē leuaui oculos meos:q2 per montes mihi ſunt
ſcripture monſtrate:ſed ego cor habeo in illo qui illuminat
B omnes montes. Ergo fratres hoc ad hoc dictuȝ eſt:ne quiſ
q̄ veſtrum velit ſpem ſuam ponere in hominem. Tandiu eſt
aliquid homo:q̄diu heret illi a quo factus eſt homo. Nam
recedens ab illo:nihil homo eſt:⁊ cuȝ heret illi:tu ſic accipe
conſilium per hominē:vt illum conſideres qui illuminat ho
minem. Etenim ⁊ tu potes accedere ad illū:qui tibi per ho
minem loquitur. Non enim fecit illuȝ accedere ad ſe: ⁊ te re
pellit. Et quivere ſic acceſſit ad deū:vt in illo habitet deus:
diſplicent illi omnes qui in illo ponunt ſpem ſuam. Propter
ea datum eſt quoddam exemplum cuȝ ipſos apoſtolos ſibi
diuiſerunt ⁊ in ſchiſmata ierunt qui dicebant:Ego ſum pau
1.Cor.1. li:ego apollo:ego cephe:ideſt petri. Hos plangit apoſtolus
et dicit eis:Diuiſus eſt chriſtus? Et ſe elegit quē apud ipſos
contemneret. Nunquid paulus pro vobis crucifixus eſt:aut
in nomine pauli baptizati eſtis? Uide bonum montem que
rentem gloriam non ſibi:ſed a quo montes illuminātur. No
lebat de ſe p̄ſumi:ſed de illo de quo ipſe p̄ſumpſerat. Quiſ
quis ergo ita ſe cōmendare voluerit populis:vt ſi forte con
tigerit ei aliquis tumultus frangat poſt ſe populos: ⁊ diui
dat eccleſiam catholicam propter ſe:non eſt de illis monti
bus quos illuminat altiſſimus. Sed quis eſt iſte? Contene
bratus a ſe:non illuminatus a domino. Unde autem probā
tur iſti montes? Si forte contigerit aliquis tumultus aduer
ſus montes in eccleſia:aut per populares ſeditiones carna
lium:aut per aliquas falſas ſuſpitiones hominū; bonus mons
repellit a ſe omnes qui propter ipſum volunt ab vnitate re
cedere. Sic enim ipſe remanebit in vnitate:ſi propter illū
non diuiſa fuerit ipſa vnitas. Illi autem diuiſi ſunt:quandoȝ
receſſit populus ab orbe terrarum: ⁊ ſecutus eſt nomen ip
ſorum:gauiſi ſunt:elati ſunt:⁊ deiecti ſunt. Humiliarentur ⁊
exaltarentur:quomodo humiliatus eſt apoſtolus dicens: Nū
quid paulus pro vobis crucifixus eſt? Et alio loco:Ego plā
taui:apollo rigauit: ſed deus incrementū dedit. Ergo neq3
1.Cor.3. qui plantat eſt eſt aliquid:neq3 qui rigat: ſed qui incremen
tum dat deus. Tales montes in ſe humiles ſunt:in deo ex
celſi ſunt. Qui autem in ſeipſis excelſi ſunt: a deo humilian
Luce.14. tur:quoniam qui ſe exaltat humiliabitur: ⁊ qui ſe humiliat
exaltabitur. Ideo tales quia ſuperbias ſuas attendunt:in
amaricant hominibus pacificis in eccleſia. Illi volūt coagu
lare pacem:iſti inter ſe miſcent diſſenſionem. Et quid de il
lio dicit alius pſalmus? Qui amaricant: non exaltentur in
Pš.65. ſemetipſis Illuminans tu:attende dictu admirabilis a mō
D tibus eternis. ⌊ † Conturbati ſunt omnes inſipientes cor
Alij † tur bati. de. ⌋ Predicata eſt veritas: dicta eſt eterna vita:dicta eſt
eſſe alia vita:que non eſt de iſta terra. Contempſerunt ho
mines vitam preſentem:⁊ amauerunt vitam futuram: illu
minati per montes illuminatos. Inſipientes autem corde
conturbati ſunt. Quomodo conturbati ſunt? Cum euange
lium predicatur. Et quid eſt vita eterna? Et quis eſt qui re
Act.17. ſurrexit a mortuis? Admirati ſunt athenienſes:loquēte pau
lo apoſtolo de reſurrectione mortuorum:⁊ putauerunt eum
1.Cor.2. neſcioquas fabulas dicere. Sed quia dicebat eſſe aliam vi
tam:quam nec oculus vidit:nec auris audiuit:nec in cor ho
minis aſcendit:ergo inſipientes corde turbati ſunt. Sed q̇d
eis contigit? ⌊ Dormierunt ſomnum ſuum: et nihil inuene
runt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. ⌋ Amauerūt
preſentia:⁊ dormierunt in ipſis preſentibus:⁊ ſic illis facta
ſunt ipſa preſentia delitioſa:quomodo qui videt per ſomniū
inueniſſe ſe theſauros:tandiu diues eſt : q̄diu non euigilet.
Somnium illud diuitem fecit:euigilatio pauperem fecit.
Tenuit illum ſomnus fortaſſe in terra dormientem: ⁊ in du
ro iacentem:pauperem ⁊ forte mendicum. In ſomnis vidit
ſe iacere in lecto eburneo vel aureo:et in plumis aureis al
tius extructis. Quandiu dormit bene dormit:euigilans in
uenit ſe iacere in duro in quo illuȝ ſomnus tenuerat. Tales

ſunt ⁊ iſti. Uenerunt in hanc vitam: ⁊ per cupiditates tēpo
rales quaſi obdormierunt hic:⁊ exceperunt illos diuitie: et
vane pōpe volatice:⁊ tranſierunt:non intellexerunt quantū
inde boni poſſet fieri. Nam ſi noſſent aliam vitam:illic ſibi
theſaurizarent:qd̄ hic erat periturum:ſicut zacheus vidit il
lud bonum maior publicanorum:quando ſuſcepit dominuȝ
ieſum hoſpitio:⁊ ait:Dimidium rerum mearum do pauperi
bus:⁊ ſi cui aliquid fraudaui:quadruplum reddo. Non erat Luce.19.
iſte in vanitate ſomniantium:ſed in fide euigilantiuȝ. Ideo
dominus quia medicus intrauerat ad egrotum: pronuncia
uit ſalutem illi⁹ ⁊ ait:Hodie ſalus huic domui facta eſt: quo Ibidem.
niam ⁊ hic eſt filius abrae: vt noueritis quia nos imitando
fidem:filij abrae ſumus:iudei auteȝ qui de carne ſuperbiūt:
a fide degenerauerunt. Ergo dormierunt ſomnum ſuum vi
ri diuitiarum:⁊ nihil inuenerunt viri diuitiaruȝ in manibus
ſuis. Dormierunt enim in cupiditatibus ſuis:delectat illos:
tranſit ſomnus iſte:tranſit vita iſta:⁊ nihil inuenerunt in ma
nibus ſuis:quia nihil poſuerunt in manu chriſti. Uis aliquid
inuenire in manibus tuis poſtea? Noli contēnere modo ma
nuȝ pauperis:⁊ reſpice manus inanes:ſi vis habere manus
plenas. Dixit enim dominus:Eſuriui ⁊ dediſtis mihi man Mat.25.
ducare:Sitiui ⁊ dediſtis mihi potum: Hoſpes fui et addu Ibidem.
xiſtis me ⁊c. Et illi:Quando te vidimus eſurientem: ſitien
tem:aut hoſpitem? Et ille dicit illis:Quādo vni ex minimiȝ
meis feciſtis:mihi feciſtis. Eſurire in pauperibus voluit:qui
diues in celo eſt:⁊ tu dubitas homo dare homini:cum ſcias
te chriſto dare quod das:a quo accepiſti quicquid das? Sed
illi dormierunt ſomnum ſuum : ⁊ nihil inuenerunt omnes vi I
ri:diuitiaruȝ in manibus ſuis. ⌊ Ab increpatione tua deus al' † nō hȝ.
iacob:dormitauerunt † omnes qui † aſcenderunt equos. ⌋ al' † conſcē derunt.
Qui ſunt qui aſcenderunt equos? Qui humiles eſſe nolue
runt. Non in equis ſedere peccatum eſt:ſed ceruicem potes
tatis cōtra deum erigere:⁊ putare ſe in aliquo honore eſſe.
Quia diues es aſcendiſti:increpat deus:⁊ dormis. Magna
ira increpantio:magna ira:Attendat charitas veſtra reȝ tre
mendam. Increpatio ſtrepitum habet:ſtrepitus expergiſci
ſolet homines facere. Tantum po[n]dus eſt increpantis dei:
vt diceret:Ab increpatione tua d[e]us iacob:dormitauerunt
omnes qui aſcenderunt equos. Ecce quo ſomno dormitauit Exod.14.
ille pharao qui aſcendebat equos? Nō enim vigilauit in cor
de:quia de increpatione durum cor habebat. Duricia enim
cordis:obdormitio eſt. Rogo vos fratres mei: videte quo
modo dormiunt:qui ſonante euangelio ⁊ amē ⁊ alleluia per
totum orbem terrarum:adhuc vitam veterem nolunt dam
nare ⁊ in nouā euigilare. Erat ſcriptura dei in iudea: modo
per totum orbem terrarum cantatur. In illa vna gente dice
batur deus vnus:qui fecit omnia:eſſe adorandus ⁊ colēdus
modo ibi tacetur chriſtus. Reſurrexit chriſtus:irriſus eſt in
cruce:ipſam crucem ſuam in qua irriſus eſt:iam fixit in fron
tibus reguȝ:⁊ adhuc dormitur. Magna ira dei fratres:Me Ephe.5.
lius nos eum audiuim⁹ qui dicit:Surge qui dormis ⁊ exur
ge a mortuis:⁊ illuminabit te chriſtus. Sed qui illū audiūt?
Qui non aſcendūt equos. Qui ſunt qui nō aſcendūt equos?
Qui modo non ſe iactant ⁊ extollunt:quaſi in honoribus et
poteſtatibus ſuis. Ab increpatione tua deus iacob dormita R
uerunt qui aſcenderunt equos. ⌊ Tu terribilis es:⁊ quis re Al' † ex tūc
ſiſtet tibi † tunc ab ira tua? ⌋ Modo dormiunt ⁊ iratum nō ira tua.
ſentiunt:ſed vt dormirent iratus eſt. Modo qd̄ dormientes
non ſentiunt:in fine ſentient:Apparebit enim iudex viuorū
et mortuorum. Et quis reſiſtet tibi tunc ab ira tua? Modo
enim loquuntur qd̄ volunt:⁊ diſputant contra deū:⁊ dicunt:
qui ſunt chriſtiani:aut quis eſt chriſtus? Aut quales ſepti q̄
credunt qd̄ non vident:⁊ dimittunt delitias quas vident:et
ſequuntur fidē rerum que oculis ipſorum non exhibentur? Pš.93.
Dormitis ⁊ balatis:loquimini aduerſus deum quantum po
teſtis. Uſq3 quo peccatores domine:vſq3 quo peccatores glo
riabuntur? Reſpondent ⁊ loquuntur iniquitatem. Quando
autem nemo reſpondet: ⁊ nemo loquitur:niſi quando ſe in
ſe conuertet? Quando in ſe conuertent dentes quibus mo
do nos rodunt: quibus nos diſcerpunt irridēdo chriſtianos
et reprehendendo vitam ſanctorum? Tu ſe in ſe conuertent:
cum illis eueniet quod dicitur in libro ſapientie: Dicent in
ter ſe penitens

Sap.5. ter ſe penitentiam agentes:⁊ per anguſtiam ſpiritus gemē
tes:cum viderint gloriam ſanctorum: tunc dicent: Hi ſunt
quos aliquando habuimus in riſum. O qui multum dormi-
ſtis:certe iam euigilatis:⁊ in veſtris manibus nihil inueni-
tis. Videtis quomodo plenas habeant manus gloria dei:
quos tanꝗ pauperes irriſiſtis. Dicite ergo tunc vobis: quan-
do non reſtitiſtis ire dei: non manu: non lingua: nec verbo:
nec cogitatione. Apparebit enim vobis manifeſtus quē ir-
Sap.5. ridendum putaſtis: cum vobis venturus nunciaretur. Et
quid dicent? Ergo errauimus a via veritatis:⁊ iuſtitie lumē
non luxit nobis: ⁊ ſol non ortus eſt nobis. Quomodo iuſti-
tie ſol oritur dormientibus? Sed ab ira ⁊ increpatione eius
dormiunt. Hoc forte dicturus eſt: ſed melius eſt non aſcen-
dere equum:⁊ tamen ipſi equos ſuos accuſabūt. Audi illos
accuſantes equos ſuos in quibus dormierunt. Ergo errraui
mus inquit ſcriptura a via veritatis:⁊ iuſtitie lumen non lu
xit nobis:⁊ ſol non ortus eſt nobis. Quid nobis profuit ſu-
perbia:⁊ diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſie
runt omnia tanꝗ vmbra. Ergo vigilaſti aliquando: ſed me-
lius equum non aſcenderes: vt tunc non dormitares: quan-
do vigilare debuiſti: et audire vocem chriſti: vt illuminaret
Z te chriſtus. Tu terribilis es:et quis reſiſtet tibi tunc ab ira
Al' † audi- tua? Quid enim erit tunc? ⌊ De celo † iaculatus es iudiciū:
tū feciſti. terra † tremuit ⁊ quieuit. ⌋ Que ſe modo turbat: que mo-
† tremuit. do loquitur: timere habet in finem ⁊ quieſcere: Melius mo
al' † deus. do quieſceret: vt in fine gauderet. Terra tremuit ⁊ quieuit.
† manſue- Quando? ⌊ Cum exurgeret in iudicio † dominus: vt ſal-
tos. † ter- uos faceret omnes † mites † corde. ⌋ Qui ſunt mites cor
re. de? Qui frementes equos non aſcenderunt: ſed in humilita
te ſua peccata confeſſi ſunt. Ut ſaluos faceret omnes mites
corde. ⌊ Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: et
al' † diē fe- reliquie cogitationis † ſolennia celebrabunt tibi. ⌋ Prima
ſtum agēt cogitatio: poſteriores reliquie cogitationis. Que eſt cogita
tibi. tio prima? Unde incipimus: bona illa cogitatio vnde icipies
confiteri. Confeſſio adiunget nos chriſto. Iam vero confeſ-
ſio ipſa: ideſt prima cogitatio: facit in nobis reliquias cogi-
tationis:⁊ ipſe reliquie cogitationis ſolennia celebrabunt ti
bi. Cogitatio hominis confitebitur tibi: reliquie cogitatio-
nis: ſolennia celebrabunt tibi. Que eſt cogitatio que confi-
tebitur? Que damnat vitam priorem: cui diſplicet quod erat
vt ſit quod non erat: ipſa eſt prima cogitatio. Sed quia ſic
debes recedere a peccatis: prima cogitatione cōfeſſus deo:
vt nō tibi recedat de memoria q: peccator fuiſti: per hoc qđ
peccator fuiſti: ſolennia celebras deo. Adhuc intelligendum
eſt: Prima cogitatio confeſſionem habet:⁊ receſſionem a ve
tere vita. Sed ſi oblitus fueris a quibus peccatis liberatus
ſis: non agis gratias liberatori:⁊ non celebras ſolennia deo
tuo. Ecce prima cogitatio confitens ſauli apoſtoli iam pau
li: qui primo ſaulus fuit: quando audiuit vocem de celo cum
perſequeretur chriſtum:⁊ fureret in chriſtianos:et vellet vt
vbicunꝗ inuentos adduceret necandos: audiuit vocem de
celo: Saule ſaule quid me perſequeris? Et circumfulſus lu-
mine: facta ſibi cecitate in oculis vt intus videret: emiſit pri
mam cogitationem obedientie: cū audiret: Ego ſum ieſus
Act.9. nazarenus quē tu perſequeris: Domine ait: quid me iubes
facere? Et hec cogitatio confitentis: iam deum appellat quē
perſequebatur. Quomodo reliquie cogitationis ſolennia ce
lebrabant in paulo: audiſtis: cum ipſe apoſtolus legeretur:
2.timo.2. Memor eſto chriſtum ieſum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemi
ne dauid: ſecundum euangelium meum. Quid eſt: memor
eſto? Non deleatur de memoria tua cogitatio qua primo cō
feſſus es: Sint reliquie cogitationis in memoria. Et vide
quemadmodum repetit quid ſibi donatum eſt: idem pau-
1.Timo.1. lus apoſtolus alio loco: Qui prius inquit fui blaſphemus ⁊
perſecutor ⁊ iniurioſus. Quid dicit? Prius fui blaſphemus.
Nunquid adhuc blaſphemus eſt? Ut non eſſet blaſphemus:
fuit prima cogitatio cōfitens: Ut autem cōmemoraret quid
illi donatum eſt: reliquie cogitationis erant: per ipſas reli-
M quias cogitationis ſolēnia celebrabat. Etenim fratres mei:
ecce innouauit nos chriſtus: donauit nobis omnia peccata
et conuerſi ſumus. Si obliuiſcamur quid nobis donatū eſt:
et a quo donatum eſt: obliuiſcimur munus ſaluatoris. Cum
autē ꝗ non obliuiſcamur munus ſaluatoris: nonne quotidie
nobis chriſtus immolatur? Et ſemel pro nobis chriſtus immo-
latus eſt: Cum credidimus: tunc nobis fuit cogitatio: modo
autem reliquie cogitationis ſunt qua meminimus quis ad
nos venerit:⁊ quid nobis donauerit: Ex ipſis reliquijs cogi
tationis: ideſt ex ipſa memoria. Quotidie nobis ſic immola
tur: quaſi quotidie nos innouet: qui prima gratia ſua nos in
nouauit. Iam enim innouauit nos dominus in baptiſmo: ⁊
facti ſumus noui homines: in ſpe quidem gaudentes: vt in Ro.5.
tribulatione ſimus patientes: tamen non debet de memo-
ria noſtra recedere: quid nobis preſtitum ſit: etſi modo non
eſt cogitatio tua que fuit. Etenim prima cogitatio fuit confi
tentis recedere a peccato: modo autem non recedis: ſed tūc
receſſiſti: Sint reliquie cogitationis: nec excidat a memoria
qui ſanauit. Vulnus te habuiſſe ſi oblitꝰ fueris: non tibi erūt
reliquie cogitationis. Quid enim putatis dixiſſe dauid? Ec
ce ex omnium perſona loquitur: Peccauit dauid ſanctus gra-
uiter: miſſus eſt nathan propheta ad illum: ⁊ corripuit illū:
et cōfeſſus eſt:⁊ dixit: Peccaui. Hec fuit prima cogitatio cō- 2.Reg.12.
fitentis. Cogitatio hominis confitebitur tibi. Que erant re
liquie cogitationis? Quando ait: Et peccatum meum ante
me eſt ſemper. Que fuit ergo prima cogitatio? Ut recederet Ps.50.
a peccato. Et ſi iam receſſit a peccato: quomodo peccatum
illius ante illum eſt ſemper? Si prima cogitatio tranſijt: ſed
reliquie cogitationis ſolennia celebrabunt. Meminerimus
ergo fratres chariſſimi: rogamus vos: Quiſquis liberatus
eſt a peccato: meminerit qđ fuit: ſint in illo reliquie cogita-
tionis. Tunc enim portat alium ad ſanandum ſi ſe memine-
rit eſſe ſanatum. Ergo vnuſquiſꝗ recordetur quid fuit: et
vtrum iam non ſit:⁊ tunc ſubueniet ei qui adhuc eſt quod il
le iam non eſt. Si autem iactat ſe quaſi de meritis ſuis:⁊ re
pellit tanꝗ indignos peccatores: et ſine miſericordia ſeuit:
equum aſcendit: videat ne dormiat. Dormitauerunt enim
qui aſcenderunt equos. Iam tunc dimiſit equum: Humilia
uit ſe: non iterum aſcendat equum: ideſt non ſe rurſus eri-
gat in ſuperbiam. Unde fit illi hoc? Si reliquie cogitationis
ſolennia celebrent deo. ⌊ Vouete ⁊ reddite domino deo †
noſtro. ⌋ Quis quod poteſt voueat:⁊ reddat. Non vouea- N
tis:⁊ non reddatis: ſed quiſquis quod poteſt: voueat:⁊ red- al' † veſtro
dat. Non ſitis pigri ad vouendum: non enim viribus veſtris
implebitis: Deficietis ſi de vobis preſumitis: ſi autem de il
lo cui vouetis: vouete: ſecuri reddetis. Vouete ⁊ reddite do
mino deo noſtro omnes cōmuniter. Quid debemus vouere?
Credere in illum: ſperare ab illo vitam eternam: bene viue
re ſecundum cōmunem modum. Eſt enim quidam modus
communis omnibus. Furtum non facere: Non caſtimonia-
li precipitur:⁊ nupte non precipitur: adulterium non facere?
Omnibus precipitur. Non amare vinolentiam qua ingurgi
tatur anima:⁊ corrūpitur in ſe templum dei: omnibus equa
liter precipitur. Non ſuperbire: omnibus equaliter precipi-
tur. Non hominem occidere: non odiſſe fratrem: non adver
ſus aliquem tenere perniciem: omnibus in cōmuni precipi-
tur. Hoc totum omnes vouere debemus. Sunt etiam vota
propria ſingulorum: Alius vouet deo caſtitatem coniugalē:
vt preter vxorem ſuam nō nouerit aliam: ſic ⁊ femina vt pre
ter virum ſuum non nouerit alium. Alij etiam vouent:⁊ ſi ex
perti tale coniugium: vltra nihil tale pati: nihil tale concupi
ſcere aut ſuſtinere: ⁊ et ipſi vouerūt aliquid maius ꝗ illi. Alij
virginitatem ipſam ab ineunte etate vouerant: vt nihil ta-
le vel experiantur: quale illi experti ſunt ⁊ reliquerunt: et iſti
vouerunt plurimum. Alij vouent domum ſuam eſſe hoſpi-
talem omnibus ſanctis aduenientibus: magnum votum
vouent. Alius vouet relinquere omnia ſua diſtribuēdo pau
peribus.⁊ ire in cōmunem vitam: in ſocietatem ſanctorum:
magnum votū vouit. Vouete ⁊ reddite domino deo veſtro.
Quiſꝗ quod vouere voluerit voueat: illud attendat: vt O
quod vouerit reddat. Unuſquiſꝗ deo quod vouet: ſi re-
ſpicit retrorſum: malum eſt. Neſcio que caſtimonialis nube-
re voluit. Quid voluit? Quod ⁊ virgo quelibet. Quid voluit?
Quod ⁊ mater ipſius. Aliqđ mali voluit? Mali plane. Qua-
re? Quia iam vouerat domino deo ſuo. Quid enim dixit de 1.Timo.5.
talibus apoſtolus paulus: cum dicat viduas adoleſcentulas 1.Cor.7.
nubere ſi velint? Sed tamen ait quodam loco: Beatior au-
tem erit ſi ſic permanſerit ſcđm meum conſilium. Oſtendit

beatiorem ſi ſic permanſerit: non tamen damnandam ſi nu
bere voluerit. Quid autem ait de quibuſdam que vouerūt
.Timo.5. et non reddiderunt? Habentes inquit damnationem: quia
primam fidem irritam fecerunt. Quid eſt: primam fidem ir
ritam fecerunt? Vouerunt ⁊ non reddiderūt. Nemo ergo po
ſitus in monaſterio frater: dicat: recedo de monaſterio: Ne
Ad fr̄es i q; enim ſoli qui ſunt in monaſterio peruēturi ſunt ad regnū
heremo. celorum: ⁊ illi qui ibi non ſunt: ad deum non pertinent. Re
60.b. ſpondetur ei. Sed illi non vouerunt: tu vouiſti: tu retro re
Luce.17. ſperiſti. De die iudicij cū dominus minaref: quid ait? Me
mentote vxoris loth. Omnibus dixit. Quid enim fecit vxor
loth? Liberata eſt a ſodomis: ⁊ in via poſita: retrorſum re
Geñ.19. ſperit: Ubi reſperit: ibi remāſit. Facta eſt autē ſtatua ſalis:
vt illi⁹ cō tēplatione cōdiant̄ homines: cor habeant: non ſint fa
tui: non retro reſpiciant: ne malum exemplum dantes: ipſi
remaneant: ⁊ alios condiant. Naʒ ⁊ modo dicimus illud qui
buſdam fratribus noſtris: quos forte viderimus velut infir
mari in propoſito bono: Et talis vis eſſe quales illi. Obijci
mus illis quoſdam qui retro reſpexerūt: illi fatui ſunt in ſe:
ſed alios condiunt: quando cōmemorātur: vt illorum exem
plum timentes: iſti retro ne reſpiciant. Vouete ⁊ reddite do
mino deo noſtro: quia illa vxor loth ad omnes pertinet.
Maritata mulier voluit facere adulteriuʒ: de loco ſuo quo
peruenerat retro reſpexit. Vidua que iaʒ ſic permanere vo
luerat: voluit nubere. Hoc voluit qḋ licuit ei que nupſit: ſed
illi non licuit: que de loco ſuo retro reſpexit. Virgo eſt caſti
monialis: iam dicata deo: habebat ⁊ cetera que vere ornant
ipſam virginitatem: ⁊ ſine quibus illa virginitas turpis eſt.
Quid ſi enim ſit corpore integra: ⁊ mēte corrupta? Quid eſt
qḋ dixi? Quid ſi nullus tetigerit corpus: ſed ſi forte ebrioſa
ſit: ſuperba ſit: litigioſa ſit: linguoſa ſit? Hec omnia damnat
deus. Si anteq̄ vouiſſet nupſiſſet: nō dānaref. Elegit aliq̄d
meli⁹: ſuperauit qḋ ei licebat: ſuꝑbiēs illicita tāta cōmittit.
Hoc dico: nubere licet anteq̄ voueat: ſuperbire nunq̄ licʒ. O
tu virgo dei nubere noluiſti qḋ licʒ: extollis te: qḋ nō licet.
Melior virgo humilis: q̄ maritata humilis: ſed melior ma
ritata humilis: q̄ virgo ſuperba. Que autem reſpexerit ad
nuptias: non quia voluit nubere damnatur: ſed quia iam an
te receſſerat: ⁊ fit vxor loth: reſpiciendo retrorſum. Non ſi
tis pigri: qui poteſtis: quibus aſpirat deus apprehendere
gradus meliores: quia non iſta ideo loquimur: vt non voueа
tis: ſed vt voueatis et reddatis. Vouete et reddite domino
deo noſtro. Iam quia iſta tractauimus: forte volebas voue
re: ⁊ modo non vis vouere. Sed quid tibi dixerit pſalmus:
attende: Nō dixit: nolite vouere: ſed vouete ⁊ reddite. Quia
audiſti reddite: non vis vouere? Ergo vouere volebas ⁊ nō
reddere? Immo vtrumq; fac. Unum ſit ex profeſſione tua:
aliud ex adiutorio dei perficietur. Aſpice eum qui te ducit:
et non reſpicies retro vnde te educit. Qui te ducit: ante te
p ambulat: vnde te educit poſt te eſt. Ama ducenteʒ: ⁊ non te
Al'† aſſeri damnat retro reſpicientem. Vouete et reddite domino deo
tis. noſtro. ⌊ Omnes qui in circuitu eius † ſunt: offerent mu
Concor.1. nera. ⌋ Qui ſunt in circuitu eius? Ubi eſt enim iſte: vt ducat
ſen.diſ.37 omnes qui in circuitu eius ſunt? Si deum patrem cogites:
fateamur. vbi non eſt qui vbiq; preſens eſt? Si filium cogites ſecundū
Sap.8. formam diuinitatis: ⁊ ipſe cum patre vbiq; eſt: quia ipſe eſt
baruch.3. ſapientia dei: de qua dictum eſt: Attingit autem vbiq; pro
marci.16. pter ſuam mundiciam. Si autem filium ſic intelligas: ſe
cundum qḋ aſſumpſit carnem: ⁊ viſus eſt inter homines: et
crucifixus eſt: ⁊ reſurrexit: nouimus quia aſcendit in celum.
Qui ſunt in circuitu eius? Angeli. Ergo nos non offerimus
munera: quia omnes qui in circuitu eius ſunt: dixit: offerent
munera? Si ſepultus dominus noſter hic eſſet in terra: ⁊ ia
ceret corpus ipſius: quomō alicuius martyris vel apoſtoli:
attenderemus eos qui in circuitu eius eſſent: quecunq; vel
gentes eſſent circa ipſum locum vndiq; vel conuenientes ad
illam ſepulturam cum muneribus. Nūc autem aſcendit: ſur
ſum eſt. Quid eſt hoc: omnes qui in circuitu eius ſunt offe
rent munera? Hoc interim qḋ deus admonet dicam vobis:
quid ex his verbis ipſe mihi inſpirare dignatus ſit: ſi melius
aliquid poſtea viſum fuerit: ⁊ hoc veſtrum eſt: quia cōmunis
eſt omnibus veritas. Non eſt mea: nec tua: nō eſt illius aut
illius: omnibus cōmunis eſt. Et fortaſſis ideo media eſt: vt
in circuitu eius ſint omnes qui diligunt veritatē. Quicquid
enim omnibus cōmune eſt: in medio eſt. Quare in medio di
citur? Ut tantum diſtet ab omnibus: et tantum propinquet
omnibus. Quod nō in medio eſt: quaſi priuatum ſit: Quod
publicum eſt: in medio ponitur: vt omnes qui veniunt perci
piant: illuminentur. Nemo dicat: meum eſt: ne in parte ſua
velit facere qḋ in medio eſt omnibus: Quid eſt ergo: omnes
qui in circuitu eius ſunt offerent munera? Omnes qui intel
ligunt cōmunem eſſe omnibus veritateʒ: ⁊ non illam faciūt
quaſi ſuam ſuperbiendo de illa: ipſi offerēt munera qui hu
militatem habent: Qui autem quaſi ſuum faciunt qḋ omni
bus cōmune eſt: tanq̄ in medio poſitum: ad partem ſeducere
conantur: non offerent hi munera: quia omnes qui in circui
tu eius ſunt: offerent munera terribili: Offerentur munera
terribili. Timeāt ergo om̄es: qui in circuitu eius ſunt. Ideo
enim timebunt: ⁊ cum tremore laudabunt: quia ideo in cir
cuitu eius ſunt: vt omnes aſſequantur eum: ⁊ publice om
nibus confluat: et publice illuminet: hoc eſt contremiſcere.
Tu cum feceris eum tibi quaſi proprium: et iam non cōmu Pſ̄.2.
nem: extolleris in ſuperbiam: cum ſcriptuʒ ſit: Seruite do
mino in timore: ⁊ exultate ei cum tremore. Ergo offerēt mu
nera: qui in circuitu eius ſunt. Ipſi enim humiles ſunt: qui
cōmunem nouerunt eſſe omnibus veritatem. Cui offerent
munera? ⌊ Terribili ⁊ ei qui aufert ſpiritū principū. ⌋ Spi Q
ritus enim principum: ſuperbi ſunt ſpiritus. Illi ergo non
ſunt ſpiritus eius: q: et ſi aliquid nouerūt: ſuū volūt eſſe: nō
publicuʒ. Sed ille qui cōmendat ſe: tanq̄ equalē oībus: qui
ſe in medio ponit: vt oēs capiant quantū poſſunt quicquid
poſſunt: non de cuiuſq̄ hominis: ſed de dei: ⁊ ideo de ſuo: q:
ipſi facti ſunt eius. Ergo illi omnes humiles ſint: neceſſe eſt
Perdiderunt ſpiritum ſuum: et ſpiritum dei habent. A quo
perdiderunt ſpiritum ſuum? Ab illo qui aufert ſpirituʒ prin Pſ̄.103.
cipum. Quandoquidem dicitur ei in alio loco: Auferes ſpiri
tum eorum ⁊ deficient: et in puluerem ſuum conuertentur.
Emitte ſpiritū tuū ⁊ creabunf: ⁊ renouabis faciē terre. Neſcio
quis intellexit aliq̄d: ſuū vult eſſe adhuc ſpiritū ſuū habet:
Bonum eſt illi vt perdat ſpiritum ſuū: ⁊ habeat ſpiritū dei.
Adhuc inter principes ſuperbit: bonum eſt illi vt redeat ad Pſ̄.102.
puluerem ſuum: ⁊ dicat: Memento domine quia puluis ſu
mus. Si enim te confeſſus fueris puluerem: deus de pulue
re facit hominem. Omnes qui in circuitu eius ſunt: offerent
munera. Omnes humiles confitentur ei ⁊ adorant eū: Ter
ribili offerent munera. Unde terribili? Exultate cum tremo Pſ̄.2.
re: Et ei qui aufert ſpiritum principum: id eſt tollit audaciā
ſuperbor. ⌊ Terribili apud reges terre. ⌋ Terribiles ſunt
reges terre: ſed ille ſuper om̄es qui terret reges terre. Eſto
rex terre: ⁊ erit tibi terribilis deus. Quomodo inquies ero
rex terre? Rege terram: ⁊ eris rex terre. Noli ergo auidita
te imperandi ponere tibi ante oculos prouincias latiſſimas
qua tua regna diffundas: Terram quam portas rege. Audi 1.Cor.9.
apoſtolum regentem terram: Non ſic pugillo: quaſi aerem
verberans: ſed caſtigo corpus meum: ⁊ in ſeruitutē redigo:
ne forte aliis predicans: ipſe reprobus efficiar. Ergo fratres
mei: eſtote in circuitu eius: vt per quemcunq; vobis veritas
ſonuerit: non illam imputetis illi per quem ſonat: ſed de me
dio ſit omnibus: q: equaliter adeſt omnibus. Et eſtote hu
miles: ne vobis ⁊ vosipſi vſurpetis ſi quid forte boni illius
intellexeritis: q: et nos qḋ melius intellexerimus: veſtrū eſt:
et qḋ vos melius intellexeritis noſtrū eſt: vt in circuitu eius
ſimus: ⁊ humiles ſimus: Atq; ita perdentes ſpiritū noſtrum
offeremus munera terribili ſuper omnes reges terre: id eſt
ſuper omnes regentes carnē ſuā: ſed ſubiectos creatori ſuo.

¶ Explicit Tractatus de pſ̄.lxxv.

¶ Incipit Tractatus de pſ̄.lxxvj.

PSalmi huius titulus ita ſcribitur: ⌊ In finem pro idi A
thum pſalmus ipſi aſaph. ⌋ In finē quid ſit: noſtis. Ro.10.
Finis enim legis chriſtus ad iuſticiam omni credenti. Idi
thum interpretatur tranſiliens eos. Aſaph interpretatur cō
gregatio. Loquit̄ hic ergo cōgregatio trāſiliēs: vt perueniat
ad fineʒ

ad finem qui eſt chriſtus ieſus. Que ſint itaq; tranſilienda:
vt ad illum finem peruenire poſſimus: vbi iam quod tranſ
ſiliamus non habemus: pſalmi textus ipſe demonſtrat. Et
eñi tandiu tranſilire debemus: quicquid nos impedit: quic
quid irretit: quicquid viſco quodam illigat: ⁊ onere aggra
Joan. 14. uat volatum noſtrum: donec perueniamus ad id qđ ſufficit:
vltra qđ nihil eſt: infra quem ſunt omnia: ⁊ ex quo ſunt om
nia. Patrem quippe ipſum volebat philippus intueri: ⁊ di
cebat domino ieſu chriſto: Oſtende nobis patrem ⁊ ſufficit
nobis: anq; tandiu illi tranſiliendum eſſet: quicquid aliud
Joan. 14. eſſet donec perueniret ad patrem: vbi iã ſecurus aſſiſteret
et quid ei vltra requirendum eſſet nõ haberet. Hoc eſt eñi:
ſufficit. Uerum ille qui veriſſime dixerat: Ego ⁊ pater vnũ
ſumus: admonuit philippum: docuitq; omnem hominẽ qui
chriſtum intelligeret: etiam in eo habere finem: quia ipſe ⁊
Joan. 14. pater vnum ſunt. Tanto enim inquit tempore vobiſcũ ſum:
et non vidiſtis me? Philippe qui me videt: videt ⁊ patrem.
Quiſquis ergo pſalmi huius animum ſentire: imitari: tene
re vult: omnia deſideria carnalia tranſiliat: ſeculiq; huius
pompam ⁊ illecebram calcet: nihilq; ſibi aliud proponat vbi
conſiſtat: niſi ex quo ſunt omnia: In quibus omnibus etiam
ipſe laborat: donec ad finẽ perueniat. Quid nobis ergo in
dicat tranſiliens iſte?

¶ Expoſitio pſalmi.

Pš. 141. B Uoce mea. inquit: ad dominum clamaui. Sed
multi clamant ad dominum pro diuitijs acquirendis
damniſq; deuitandis: pro ſuorum ſalute: pro ſtabilitate do
mus ſue: pro felicitate temporali: pro dignitate ſeculari: po
ſtremo etiam pro ipſa ſalute corporis: que patrimoniũ eſt
pauperis. Pro his atq; huiuſmodi rebus multi clamant ad
dominum: vix quiſq̄ propter ipſum dominum. Facile quip
pe homini eſt quodlibet deſiderare a domino: ⁊ ipſum domi
num nõ deſiderare: quaſi vero ſuauius eſſe poſſit qđ dat: q̄
ipſe qui dat. Quiſquis ergo pro alia re qualibet clamat ad
dominum: nondum eſt tranſiliens. Hic vero tranſiliẽs quid
dicit? Uoce mea ad dominum clamaui. Et ne arbitreris vo
cem ipſius qua clamauit ad dominum propter aliud emiſſã
Alš † Uo- q̄ propter ipſum dominum ſecutus ait: † Et vox mea ad
ce mea. deũ. Emittitur enim vox qua clamemus ad deum: ⁊ ipſa
vox ad aliud eſt: nõ ad deũ. Ad hoc eñi eſt vox propter q̄ edit̃
Pš. 53. vox. Iſte ergo qui deũ gratis amabat: qui volũtarie deo ſa
crificabat: q̃ trãſilierat quicquid infra eſt: nihilq; aliud ſupra
ſe viderat: quo effunderet animã ſuã: niſi ex quo ⁊ per quẽ
et in quo creatus erat: ad quem clamauerat voce ſua: ad il
lum eſſe fecerat ipſam vocem ſuam: Uox mea inquit ad
alš † ītẽdit. deum. Et nunquid ſine cauſa? Uide quid ſequit̃. Et † at
tendit mihi. Uere tunc tibi attendit: quando ipſum que
ris: non quando per ipſum aliud queris. Dictum eſt de qui
Pš 17. buſdam: Clamauerunt: nec erat qui ſaluos faceret: ad domi
Pš. 13. num: nec exaudiuit eos. Quare? Quia vox eorũ non ad deũ.
Expreſſit hoc alio loco ſcriptura: vbi dicit de talibus: domi
num non inuocauerunt. Ad illum clamare non ceſſauerunt:
et tamen dominum non inuocauerunt. Quid eſt: Dominum
non inuocauerunt? Dominum in ſe non vocauerunt: Ad cor
ſuum dominum non inuitauerunt: a domino ſe habitari no
Ibidem. luerunt. Et ideo quid eis contigit? Ibi trepidauerunt timo
re vbi non erat timor. Ideo de rerum preſentium amiſſione
tremuerunt: quoniam non erant pleni illo quem non inuo
cauerunt: Non gratis amauerunt: vt amiſſis temporalibus
rebus poſſent dicere: Sicut domino placuit: ita factum eſt:
C ſit nomen domini benedictũ. Ergo iſte: vox mea inquit ad
dominũ: ⁊ attẽdit mihi. Doceat nos quomodo id fiat. In
die tribulationis mee deũ exquiſiui. Quis es qui hoc fa
cis? In die tribulationis tue: vide quid exquiras. Si carcer
facit tribulationem: exire de carcere exquiris. Si febris fa
cit tribulationem: ſanitatem exquiris: Si fames facit tribu
lationem: ſaturitatem exquiris. Si damna faciunt tribula
tionẽ: lucrum exquiris. Si peregrinatio facit tribulationẽ:
ciuitatem tue carnis exquiris. Et quid cuncta cõmemorem
aut quando cuncta cõmemorẽ? Uis eſſe tranſiliens? In die
tribulationis tue deum exquire: non per deũ aliud: ſed ex
tribulatione deum: vt ad hoc deus removeat tribulationẽ:
vt ſecurus inhereas deo. In die tribulationis mee deũ ex
quiſiui: non aliud aliquid: ſed deum exquiſiui. Et quomodo
exquiſiſti? Manibus meis nocte † coram eo. Dic hoc alš † ꝯ̄ eũ.
rurſus: videamus: intelligamus: imitemur ſi poſſumus. In
die tribulationis tue quid exquiſiſti? Deum. Quomodo ex
quiſiſti? Manibus meis. Quando exquiſiſti? Nocte. Ubi ex
quiſiſti? Coram eo. Et quo fructu exquiſiſti? Et non ſum
deceptus. Omnia ergo videamus fratres: omnia conſide
remus: omnia interrogemus: ⁊ quid ſit tribulatio in qua iſte
deum exquiſiuit: ⁊ quid ſit manibus inquirere deum: ⁊ quid
ſit nocte: ⁊ quid ſit coram illo: ⁊ ſequitur: quod omnes intel
ligunt: Et non ſum deceptus. Quid eſt enim: ⁊ non ſum de
ceptus? Inueni qđ querebã. Tribulatio non illa vel illa co
gitanda eſt: Etenim vnuſquiſq; nondũ tranſiliens: nondum
putat eſſe tribulationẽ: niſi que acciderit huic vite ex aliquo
triſti tempore. At vero ille tranſiliens totam vitam iſtam tri
bulationem ſuam reputat. Hic enim amat patriam ſupernã
vt terrena peregrinatio: ipſa ſit maxima tribulatio. Quomo
do enim non ſit tribulatio vita iſta: rogo vos? Quomõ non
ſit tribulatio que dicta eſt tota temptatio? Habes ſcriptũ in Job. 7.
libro Job: Nunquid non temptatio eſt vita humana ſuper
terram? Nũquid dixit: temptatur vita humana ſuper terrã?
Ipſa vita tẽptatio eſt. Si ergo tẽptatio: vtiq; tribulatio. In
hac igitur tribulatione: hoc eſt in hac vita: deũ exq̃ſiuit iſte trã
ſiliens. Quõ? Manib⁹ inquit meis. Quid eſt manib⁹ meis?
Operibus meis. Nõ eñi aliquid corporeũ querebat: vt con
trectando inueniret qđ perdiderat: vt manib⁹ quereret nũ
mum: aurum: argentum: veſtem: quicquid tale eſt quod ma
nibus teneri poſſit: q̄q̄ ⁊ ipſe dominus noſter ieſus chriſtus
voluit ſe manibus inquiri: quando dubitanti diſcipulo: cica
trices oſtendit: Sed nunquid cum ille exclamaſſet tangens Joan. 20.
cicatrices vulnerum eius: Dominus meus ⁊ deus meus: nõ
ne audiuit: Quia vidiſti me credidiſti: beati qui non viderũt
et crediderunt? Si ergo ille manibus querens chriſtũ: hoc
audire meruit: vt opprobriũ ei fuerit ita queſiſſe: nos qui
beati dicti ſumus: qui non vidimus ⁊ credidimus. Quid er D
go? Ad nos non pertinet manibus querere? Pertinet: ſicut
dixi: operibus querere. Quãdo hoc? Nocte. Quid eſt nocte?
In hoc ſeculo. Nox enim eſt anteq̄ effulgeat dies: in aduen
tu clarificato domini noſtri ieſu chriſti. Nam vultis videre q̄
nox eſt? Niſi lucernam hic haberemus: in tenebris permane 2. Pet. 1.
remus. Petrus enim dicit: Et nos habemus certiorem pro
pheticum ſermonem: cui benefacitis intendentes: velut lu
cerne lucenti in obſcuro loco: donec dies luceſcat: et lucifer
oriatur in cordibus veſtris. Uenturus eſt ergo dies poſt iſtã
noctem: interim in hac nocte lucerna nõ deſit. Et hoc eſt for
taſſe qđ nunc facimus. Has literas exponẽdo: lucernam in
ferimus: vt in hac nocte gaudeamus: Que quidẽ debet ac
cenſa eſſe ſemper in domibus veſtris. Talibus enim dicitur: 1. theſſa. 5.
Nolite ſpiritum extinguere: Et tanq̄ exponens quid dice
ret: ſecutus ait: Prophetiam nolite ſpernere: ideſt lucerna
in vobis ſemper luceat. Et hec quidem lux in comparatio
ne cuiuſdã ineffabilis diei nox dicit̃: Nã ipſa vita fideliũ in
cõparatione infideliũ dies eſt. Quomodo autem ſit nox iã
diximus: ⁊ oſtendimus petri apoſtoli teſtimonium: Qui qui
dem etiam ⁊ lucernam nominauit: ⁊ de ipſa lucerna nos ad
monuit vt intendamus ei: ideſt prophetico ſermoni: donec
dies luceſcat: et lucifer oriatur in cordibus noſtris. Quomo
do autem iã vita fidelium dies ſit in comparatione vite im Ro. 13.
piorum: paulus oſtendit: Abijciamus inquit opera tenebra
rum: ⁊ induamur arma lucis: ſicut in die honeſte ambulem⁹.
Ergo honeſte viuentes in comparatione vite impiorum: in
die ſumus. Sed iſte dies vite fidelium non ſufficit huic idi
thum: tranſilire vult et iſtum diem: donec veniat ad illum
diem vbi noctis temptationem nulla omnino formidet. Hic Job. 7.
enim q̄uis dies ſit vita fideliũ: tẽptatio eſt vita humana ſu
per terrã: Nox ⁊ dies: Dies in cõparatione infideliũ: nox in
cõparatione angelorũ. Habẽt eñi diẽ angeli: quẽ nos nondũ
habemus: Iam nos habemus quẽ nõ habẽt infideles: Sed
nondũ habẽt fideles: quẽ angeli habent: Tunc aũt habebũt

Mat.22. cum erunt equales angelis dei: quod illis in reſurrectione
promiſſum eſt. In hac ergo iam die ⁊ adhuc nocte: in com-
paratione futuri diei queꝫ deſideramus: die in comparatio-
ne preterite noctis cui renunciauimus: In hac ergo inquaꝫ
nocte: deum requiramus manibus noſtris. Nõ ceſſent ope-
ra: queramus deum: non ſit inane deſiderium. Si in via ſu
mus: ſumptus erogemꝰ: vt peruenire poſſimus: Manibus
queramus deum: Et ſi nocte querimus queꝫ manibus que
rimus: non decipimur: quia coram ipſo querimus. Quid eſt
Mat.6. coram ipſo? Nolite facere iuſtitiam veſtram coram homini-
bus vt videamini ab eis: alioquin non habebitis mercedeꝫ
apud patrem veſtrum. Cũ ergo facis elemoſynam ait: ma-
Ibidem. nus ille ſunt querentes deum: noli tubicinare ante te: ſicut
hypocrite faciunt: ſed ſit elemoſyna tua in occulto: et pater
tuus qui videt in occulto: reddet tibi. Ergo manibus meis
nocte coram eo: ⁊ non ſum deceptus. Quanta tamen iſte
Idithum pertulerit in hac terra: ⁊ in hac nocte: et quomodo
habuerit quodammodo tranſiliendi neceſſitatem impingẽ-
E tibus atqꝫ pungentibus deorſum tribulationibus: vt neceſ-
al' † renuit ſe fuerit tranſilire: intentiſſime audiamus. ⌊ † Negaui con-
Al' † ani- ſolari † animam meam. ⌋ Tantum tedium me hic occupa-
ma mea. uit: vt contra omnem conſolationem clauderet ſe anima
mea. Unde huic tale tedium? Fortaſſe quia vinea grandina
ta eſt: aut quia olea non prouenit: aut quia vindemia a plu
uia intercepta eſt. Unde huic tedium? Audi hoc et alio pſal
Ps.118. mo: Ipſius enim ⁊ ibi vox eſt. Tedium detinuit me a pecca
toribus relinquentibus legem tuã. Tanto ergo tedio de hu
iuſmodi malo affectum ſe iſte dicit vt negaret conſolari ani
mam ipſius: Prope abſorbuerat eum tedium: Triſtitia que
eum omnino irreparabiliter merſerat: negat ſe conſolari.
Quid igitur reſtabat? Primo vide vnde conſolaretur: Non
Ps.68. ne ſuſtinuerat qui ſimul contriſtaretur ⁊ nõ inuenerat? Quo
enim ſe verteret ad conſolationem queꝫ occupauerat tediũ
de peccatoribus relinquentibus legem dei? Quo ſe verte-
rat? Ad hominem dei quemlibet? In multis iam forte iſte
expertus erat magnam tribulationem qua magis de illorũ
aliqua delectatione preſumpſerat: Uidentur enim aliquan-
do iuſti homines: ⁊ gaudetur ad eos: Et neceſſe eſt vt gau-
deatur: quoniaꝫ charitas ſine gaudio talis eſſe non poteſt.
In his aũt in quibus gauiſus eſt homo ſi forte aliquid pra-
uum contigerit: quomodo ſepe contingit: quanta letitia ibi
erat: tãtus meror accedit: ita vt poſtea iam timeat homo la-
xare habenas gaudiorum: timeat ſe leticie committere: ne
quãto magis letatus fuerat: tanto amplius ſi aliquid conti
gerit contabeſcat. Percuſſus ergo ſcandalis abundantibus
quaſi multis vulneribus clauſit contra ſe humanam con-
ſolationem: ⁊ negauit conſolari animam ipſius. Et vnde vita
Unde reſpiratio? ⌊ Memor fui dei ⁊ delectatus ſum. ⌋ Nõ
fruſtra manus operate fuerant: inuenerant magnum con-
ſolatorem. Non quieſcendo memor fui dei et delectatus ſum.
Predicandus igitur eſt deus: cuius iſte memor factus dele-
ctatus eſt: ⁊ conſolatus eſt in quadam triſtitia: ⁊ quodãmo-
do ſalute deſperata recreatus: Predicandus eſt deus. De-
Al' † exerci niqꝫ quod conſolatus eſt iſte: ſecutus ait: ⌊ † Garriui. ⌋
tatus ſuꝫ. In ipſa conſolatione memor factus dei: delectatus garriui.
Quid eſt: garriui? Letatus ſum: exultaui loquendo. Garru-
li enim proprie dicuntur: qui a vulgo verboſi appellãtur: ac-
cedente leticia: nec valentes nec volẽtes tacere. Factus eſt
iſte talis. Et rurſus quid ait? ⌊ Et defecit ſpiritus meus. ⌋
Tedio contabuerat: Recolendo deum delectatus fuerat:
F rurſus garriendo defecerat. Quid ſequitur? ⌊ Anticipaue-
Al' † ocu- runt vigilias † omnes inimici mei. ⌋ Uigilauerunt ſuper
li mei. me omnes inimici mei. Plus me vigilauerunt: vigilãdo pre-
occupauerunt me. Ubi non muſcipulas poſuerunt? Nonne vigi-
lias anticipauerunt omnes inimici mei? Qui ſunt enim iſti
Ephe.6. inimici: niſi illi de quibus dicit apoſtolus: Non eſt vobis col
luctatio aduerſus carnem ⁊ ſanguinem: ſed aduerſus prin-
cipatus ⁊ poteſtates ⁊ rectores mundi tenebrarum harum:
aduerſus ſpiritualia nequitie in celeſtibus? Ergo aduerſus
diabolum ⁊ angelos eius inimicitias exercemus. Rectores
eos mundi dixit: quia ipſi regunt dilectores mundi. Nõ enĩ
regunt mundum: quaſi rectores ſint celi ⁊ terre: ſed mundũ

peccatores dicit. Et mundus eum non cognouit. Talẽ mun- Joan.1.
dum illi regunt: qui non cognoſcunt chriſtum: Contra hos
habemus inimicitias perpetuas. Denique quaſlibet habeas
inimicitias aduerſus hominem: cogitas ſinire: ſiue illius ſa
tiſfactione ſi ille te leſit: ſiue tua ſit ſi tu leſiſti: ſiue vtriuſqꝫ
ſi vos inuicem leſiſtis: laboras ſatiſfacere ⁊ concordare: Cũ
diabolo autem ⁊ angelis eius nulla concordia eſt. Ipſi no-
bis inuident regnum celorũ. Miteſcere omnino erga nos
non poſſunt: quia anticipauerũt vigilias omnes inimici mei
Plus illi vigilauerunt ad decipiendum: qꝫ ego ad cuſtodien
dum me. Anticipauerunt vigilias omnes inimici mei. Quo
modo enim non anticipauerunt vigilias: quibus ſcandala
vbiqꝫ muſcipulas poſuerunt? Tedium ineſt cordi: Metuen
dum eſt ne abſorbeat triſtitia leticias: metuendũ eſt ne gar-
riendo deficiat ſpiritus tuus. Anticipauerunt vigilias om-
nes inimici mei. Denique in ipſa garrulitate dum loqueris: ⁊
ſecurus loqueris: quanta plerumqꝫ inueniuntur que velint
tenere inimici ⁊ reprehendere: vnde velint etiam criminari
et calumniari: hoc dixit: illud ſenſit: hoc locutus eſt: Quid
facat homo: niſi quod ſequitur? ⌊ † Conturbatus ſum ⁊ nõ Alſ † tur-
ſum locutus. ⌋ Cõturbatus ergo: ne in eius garrulitate ini- batus.
mici anticipantes vigilias: calumnias quererent et inueni-
rent: non eſt locutus: Nunqꝫ tamen iſte tranſiliens ceſſaret
in ſe. Et ſi forte a garrulitate ceſſauit qua ſubrepſerat ei de
ipſa locutione placere hominibus: non tamen deſtitit non
ceſſauit vt conaretur ⁊ hoc ipſum tranſcendere. Et quid di-
cit? ⌊ Cogitaui dies antiquos. ⌋ Iam iſte velut qui vapu- G
lauerat foris: tulit ſe intro. In ſecretario ſue mentis agit:
Et quid ibi agat dicat nobis: Cogitaui dies antiquos. Be-
ne eſt illi: Uidete que cogitat rogo vos. Intus eſt: apud ſe
cogitat dies antiquos: Nemo illi dicit: male dixiſti: nemo il
li dicit: multum locutus es: nemo ei dicit: peruerſe ſenſiſti:
Ita ſit ei bene ſecum: adiuuet deus: cogitet dies antiquos:
et dicat nobis i ipſo interiore cubiculo ſuo: quid egerit: quo
peruenerit: quid tranſilierit: vbi manſerit. Cogitaui dies an al' † annos
tiquos. ⌊ Et † annorum eternorum memor fui. ⌋ Qui ſunt eternos in
anni eterni? Magna cogitatio. Uidete quid ſibi volt iſta co mente ha
gitatio: niſi magnum ſilentium: ab omni forinſecus ſtrepitu bui.
ab omni rerum humanarum tumultu? Intus requieſcat: qui
cogitare vult iſtos annos eternos. Nunquid anni in quibus
ſumus: eterni ſunt: aut in quibus fuerũt maiores noſtri: aut
in quibus futuri ſunt poſteri noſtri? Abſit vt eterni exiſtimẽ
tur. Quid enim de his annis manet? Ecce loquendo dici-
mus hoc anno. Et quid tenemus de hoc anno preter vnum
diem in quo ſumus? Nam ſuperiores dies anni huius iam
tranſierunt nec tenentur: futuri autem nondum venerunt.
In vno die ſumus et dicimus hoc anno: immo dic hodie: ſi
aliquid vis preſens dicere. Nam de toto anno quid preſens
tenes? Quicquid de illo preteritum eſt: iam non eſt: quic-
quid de illo futurum eſt: nondum eſt. Quomodo hoc an-
no? Corrige locutionem: Hodie dic: verum dicis. Hodie iam
dicamus. Rurſus ⁊ hoc attende. Quomodo hodie hoc hore ma-
tutine tranſierunt: hore future nondum venerunt. Et hoc er
go corrige: Hac hora dic. Et de iſta hora quid tenes? Mo-
menta eius quedam iam tranſierunt: que futura ſunt non-
dum venerunt: Hoc momento dic. Quo momento? Dum ſyl
labas loquor: ſi duas ſyllabas dicam: altera non ſonat: niſi
cum illa tranſierit. Ipſa denique vna ſyllaba ſi duas literas
habeat: non ſonat poſterior litera: niſi prior abierit. Quid
ergo tenemus de his annis? Anni iſti mutabiles ſunt: anni
eterni cogitandi ſunt: anni qui ſtant: qui non venientibus ⁊
abeuntibus diebꝰ peraguntur: anni de quibꝰ alio loco ſcri-
ptura dicit deo: Tu autem idem ipſe es: ⁊ anni tui non defi- Ps.101.
cient. Hos annos iſte tranſiliens: non in garrulitate forin-
ſecus: ſed in ſuo ſilentio cogitauit. Et annorum eternorum
memor fui. ⌊ Et meditatus ſum nocte cum corde meo. ⌋ H
Nemo illi calumnioſus tendiculas verborum requirit: in cor
de ſuo meditatus eſt. ⌊ † Garriebam. ⌋ Ecce eſt illud Al' † exer-
garrire: Obſerua igitur iterum te: ne deficiat ſpiritus tuus: citabar.
Non inquit non ſic garriebam quaſi foris: alio modo nunc.
Quomodo nunc? Garriebam. ⌊ † Et ſcrutabar ſpiritum al' † ſcope-
meũ. ⌋ Si ſcrutaretur iſte terram: vt venas auri inueniret: bam.
nemo eum

nemo eũ deſipere diceret:immo ſapientem multi dicerent:
qui vellet ad aurũ peruenire. Quanta bona habet intus:
et non fodit? Scrutabatur iſte ſpiritum ſuũ: ⁊ cum ipſo ſpi-
ritu ſuo loquebatur:⁊ in ipſa locutione garriebat. Seipſum
enim interrogabat: ſeipſum examinabat: in ſe iudex erat.
Et quid ſequitur? Scrutabar ſpiritũ meũ. Timendum eſt ne
in ipſo ſpiritu ſuo remaneat:garriuit enim foris. Et q̄ anti-
cipauerunt vigilias omnes inimici eius:inuenit ibi triſtitiã
⁊ defecit ſpiritus eius. Qui garriebat foris:ecce cepit intus
garrire ſecurus: Ubi ſolus:ibi in ſilẽtio cogitat:annos eter-
nos. Et perſcrutabar inquit ſpiritũ meũ. Et hic timendum:
ne in ſpiritu ſuo remaneat:⁊ non ſit tranſiliens: Iam tamẽ
melius agit q̄ foris agebat: Tranſcendit aliquid: Et hinc vi-
deamus quo. Non enim ceſſat iſte tranſiliens:donec veniat
al'† nũquid. in finem:vnde habet titulũ pſalmus: Garriebã inquit: ſcru-
al'† proiciat tabar ſpiritum meum. Et quid inuenit? ⌊ † Non in eter-
num † repellet deus. ⌋ Tedium inuenerat in hac vita:nuſ-
q̄ fidẽ:nuſq̄ ſecuram conſolationẽ. Ad quoſcumq; homines
intendebat: ſcandalũ in eis inueniebat:aut timebat. Nuſq̄
ergo ſecurus: Tacere illi malum erat:ne ſileret a bonis: Lo-
qui ⁊ foris garrire moleſtũ erat:ne anticiparent vigilias om-
nes inimici eius:calumnias inquirerent in verbis eius. An-
guſtatus in hac vita vehementer:multũ de alia vita cogita-
uit:vbi iſta non ſit temptatio. Et quando illuc peruenitur?
Eſa.57. Non enim nõ conſtat:q2 qđ hic patimur:ira dei eſt. Dicitur
hoc in eſaia: Nõ in eternũ vindex in vobis ero:neq; per om-
ne tempus iraſcar vobis. Et dicit quare: Spiritus enim a
me procedet:⁊ omnem flatũ ego feci: Propter peccatũ pau-
lulũ quidẽ contriſtaui eũ ⁊ percuſſi eum:⁊ auerti faciẽ meã
ab illo:⁊ abijt triſtis:⁊ ambulauit vias ſuas. Quid ergo? Hec ira
Al'† Aut. dei ſemper erit? Nõ hoc inuenit iſte in ſilẽtio? Quid enim dicit?
† compla- Nõ in eternũ repellet de⁹. ⌊ † Et nõ apponet vltra vt † bñ
citior ſit. placeat ei adhuc? ⌋ Quid eſt vt bene placeat ei adhuc?
Repellere ⁊ in eternum repellere non aponet. Neceſſe eſt vt
reuocet ad ſe ſeruos ſuos:neceſſe ẽ vt recipiat fugitiuos re-
deũtes ad dñm:neceſſe eſt vt exaudiat vocẽ cõpeditorũ. Nõ in
eternum repellet deus:⁊ non apponet vltra vt beneplaceat
ei adhuc. ⌊ Aut in finem miſericordiam ſuam abſcidet: a ge-
neratione in generatione. Aut obliuiſcet miſereri deus. ⌋
Ia te:a te:in alterũ nulla eſt miſericordia:niſi eam tibi deus
donet: Et ipſe deus obliuiſcitur miſericordiam? Riuus cur-
Alis † miſe- rit:fons ipſe ſiccatur? Aut obliuiſcetur miſereri deus? ⌊ Aut
ricordias. continebit in ira ſua † miſerationes ſuas? ⌊ Ideſt ſic ira-
Eſa.57. ſcetur vt non miſereatur. Facilius ille iram: q̄ miſericordiã
continebit. Hoc ⁊ per Eſaiam dixerat: Non in eternum vin-
dex in vobis ero:neq; per omne tempus iraſcar vobis. Hoc
et poſteaq̄ dixit:abijt triſtis:⁊ ambulauit vias ſuas. Uias in-
quit eius vidi:⁊ ſanaui eum. Hoc vbi cognouit iſte:tranſcen-
dit ſe:⁊ delectatur in domino. vt ibi eſſet: ⁊ in eius operib⁹
magis garriret: non in ſpiritu ſuo:non in eo quod erat: ſed
I in eo a quo factus erat. Et hinc ergo tranſiliens trãſcendit.
Uidete tranſilientẽ:videte ſi remaneat alicubi quouſq; per-
ueniat ad deum. ⌊ Et dixi. ⌋ Iam ſeipſum tranſiliens:quid
al' † nõ hz. dicit? ⌊ Nunc cepi. ⌋ Cum exceſſiſſem ⁊ me:nũc cepi: Hinc
al'† immuta- iam nullum periculum eſt: Nam in meipſo remanere: peri-
tio. culum fuit. Et dixi: Nunc cepi. ⌊ Hec † eſt † immutatio
dextere excelſi. ⌋ Modo me cepit mutare excelſus: modo
recepi aliquid vbi ſecurus ſim:modo intraui aliquam aulam
gaudiorum:vbi nullus timetur inimicus: Modo cepi eſſe in
ea regione:vbi non anticipent vigilias omnes inimici mei.
Nunc cepi:hec eſt immutatio dextere excelſi. ⌊ Memor fui
operum domini. ⌋ Iam videt illum ſpaciari in operib⁹ do-
mini. Garriebat enim foris:⁊ contriſtatus inde defecit ſpi-
ritus eius. Garriuit intus cum corde ſuo:⁊ cum ſpiritu ſuo:
et perſcrutatus eundem ſpiritum ſuum: memor fuit annorũ
eternorum:memor fuit miſericordie domini:quia non repel-
let dominus in eternum:⁊ cepit iam in eius operibus ſecu-
rus gaudere:ſecurus exultare. Audiamus iam opera ipſa:
et exultemus ⁊ nos. Sed affectibus etiã nos tranſiliamus:
nec ad temporalia gaudeamus. Habemus enim et nos cu-
bile noſtrum:quare non illuc intramus? Quare non in ſilen-
tio agimus? Quare non ſpiritũ noſtrum perſcrutamur? Qua-
re annos eternos non cogitamus? Quare in operibus dei
non letamur? Sed nunc audiamus:⁊ ipſo dicẽte delectemur:
vt etiam cum hinc abierimus:faciamus qđ ipſo loquente fa-
ciebamus:ſi tamen faciamus ceptum ipſius qđ dixit:nunc ce-
pi. Gaudere in operibus dei eſt obliuiſci et te:ſi potes illo
ſolo delectari. Quid enim melius illo? Non vides:quia cum
ad te redis:in deteriorem redis. Memor fui operum domi-
ni. ⌊ Quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et me-
ditabor in omnibus operibus tuis:⁊ in † affectionibus tuis al'† adin-
† garriam. ⌋ Ecce tertiũ garrire. Garriuit foris quãdo de- uentionib⁹.
fecit:garriuit in ſpiritu ſuo intus quando profecit: garriuit al'† exerce-
in operibus dei quãdo peruenit quo profecit. Et in affectio- bor.
nibus tuis garriam:non in affectionibus meis. Quis viuit ſi-
ne affectionibus? Et putatis fratres:quia qui deum timẽt:
deum colunt:deum diligunt:nullas habent affectiones? Ue-
re hoc putabis ⁊ putare audebis qđ affectiones habeat ta-
bula:theatrum:venatio:aucupium:piſcatus:⁊ non habeant
opera dei:⁊ non habeant meditationes dei interiores affe-
ctiones quaſdam ſuas:cum inſpicitur mundus:⁊ ponitur an-
te oculos ſpectaculum nature rerum:⁊ in his queritur arti- K
fex:⁊ inuenitur nuſq̄ diſplicens:⁊ per omnia placens. ⌊ Deus
in ſancto via tua. ⌋ Inſpicit iam opera miſericordie dei cir-
ca nos:et his garrit:et in his affectionibus exultat. Primo Ioan.14.
inde cepit in ſancto via tua. Que via tua in ſancto? Ego ſum
inquit via veritas ⁊ vita. Redite ergo homines ab affectio- Eſa.46.
nibus veſtris. Quo itis? Quo curritis? Quo nõ ſolum a deo:
ſed etiam a vobis fugitis? Redite preuaricatores ad cor:
ſcrutamini ſpiritum veſtrum:recolite annos eternos: inue-
nite miſericordiam dei circa nos:attendite opera miſericor- Ps̄.4.
die eius: In ſancto via eius: Filij hominum vſq; quo graues
corde? Quid queritis in affectionibus veſtris? Ut quid dili-
gitis vanitatem:⁊ queritis mendacium? Et ſcitote quoniam
magnificauit dominus ſanctum ſuum. In ſancto via tua. Ad
ipſum ergo attendamus chriſtum: Attẽdamus ibi viã eius.
Deus in ſancto via tua. ⌊ Quis deus magnus ſicut deus Ps̄.113.
noſter? ⌋ Habent gentes affectiones circa deos ſuos: ido-
la adorant:oculos habent ⁊ non vident:aures habent ⁊ nõ
audient:pedes habent ⁊ non ambulabunt. Quid ambulas
ad deum qui non ambulat? Non inquit ea colo. Et quid co- Ps̄.95.
lis? Nomen qđ ibi eſt? Certe hoc colis quod alibi dictum eſt:
Quoniam dij gentium demonia. Aut idola colis: aut demo-
nia? Nec idola:nec demonia inquit. Et quid colis? Stellas:
ſolem:lunam:iſta celeſtia. Quanto melius qui fecit ⁊ terre-
na ⁊ celeſtia? Quis deus magnus ſicut deus noſter? ⌊ Tu al'† nõ hz.
es deus qui facis mirabilia † ſolus. ⌋ Tu vere magnus
de⁹:faciẽs mirabilia:in corpore:in aĩa:ſolus faciens. Audie-
runt ſurdi:viderunt ceci:conualuerunt languidi:ſurrexerũt
mortui:conſtricti ſunt paralytici: Sed miracula iſta tunc in
corporibus. Uideamus in anima: Sobrij ſunt: paulo ante
ebrioſi. Fideles ſunt:paulo ante adoratores ſimulacrorum.
Res ſuas donant pauperibus: qui alienas antea rapiebãt.
Quis deus magnus ſicut deus noſter? Tu es deus qui fa- Exod.4.
cis mirabilia ſolus. Fecit moyſes:ſed nõ ſolus: Fecit ⁊ he-
lias:fecit ⁊ heliſeus:fecerunt ⁊ apoſtoli:ſed nullus eorum ſo-
lus. Illi cum facerent: tu cum eis:tu quando feciſti:illi non
tecum. Non enim tecum fuerunt cum feciſti:quando ⁊ ipſos
tu feciſti. Tu es deus qui facis mirabilia ſolus. Quomodo
ſolus? Nunquid forte pater ⁊ non filius:aut filius ⁊ non pa-
ter? Immo pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus. Tu es deus qui
facis mirabilia ſolus. Non enim tres dij:ſed vnus deus fa-
cit mirabilia ſolus:⁊ in ipſo tranſiliente. Nam vt etiam trã-
ſiliret:⁊ ad iſta perueniret:miraculum dei fuit. Quando in-
tus garriuit cum ſpiritu ſuo vt tranſiliret et ipſum ſpiritum
ſuum:⁊ in dei operibus delectaretur:ipſe ibi fecit mirabilia L
Sed quid fecit deus? ⌊ Notam feciſti in populis virtutem
tuam. ⌋ Inde congregatio iſta aſaph tranſiliens: quia no-
tam fecit in populis virtutem ſuam. Quam virtutem ſuam 1.Cor.1.
notam fecit in populis? Nos autem predicamus chriſtũ cru-
cifixum:iudeis quidem ſcandalũ:gẽtibus aũt ſtultitiã:ipſis
aũt vocatis iudeis ⁊ grecis chriſtũ dei virtutẽ: ⁊ dei ſapien-
tiam. Si ergo virtus dei chriſtus:notũ fecit chriſtũ in pplis:
An ⁊ hoc nondũ agnoſcimus:⁊ ita deſipimus:ita infra iace-

mus:ita nobis tranſiliimus:vt hoc non videamus? Notam fe
ciſti in populis virtutem tuam. ⌊ Redemiſti in brachio tuo
Eſa.53. populum tuum. ⌋ Brachio tuo:hoc eſt virtute tua. Et bra
al'† iacob. chium domini cui reuelatum eſt? Redemiſti in brachio tuo
populum tuum. ⌊ Filios † iſrael et ioſeph. ⌋ Quomodo
duos populos filios iſrael ⁊ ioſeph? Nonne filii ioſeph in fi
liis iſrael? Ita plane? Hoc ſcimus:hoc legimus: hoc ſcriptu
ra clamat:hoc veritas indicat:quoniam iſrael idem qui ia
cob:habuit filios duodecim:inter quos vnus erat ioſeph:⁊
et duodecim filiis iſrael quotquot nati ſunt : ad populum
iſrael pertinent.Quomodo ergo ait:filios iſrael et ioſeph?
Neſcio quid hic diſtinguendum admonuit. Perſcrutemur
ſpiritum noſtrum:fortaſſis ibi aliquem poſuit deus:quē de
beamus nocte querere manibus noſtris:vt nō decipiamur:
forte inueniemus ⁊ nos in hac diſtinctione filios iſrael ⁊ io
ſeph. Per ioſeph alium populum intelligi voluit: gentium
populum intelligi voluit.Quare gentium populum per io
ſeph? Quia ioſeph venditus eſt in egyptum a fratribus ſuis.
Gen.37. Ille ioſeph cui fratres inuiderunt:⁊ eum in egyptum ven
diderunt:venditus in egyptum laborauit: humiliatus eſt:
agnitus:exaltatus:floruit:imperauit:Et his omnibus quid
ſignificauit? Quid niſi chriſtum a fratribus venditum : eie
ctum de terra ſua tanq̄ in egyptum gentium? Ibi primo hu
miliatum:quando perſecutiones martyres patiebātur:nūc
exaltatum ſicut videmus:quoniam impletū eſt in eo:Ado
Pſ.71. rabunt eum omnes reges terre:omnes gentes ſeruient il
li.Ergo ioſeph populus ex gētibus:iſrael vero populus ex
gente hebreorum.: Redemit populum ſuum deus filios iſ
Ephe.2. rael ⁊ ioſeph. Per quid? Per lapidem angularē:in quo duo
M parietes copulati ſunt.Et exequitur quomodo. ⌊ Viderūt
te aque deus. ⌋ Quid ſunt aque? Populi.Que ſunt iſte aq̄?
Apoca.17. Dictum eſt in apocalypſi:reſponſum eſt populi: Ibi inueni
mus apertiſſime aquas in figura poſitas populorum.Supra
autem dixerat:Notam feciſti in populis virtutē tuam .Me
rito ergo viderunt te aque deus. ⌊ Viderunt te aque ⁊ ti
Al'o† tur muerunt. ⌋ Ideo mutate ſunt:quia timuerunt.Viderunt
bate. te aque deus ⁊ timuerunt. ⌊ Et † conturbate ſunt abyſſi. ⌋
Que ſunt abyſſi? Altitudines aquarum.Quis non turbatur
in populis cum conſcientia pulſatur? Queris altitudinē ma
ris:quid profundius humana cōſcientia? Iſta profunditas
turbata eſt:quando in brachio ſuo redemit populum ſuum
deus.Quomodo turbate ſunt abyſſi? Quando omnes con
ſcientias ſuas confitendo fuderunt. Et turbate ſunt abyſſi.
⌊ Multitudo ſonitus aquarum. ⌋ In laudibus dei:in cō
feſſionibus peccatorum:in hymnis ⁊ canticis:in orationib⁹.
Multitudo ſonitus aquarum. ⌊ Vocem dederūt nubes. ⌋
Inde iſti ſonitus aquarum:inde abyſſorum perturbatio:q̄
vocem dederunt nubes.Que nubes? Predicatores verbi ve
ritatis.Que nubes? De quibus minatur cuidā vinee deus:
Eſa.5. que pro vua fecit ſpinas:⁊ dicit:Mandabo nubibus meis:
ne pluant ſuper eam imbrem.Deniq̄ apoſtoli relinquētes
iudeos:ierunt ad gentes: In omnibus gentibus vocem de
derunt nubes predicando chriſtum.Vocē dederunt nubes.
Al'o† tran ⌊ Etenim ſagitte tue † pertranſierunt . ⌋ Eaſdem voces
ſeunt. nubium rurſus ſagittas dixit.Verba enim euangeliſtarum
ſagitte fuerunt:Similitudines enim ſunt:Nam proprie nec
ſagitta eſt pluuia:nec pluuia ſagitta.At vero verbum dei et
ſagitta eſt quia percutit:⁊ pluuia q̄ rigat .Nemo ergo iam
miretur abyſſorum conturbationem:quādo ſagitte tue per
tranſierunt.Quid eſt:pertranſierunt? Nō in auribus remā
ſerunt:ſed corda tranſfixerūt. ⌊ Vox tonitrui tui in rota . ⌋
Quid eſt hoc? Quomodo intellecturi ſumus? Adiuuet do
minus. Vox tonitrui tui in rota. Solebamus pueri ſuſpica
ri cum audiremus tonitrua de celo:quaſi vehicula de ſtabu
lo proceſſiſſe.Habent enim tonitrua quandā concuſſionem
ſimilem vehiculis. Nūquid ad iſta puerilia redituri ſumus.
vt intelligamus:Vox tonitrui tui in rota:quaſi aliqua vehi
cula habeat deus in nubibus:⁊ tranſitus vehiculorum illos
ſtrepitum concitet? Abſit.Hoc puerile eſt: vanum:nugato
al'† alluxe rium.Quid eſt ergo:Vox tonitrui tui in rota? Voluitur vox
runt coru tua: Neq̄ hoc intelligo.Quid faciemus? Interrogemus ip
ſcationes ſum idithū: ne forte ipſe exponat qđ dixit:Vox inquit toni
tu.† terre trui tui in rota. Nō intelligo.Audiā qđ dicis: ⌊ † Apparue

runt fulgura tua orbi † terrarū. ⌋ Hic q̄: Nō intellexerā.Or
bis terrarū eſt rota. Nā circuit⁹ orbis terrarū merito ⁊ orbis
dicitur:Unde breuis etiam rotella:orbiculus appellat̄.Vox
tonitrui tui in rota:apparuerunt fulgura tua orbi terrarū.
Nubes ille in rota circuierunt orbem terrarū.circuierūt to
nando ⁊ choruſcando:abyſſum q̄ mouerūt:preceptis tonue
runt:miraculis choruſcauerunt. In omnē enim terram exi
uit ſonus eorum:⁊ in fines orbis terre verba eor. ⌊ Commo
mota ⁊ † cōtremebunda facta eſt terra: ⌋ Ideſt omnes qui Pſ.18.
habitant in terra. Per ſimilitudinē aūt ipſa terra:mare eſt. Al'† cōtre
Quare? Quia gentes omnes maris nomine nuncupantur: muit.
q̄ vita humana amara eſt:⁊ procellis ac tempeſtatibus ſub
dita. Iam illud ſi attendas q̄ homines ſe tanq̄ piſces deuo
rant:cum maior minorem abſorbet.Hoc eſt ergo hoc mare:
illuc euangeliſte ierunt: ⌊ In mari † eſt via tua. ⌋ Iā du N
dum in ſancto via tua:modo in mari eſt via tua:q̄ ipſe ſan al'† nō h.
ctus in mari:⁊ merito etiam ſuper aquas maris ambulauit. Exod.14.
In mari eſt via tua: ideſt in gentibus predicatur chriſtus
tuus. In alio quippe pſalmo ita dicitur : Deus miſereatur Mat.14.
noſtri ⁊ benedicat nos:illuminet vultum ſuum ſuper nos ⁊ Pſ.66.
miſereatur noſtri:vt cognoſcamus in terra viam tuam.Ubi
in terra? In omnibus gentibus ſalutare tuum: Hoc eſt: In
mari eſt via tua . ⌊ Et ſemite tue in aquis multis . ⌋ Hoc
eſt in populis multis. ⌊ Et veſtigia tua non † agnoſcent. ⌋
Neſcio quos tetigit:⁊ mirum niſi ⁊ ipſos iudeos. Ecce iam
ſic prolata eſt gētibus miſericordia chriſti:vt in mari ſit via al'† cogno
tua:⁊ ſemite tue in aquis multis:⁊ veſtigia tua nō agnoſcē ſcentur.
tur.Unde? A quibuſdam nō agnoſcentur:niſi ab his qui ad
huc dicunt: Nondum venit chriſtus? Quare dicunt:nondū
venit chriſtus? Quia non agnoſcunt veſtigia ſuper mare am
bulantis. ⌊ Deduxiſti ſicut oues † plebem tuam in manu Al'† p̄plm
moyſi ⁊ aaron. ⌋ Quare hoc addiderit:indagare aliquan tuum.
tulum difficile eſt. Adiuuate ergo nos intentione veſtra:q̄
poſt ipſos duos verſus finis erit:⁊ pſalmi ⁊ ſermonis. Ne for
te cum aliquid reſtare arbitramini:timore laboris minus ad
preſens attendatis.Cum dixiſſet: In mari eſt via tua:qđ in
telligim⁹ in gentibus:⁊ ſemite tue in aquis multis:qđ intel
ligimus in populis multis:adiūx:Et veſtigia tua nō agno
ſcentur:Et querebamus a quib nō agnoſcerentur:⁊ ſub
iecit continuo: Deduxiſti ſicut oues plebem tuam in manu
moyſi ⁊ aaron:ideſt ab iſta plebe tua que deducta eſt in ma
nu moyſi ⁊ aaron:veſtigia tua non cognoſcentur. Quare er
go poſitum eſt:niſi increpandi ⁊ exprobrandi cauſa in mari
eſt via tua? Unde in mari eſt via tua:niſi q̄ excluſa eſt a ter
ra tua? Expulerunt chriſtum: noluerunt eſſe ſuū ſaluatorē
egri: Ille aūt cepit eſſe in gentibus:⁊ in omnibus gentibus
in multis populis:ſalue facte ſunt etiam reliquie populi il
lius: Remanſit foris ingrata multitudo:⁊ claudicans iacob Gen.32.
femoris latitudo. Latitudo enim femoris intelligitur via in
multitudine generis:et facta eſt in maiore parte iſraelita
rum turba quedam vana ⁊ inſipiens:que non agnoſceret ve
ſtigia chriſti in aquis.Deduxiſti ſicut oues plebē tuā:⁊ nō te
cognouerunt. Tanta cum illis bona feciſti : mare diuiſiſti:
inter aquas per arida traieciſti: perſequentes inimicos flu
ctibus operuiſti:in deſerto egentibus manna pluiſti: dedu
cens eos in manu moyſi ⁊ aaron: et expulerunt te a ſe:vt in
mari eſſet via tua:⁊ veſtigia tua non agnoſcerent.

¶ Explicit Tractatus de pſ.lxxvi.
¶ Incipit Tractatus de pſ.lxxvii.

A

Pſalmus iſte ea continet que in veteri teſtamento po
pulo acta narrantur:recētior aūt ⁊ poſterior populus
admonetur:vt caueat ne ſit ingratus beneficiis dei: eiuſq̄
in ſe prouocet iracundiā:cuius obedienter ⁊ fideliter debet
ſuſcipere gratiam: Ne fiat inquit ſicut patres eorum genera
tio praua ⁊ amaricans:generatio que non direxit cor ſuū:et
non eſt creditus cum deo ſpiritus eius . Hec eſt igitur pſal
mi huius intentio:hec vtilitas:hic vberrimus fructus. Sed
cum hec om̄ia videantur perſpicua ⁊ aperta dici atq̄ narra
ri:primitus monet atq̄ intentos facit titulus eius. Neq̄ enī
fruſtra inſcribitur: ⌊ intellectus aſaph: ⌋ niſi quia fortaſſe
non qđ ſuperficies ſonat:ſed internus aliquid intelligentem
querum

querunt iſta lectorē. Deinde narraturus ⁊ cōmemoraturus
hec omnia: que videntur auditore ꝙ̄ expoſitore potius indi
gere: Aperiam inquit in parabolis os meum: eloquar ꝓpoſi
tiones ab initio. Quis non hic de ſomno excitet? Quis au-
deat velut manifeſtas legendo percurrere parabolas ⁊ ꝓ
poſitiones: que nominibus ſuis indicant altius perſcrutari
oportere? Parabola quippe alicuius rei ſimilitudinē p̄ſe fe
gerit: qḋ licet ſit vocabulū grecū: iam tamen pro latino vſur
patur. Et notum eſt ꝙ in parabolis que dicuntur: rerū ſimi
litudines rebus de quibus agitur cōparantur. Propoſitio-
nes autem que grece appellantur problemata: queſtiones
ſunt: habentes aliquid quod diſputatione ſoluendum ſit.
Quis ergo parabolas et ꝓpoſitiones tranſitorie legat?
Quis non his auditis vigilantiā mentis intendat: vt ad ea-
rum fructum intelligendo perueniat?

¶ Expoſitio pſalmi.

At† pple. B
Attendite: inquit: † populus meus legē meā.
Quem hic credamus loqui niſi deum? Ipſe enim le-
gem dedit populo ſuo: quē liberatū ex egypto cōgregauit:
que congregatio ꝓprie ſynagoga nuncupat: qḋ interpre-
tur aſaph. Utrum ergo ita dictū eſt: Intellectus aſaph: ꝙ
ipſe aſaph intellexerit: an figurate intelligēdum: qḋ eadē ſy-
nagoga: hoc eſt idem populus intellexerit: cui dicitur: At-
tendite populus meus legē meam? Quid eſt ergo ꝙ eundē
Eſa. j. populum per ꝓphetā increpat dicens: Iſrael autē me nō
agnouit: ⁊ populus meus non intellexit? Sed profecto erāt
etiam in illo populo qui intelligerent habentes fidem: que
poſtea reuelata eſt: non ad legis litteram: ſed ad gratiā ſpi
ritus pertinentem. Non enim ſine ipſa fide fuerūt qui eius
in chriſto futurā reuelationem: preuidere ⁊ prenunciare po
tuerunt: cum ⁊ illa vetera ſacramēta ſignificatiua fuerint fu
turorum. An ſoli ꝓphete habebant hanc fidem: nō ⁊ popu
lus? Immo vero etiam qui ꝓphetas fideliter audiebant:
eadem adiuuabantur gratia: vt intelligerent qḋ audiebant
Sed vtiqȝ ſacramentum regni celorum velabatur in veteri
1. Cor. 10. teſtamento: qḋ plenitudine temporis reuelaretur in nouo.
Nolo enim vos (ait apoſtolus) ignorare fratres: quoniā pa
tres noſtri omnes ſub nube fuerunt: ⁊ omnes mare tranſie
runt: ⁊ omnes per moyſen baptizati ſunt in nube ⁊ in mari:
et omnes eundem cibum ſpiritalem manducauerunt: ⁊ om
nes eundem potum ſpiritalem biberunt. Bibebāt enim de
ſpiritali conſequente eos petra: petra autem erat chriſtus.
Idem itaqȝ in myſterio cibus ⁊ potus illorū qui noſter: ſed
Ibidem. ſignificatione idem: non ſpecie: quia idem ipſe chriſtus illis
in petra figuratus: nobis in carne manifeſtatus Sed non
inquit in omnibus illis beneplacitum eſt deo. Omnes qui-
dem eundem cibum ſpiritalem manducauerunt: ⁊ eundem
potum ſpiritalem biberunt: ideſt ſpiritale aliquid ſignifican
tem: ſed non in omnibus illis beneplacitum eſt deo. Cum di
cit: Non in omnibus: erant ergo ibi aliqui in quibus bene-
4. ſen. diſ. placitum eſt deo? Et cum eſſent omnia communia ſacramē-
4. q̇ vero ta: non cōmunis erat omnibus gratia: que ſacramentorum
virtus eſt: Sicut ⁊ nunc iam reuelata fides que tunc velaba
Mat. 28. tur: omnibus in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti bapti-
zatis: cōmune eſt lauacrum regenerationis: ſed ipſa gratia
cuius ipſa ſunt ſacramenta: qua membra corporis chriſti cū
ſuo capite regenerata ſunt: non communis eſt omnibus. Nam
et heretici habent eundem baptiſmum: ⁊ falſi fratres in cō
munione catholica nominis. Ergo ⁊ hic recte dicitur: ſed nō
in omnibus illis beneplacitum eſt deo. Neqȝ tunc tamē: ne
qȝ nunc infructuoſa eſt vox dicentis: Attēdite populus me⁹
legem meā. Que locutio nota eſt in omnibus literis: qḋ nō
ait attende: ſed attendite. Ex multis enim populus cōſtat:
:C quibus multis quod ſequitur pluraliter dicitur: Inclina
te aurem veſtram in verba oris mei. Qḋ eſt attendite: hoc
eſt inclinate aurem veſtram. Et qḋ ibi ait: legem meam: hoc
ait hic: verba oris mei. Ille namqȝ pie attendit legem dei ⁊
verba oris eius: cuius aurem inclinat humilitas: non cuius
erigit ceruicē ſuperbia. Quod enim infunditur: concauo hu
ꝓuer. 22. militatis excipitur: eminentia tumoris expellitur. Unde alio
loco: Inclina inquit aurem tuam: ⁊ excipe verba intellectus.
Satis itaqȝ admoniti ſumus etiam iſtum pſalmum huius in
tellectus aſaph: quia genitiuo caſu in titulo poſitum eſt hu-

ius intellectus: non hic intellectus inclinata aure ſuſcipere:
ideſt humili pietate. Nec ipſius aſaph dictum eſt: ſed ipſi
aſaph: qḋ greco articulo apparet: ⁊ quibuſdam latinis codi-
cibus inuenitur. Uerba igitur iſta intellectus ſunt: ideſt in-
telligentie ſunt: que data ipſi aſaph: Qḋ nō vni homini: ſed
melius congregationi populi dei: vnde nequaqȝ nos aliena
re debemus. Quāuis enim ꝓprie dicatur ſynagoga iudeo
rum: eccleſia vero chriſtianorum: quia cōgregatio magis pe
corum: conuocatio vero magis hominum intelligi ſolet: ta-
men ⁊ illam dictam inuenimus eccleſiā: ⁊ nobis fortaſſe po
tius conuenit dicere: Salua nos domine deus noſter: ⁊ con Pš. 105.
grega nos de gentibus: vt confiteamur nomini ſancto tuo.
Neqȝ dedignari nos oportet: immo gratias ineffabiles age
re: qḋ ſumus oues manuum eius: quas preuidebat cum dice
ret. Habeo alias oues que non ſunt ex hoc ouili: oportet me Ioan. 10.
et ipſas adducere: vt ſit vnus grex: ⁊ vnus paſtor: iungendo
ſcȝ fidelem populum gentium: fideli populo iſraelitarum: de
quibus prius dixerat: Non ſum miſſus niſi ad oues que pe- Mat. 15.
rierant domus iſrael. Nā ⁊ congregabuntur ante eū omnes Mat. 25.
gentes: ⁊ ſeparabit eos ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis
Si igitur audiamus qḋ dictū eſt: Attēdite populus meus
legē meam: Inclinate aurē veſtram: in verba oris mei: Nō
tanqȝ iudeis: ſed potius tanqȝ nobis: vel certe tanqȝ etiā no-
bis iſta dicant. Cum eni dixiſſet apoſtolus: Sed nō in omni- 1. Cor. 10.
bus illis beneplacitū eſt deo: ita oſtendēs fuiſſe ibi etiā illos
in quibus beneplacitum eſt deo: continuo ſubiecit: Proſtrati
enim ſunt in deſerto. Deinde adiungit: Hec autē figure no-
ſtre facte ſunt: vt nō ſimus concupiſcientes mala: ſicut ⁊ illi
concupierūt: Neqȝ idolis ſeruientes: ſicut quidā eorum ſeruie
runt: ſicut ſcriptū eſt: Sedit populus manducare ⁊ bibere:
et ſurrexerunt ludere. Neqȝ fornicemur: ſicut quidā eorum
fornicati ſunt: ⁊ ceciderūt vna die viginti tria millia. Neqȝ tē-
ptemus chriſtum: ſicut quidā eorum temptauerunt: ⁊ a ſerpen Ibidem.
tibus perierunt. Neqȝ murmuraueritis: ſicut quidam eorum
murmurauerunt. ⁊ perierunt ab exterminatore. Omnia au
tem hec in figura contingebant illis: Scripta autem ſunt ad
correptionē noſtrā: in quos fines ſeculorum obuenerunt. No-
bis ergo potius iſta cantata ſunt: Unde in hoc pſalmo inter
cetera dictum eſt: Ut cognoſcat generatio altera: filij qui na
ſcentur ⁊ exurgent. Porro ſi ille interitus a ſerpētibus: ⁊ ab
exterminatore illa perditio: et gladij trucidatio figure fue-
runt: ſicut euidenter dicit apoſtolus: cum illa omnia cōtigiſ- 1. Cor. 10.
ſe manifeſtum ſit: non enim ait: in figura dicebantur: vel in
figura ſcripta ſunt: ſed in figura inquit contingebant illis:
Quanto maiore diligentia pietatis cauende ſunt pene: qua
rum figure ille fuerunt? Procul dubio quippe ſicut in bonis
rebus multo amplius bonū eſt in eo qḋ per figuram ſignifi
catur ꝙ̄ in ipſa figura: ita ⁊ in malis longe vtiqȝ peiora ſunt
que ſignificantur figuris: cum tanta mala ſint etiam ſignifi
cantes figure. Nam ſicut terra illa promiſſionis quo ille po
pulus ducebatur in cōparatione regni celorum: nihil eſt quo chri
ſtianus populus ducitur: ita ⁊ pene ille que figure fuerunt.
cum tam ſint atroces in cōparatione penarum quas ſignifi-
cant nihil ſunt. Quas aūt figuras dixit apoſtolus: eas dicit
iſte pſalmus quantū exiſtimare poſſumus parabolas ⁊ pro-
poſitiones: non habentes in eo finem qḋ cōtigerunt: ſed in
his rebus ad quas rationabili comparatione deferūtur. At-
tendamus ergo legem dei populus eius: ⁊ inclinemus aurē D
noſtram in verba oris eius. Aperiam: inquit: in pa- al† loquar
rabolis os meum: † eloquar ꝓpoſitiones ab initio. A Mat. 15.
quo initio dicat: ſatis apparet in cōſequentibus. Non enim
ex quo factum eſt celum ⁊ terra: vel ex quo creatum eſt in pri
mo homine genus humanum: ſed ex quo populi congrega-
tio que abducta eſt ex egypto: vt ſenſus pertineat ad aſaph
qḋ interpretatur congregatio. Sed vtinam qui dixit: Ape-
riam in parabolis os meū: etiam intellectū noſtrum in eas
aperire dignetur. Si enim ſicut os ſuum aperuit in parabo
lis ita aperiret etiam ipſas parabolas: ⁊ ſicut eloquitur pro
poſitiones: ita eloqueretur et earum expoſitiones: non hic
eſtuaremus. Nunc vero ita obtecta et clauſa ſunt om-
nia: vt etiam ſi ad aliquid ipſo adiuuante vnde ſalubriter
paſcamur peruenire poſſimus: in ſudore tamen vultus no- Gen. 3.
ſtri edamus panem et penam diffinitionis antique: non

corporis tantū:ſed ⁊ cordis labore pendamus. Dicat ergo ⁊
audiamus parabolas ⁊ propoſitiones. ⌊ Quanta: ⌋ inquit:
⌊ audiuimus ⁊ cognouimus ea:⁊ patres noſtri narrauerūt
nobis. ⌋ Dñs ſuperius loquebatur. Nā cuius alterius ver
ba credenda ſunt: Attendite populus meus legem meam?
Quid eſt ergo qd̄ nunc repente homo loquitur? Iā enim ho
minis verba ſunt: Quanta audiuimus ⁊ cognouimus ea:et
patres noſtri narrauerunt nobis. Nimirum iā deus ex ho
2.Cor.13. minis miniſterio locuturus: ſicut ait Apoſtolus: An vultis
experimentū accipere eius qui in me loquitur chriſtus:et per
ſona ſua primū verba fieri voluit:ne verba eius loquēs ho
mo contemneret vt homo. Ita enī ſe habēt locutiones dei
que nobis inſinuantur per ſenſum corporis noſtri. Creaturā
ſubditam:opere inuiſibili creator mouet: Non eius ſubſtan
tia in aliquid corporale ⁊ temporale conuertitur. aut corpo
ralibus ⁊ temporalibus ſignis:ſiue ad oculos ſiue ad aures
pertinentibus quantū capere homines poſſunt:ſuā faciat
innoteſcere voluntatē. Si enī angelus vti poteſt:ethere:ae
re:nube:igne:⁊ aliaqualibet natura vel ſpecie corporali: et
homo:vultu:lingua:manu:calamo:literis:aliiſve ſignifican
tibus rebus ad ſue mentis indicanda ſecreta. Poſtremo cū
Luce.7. homo ſit:nūcios homines mittit:⁊ dicit alij. vade:⁊ vadit:et
alij veni:⁊ venit:⁊ ſeruo ſuo:fac hoc:⁊ facit: Quanto maiore
et efficaciore poteſtate deus:cui vtiq̄ vniuerſa ſubiecta ſunt
et ipſo angelo ⁊ homine vtitur:vt qd̄ ei placet annūciet? Quā
uis itaq̄ iā homo dicat: Quanta audiuimus ⁊ cognouimus
ea ⁊ patres noſtri narrauerunt nobis:tamen tanq̄ dei ver
ba:nō tanq̄ humanas fabulas audiamus. Propter hoc enī
premiſſum eſt: Attēdite populus meus legē meam:inclina
te aurem veſtram in verba oris mei: Aperiam in parabolis
os meum:eloquar propoſitiones ab initio. Quāta ergo au
diuimus inquit ⁊ cognouimus ea:⁊ patres noſtri narraue
Pſ.44. runt nobis. Sic eſt audiuimus ⁊ cognouimus:quō: Audi fi
lia ⁊ vide. Audita enim ſunt in veteri teſtamēto que cogno
ſcuntur in nouo: Audita cū prophetarentur:cognita cū imple
rentur. Ubi promiſſio redditur:nō fraudatur auditio. Et pa
tres noſtri moyſes ⁊ prophete narrauerunt nobis. ⌊ Non
al† occul ſunt † abſcondita a filijs eorū:in generatione altera ⌋ Hec
tata. eſt generatio:in qua nobis donata eſt regeneratio. ⌊ † An
Al† narrā nunciantes laudes dñi ⁊ † potentias eius: ⁊ mirabilia eius
tes. que fecit. ⌋ Ordo verborū eſt: Et patres noſtri narrauerūt
al† virtutes nobis:annūciantes laudes dñi. Laudatur dominus vt ametur.
Quid enī ſalubrius amatur? ⌊ Et ſuſcitauit teſtimonium in
iacob:⁊ lege poſuit in iſrael. ⌋ Hoc eſt initium de quo ſupra
dictum eſt: Eloquar propoſitiones ab initio. Initiū eſt ergo
vetus teſtamentū:finis nouū. Timor enim preualet in lege:
Ro.10. Et initium ſapientie:timor dñi. Finis aūt legis chriſtus eſt
Ro.5. ad iuſtitiam omni credēti: Quo donante diffunditur charitas
in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctū:qui datus eſt nobis
1.Joan.4. Et cōſummata charitas:foras mittit timorē: quoniā non ſi
ne lege iuſtitia dei manifeſtata eſt: Sed quoniā teſtimoniū
habet a lege ⁊ prophetis:ideo ſuſcitauit teſtimonium in ia
cob:⁊ legem poſuit in iſrael. Nam ⁊ illud qd̄ tam inſigni et
Exo.40. pleno tantis ſignificationibus opere tabernaculū conſtitu
2.Cor.3. tum eſt:tabernaculū teſtimonij nominetur:in quo erat vela
men contra arcam legis:ſicut velamen contra faciē miniſtri
legis:qꝛ in illa diſpēſatione:parabole ⁊ propoſitiones erāt.
Ea quippe que predicabantur ⁊ faciebant:velatis ſignificatio
Ibidem. nibus condebantur:⁊ non reuelatis manifeſtationibus cerne
2.Cor.1. bantur. Cum autem tranſierit ad chriſtū (ait apoſtolus) au
feretur velamen. Quotquot enim ſunt promiſſiones dei:in
illo erant. Quiſquis igitur chriſto adheret: totum bonū qd̄
etiam in literis legis non intelligit habet: Quiſquis aūt eſt
alienus a chriſto:nec intelligit:nec habet. Suſcitauit ergo
teſtimoniū in iacob:⁊ legem poſuit in iſrael. More ſuo repe
tit: Nā quod eſt: ſuſcitauit teſtimoniū:hoc eſt: legē poſuit:
Et qd̄ eſt in iacob:hoc eſt in iſrael. Nam ſicut iſta duo nomi
na ſunt hominis vnius:ita lex et vetus teſtimoniū duo ſunt
nomina rei vnius. Intereſt aliquid ait quiſpiam:inter ſuſci
tauit ⁊ poſuit. Ita ſane:quemadmodū intereſt etiam inter
Gen.25. iacob iſrael: Non qꝛ erant duo homines:ſed eadē duo nomi
et.32. na diuerſis cauſis vni homini ſunt impoſita. Jacob propter
ſupplantationē:qm̄ naſcentis tenuit plantā fratris: Iſrael

aūt propter viſionē dei. Sic aliud eſt ſuſcitauit:aliud poſuit.
Nam ſuſcitauit teſtimoniū: q̄tum exiſtimo dictū eſt: qd̄ illo
aliquid ſuſcitatum eſt. Sine lege enim ait apoſtolus peccatū Ro.7.
mortuum eſt: Ego aūt viuebā aliquando ſine lege: Aduenien
te aūt mandato:peccatū reuixit. Ecce qd̄ ſuſcitatū eſt per te
ſtimonium:qd̄ lex:vt appareat qd̄ latebat: Sicut paulopoſt
dicit: Sed peccatum vt appareat peccatū per bonum mihi Ibidem.
operatum eſt mortē. Poſuit aūt legem:dictū eſt:tanq̄ iugū
peccatoribus: Unde dicitur: Quia iuſto non eſt lex poſita. Te 1.Tim.1.
ſtimonium eſt igitur inquantū aliquid probat:lex aūt inquā
tum iubet:cum ſit vna eademq̄ res. Quocirca ſicut lapis chri Pſ.117.
ſtus:ſed credentibus in caput anguli: non credentibus aūt
lapis offenſionis ⁊ petra ſcandali: Ita teſtimoniū legis:eis
qui lege non legitime vtuntur:teſtimoniū eſt quo conuincā
tur puniendi peccatores: His vero qui ea legitime vtuntur: 1.Pet.2.
teſtimonium eſt quo demonſtratur ad quē liberandi cōfuge
re debēt peccatores. In eius enim gratia eſt iuſtitia dei:te
ſtimonium habens a lege ⁊ prophetis qua iuſtificatur im
pius: Quam quidā ignorantes:⁊ ſuā volentes conſtituere: Ro.10.
iuſtitie dei non ſunt ſubiecti. ⌊ Quanta: ⌋ inquit: ⌊ man
dauit patribus noſtris nota facere ea filijs ſuis:vt cogno
ſcat generatio altera. Filij qui naſcentur ⁊ exurgent:⁊ nar
rabunt filijs ſuis. ⌊ Ut ponant in deo ſpem ſuam:et nō obli
uiſcantur operū dei:⁊ mandata eius exquirant. Ne fiant ſi Al ſo† et aſ
cut patres eorum:generatio praua ⁊ † amaricans. Genera perans.
tio que non direxit cor ſuum:⁊ non eſt creditus cū deo ſpiri
tus eius. ⌋ Hec verba indicant duos quodāmodo populos
alterum ad vetus:alterū ad nouū teſtamentū pertinentem
Nam qd̄ ait. Quanta mandauit patribus noſtris:nota face
re ea filijs ſuis: Mandata eos accepiſſe dixit: nota ea face
re filijs ſuis:nō tamen eos agnouiſſe aut feciſſe: ſed ad hoc
acceperunt ipſi:vt cognoſcat generatio altera:qd̄ illa nō co
gnouit. Filij qui naſcentur ⁊ exurgent. Nā illi qui nati ſunt
nō exurrexerūt:qꝛ nō ſurſum cor:ſed in terra potius habue Col.3.
runt. Cum chriſto enī exurgitur: Unde dictū eſt: Si exurre
xiſtis cum chriſto:que ſurſum ſunt ſapite. Et narrent inquit Ro.10.
filijs ſuis:vt ponant in deo ſpem ſuam. Ita enim non ſuam Pſ.36.
iuſtitiam iuſti volunt conſtituere:ſed reuelant ad deū viam
ſuam:⁊ ſperant in eum:vt ipſe faciat. Et nō obliuiſcantur ope Phil.2.
rum dei: Magnificando ſcz et iactando opera ſua tanq̄ ipſi
faciant:cum deus ſit qui operatur in eis:qui bona operantur:
et velle ⁊ operari pro bona voluntate. Et mandata eius ex
quirant: Cum iam ea didicerint:quō exquirant? Quāta enī
inquit mandauit patribus noſtris:nota facere ea filijs ſuis:
vt cognoſcat gñatio altera. Quid cognoſcat? Utiq̄ māda
ta que mandauit. Quō ergo adhuc exquirant:niſi qꝛ ponē
do in deo ſpem ſuā? Tunc mādata eius exquirant:vt ab eis
illo adiuuāte cōpleantur. Ne fiant ſicut patres eorū generatio
praua ⁊ amaricans:generatio que non direxit cor ſuum. Et
dicit quare:continuo ſubiungendo: Et nō eſt creditus cum
deo ſpūs eius:id eſt qꝛ nō habebat fidē q̄ impetrat qd̄ lex impe
rat. Qñ enī cū ſpiritu dei operāte ſpiritus hominis coope
ratur:tunc qd̄ deus iuſſit impletur: Et hoc non fit niſi credēdo Ro.4.
in eum qui iuſtificat impium: Quam fidem nō habuit gene
ratio praua ⁊ amaricās. Et ideo de illa dictū eſt: Nō eſt cre
ditus cum deo ſpiritus eius. Multo enim hoc expreſſius di
ctum eſt:ad ſignificandam gratiā dei:que nō ſolum operatur
remiſſionē peccatorū:ſed etiam cooperantē ſibi facit hominis
ſpiritum:in opere bonorū factorū:quaſi diceret: Non credidit
deo ſpiritus eius. Hoc eſt enim habere cum deo creditū ſpi
ritum:non credere ſpiritum ſuū poſſe facere ſine deo iuſti
tiam:ſed cū deo. Hoc eſt enim credere in deū:qd̄ vtiq̄ plus 3.ſen.diſt.
eſt q̄ credere deo. Nam ⁊ homini cuilibet plerumq̄ creden 23.aliō eſt
dum eſt:q̄uis in eum non ſit credendū. Hoc eſt ergo crede
re in deum:credendo adherere ad bene cooperādum bona Joan.15.
operanti deo: Quia ſine me inquit nihil poteſtis facere. Quid
autem plus hinc apoſtolus dicere potuit q̄ qd̄ ait: Qui au 1.Cor.6.
tē adheret deo vnus ſpiritus eſt? Alioquin lex iſta teſtimo
nium eſt quo damnetur: non quo abſoluatur reus. Littera
enim eſt minax que conuincat preuaricatores: non ſpiritus
adiuuās qui liberet ⁊ iuſtificet peccatores. Generatio ergo
illa cuius exemplum cauendum eſt:ideo praua et amaricās
fuit: quia non eſt creditus cum deo ſpiritus eius: quia etſi
aliqua credi

aliqua credidit deo: non tamen credidit in deum. Non ex
fide adheſit deo: vt ſanata a deo bene cooperaretur coope
B rantem ſe deo. Deniqꝫ. ⌊ Filij ephrem intendentes ⁊ mittẽ
Al's† arcũ tes† arcus. conuerſi ſunt in die belli. ⌋ Perſequentes legẽ
Roma.9 iuſtitie: in legem iuſtitie non peruenerunt. Quare? Quia
non ex fide. Generatio enim erat, cuius ſpiritus cum deo
creditus nõ eſt: ſed tanq̃ ex operibus: quia non ſicut teten
dit miſit arcus quod foris appareret: tanq̃ in operibus le
Roma.1 gis: ita dixit ⁊ cor: vbi iuſtus viuit ex fide: que per dilectio
Gala.5. nem operatur qua inhereret deo qui operatur in homine
Philip.2. et velle ⁊ operari pro bona voluntate. Nam quid eſt aliud
tendere arcus ⁊ mittere ⁊ conuerti in die belli: niſi attende
re ⁊ promittere in die auditionis. ⁊ deſerere in die tentatio
nis: armis quaſi preludere: ⁊ ad bonũ certaminis nolle pu
gnare? Quod ſane ait tendentes ⁊ mittentes arcus: cũ de
buiſſe dicere videatur: tendentes arcus: ⁊ mittentes ſagit
tas: Non enĩ arcus mittitur: ſed ab arcu aliquid mittitur:
Aut illa locutio eſt de qua ſuperius diſſeruimus: vbi dictũ
eſt: Suſcitauit teſtimoniũ: quia ſuſcitauit aliquid teſtimo
nio: Ita ⁊ hic mittentes arcus: quia miſerunt aliquid arcu
bus: Aut obſcurus ordo verborum eſt cum ꝑtermiſſiõe ver
bi: quod etiam tacitum ſubaudiendum eſt: vt iſte ordo ſit:
Filij ephrem intendentes arcus ⁊ mittentes: ⁊ ſubaudiat
ſagittas: pleniuſqꝫ ſit ſenſus: tendentes arcus et mittentes
ſagittas: quia etiam ſi diceret: tendẽtes arcus ⁊ mittentes
ſagittas: nõ vtiqꝫ tendentes ſagittas intelligere deberem⁹:
ſed audito eo quod dixit: tendentes: ſubaudire potius ar
cum: q̃uis dictum nõ fuerit. Nonnulli ſane codices greci ha
bere dicuntur: tendentes ⁊ mittentes arcubus: vt ſine du
bitatione ſubaudiamus: ſagittas. Quod vero per filios
ephrem vniuerſam illam generationem amaricantem intel
ligi voluit: locutio eſt a parte totum ſignificãs. Et ideo for
taſſe electa eſt iſta pars: ex qua totus ille populus ſignifi
caretur: quia de his potiſſimũ boni aliquid expectandum
Gen.48 fuit: quia ex illo nati ſunt quem nepotem ſuũ iacob: q̃uis a
patre eius tanq̃ minorem ad ſiniſtram conſtitutum: manu
tamen dextera benedixit: eũqꝫ maiori fratri arcana bene
dictione prepoſuit: vt quod ita hoc loco tribus illa culpat:
nec aperuiſſe in ea qd̃ illa benedictio promittebat oſtendi
tur: ſatis intelligamus qd etiam tunc ex verbis patriarche
iacob: longe aliud figurabat: q̃ prudentia carnis expectat.
Mat.20 Figurabatur enĩ q̃ futuri eſſent nouiſſimi qui erant ꝑmi: ⁊
primi futuri eſſent qui erant nouiſſimi: per ſaluatoris aduẽ
Joan.1. tum: de quo dictum eſt: Qui poſt me venit: ante me factus
Gen.4.et eſt. Sic abel iuſtus maiori ꝑlatus eſt fratri: Sic hiſmaeli
21.et.25. iſaac: Sic eſau cõgemino ſuo: ſed tamen priꝰ nato ipſo ia
Gen.38. cob. Sic phares ⁊ ipſe congemino ſuo: qui priꝰ manum ex
1.Reg.16. vtero miſerat ⁊ ceperat naſci: ⁊ iam naſcendo ꝓceſſit. Sic
dauid maioribus prelatus eſt fratribus: Et propter quod
iſte omnes atqꝫ alie ſimilitudines nõ ſolum dictorũ: ſed etiã
factorum parabole preceſſerunt. Sic populo iudeorũ: pre
latus eſt populus chriſtianus: pro quo redimendo quẽad
modum abel a cain: ſic a iudeis occiſus eſt chriſtus. Hoc fi
Gen.4. guratum eſt enĩ etiam. cum iacob decuſſat in porrectis ma
nibus dextera tetigit ephrem ad ſiniſtram conſtitutũ: eũqꝫ
Gen.48 prepoſuit manaſſe ad dexteram conſtituto: quẽ ſiniſtra ipſe
tangebat. Nam ſm carnem filij ephrem: intendentes ⁊ mit
tentes arcus: conuerſi ſunt in die belli. Quid ſit autem qd̃
ait: Conuerſi ſunt in die belli: conſequentia docent: quibus
id apertiſſime expoſuit. ⌊ Non cuſtodierunt ⌋ inquit ⌊ te
D ſtamentum dei: ⁊ in lege eius noluerunt ambulare. ⌋ Ecce
quid eſt: Conuerſi ſunt in die belli: Non obſeruauerũt teſta
mentum dei. Ubi arcus tendentes ⁊ mittentes: etiam pro
miſſionis verba promptiſſime protulerunt dicentes: Que
Exod.19 cũqꝫ locutus eſt domin⁹ deus noſter: audiemus ⁊ faciem⁹.
Conuerſi ſunt in die belli: quia promiſſiorem obedientie:
non auditio: ſed tentatio probat. Cuius eſt autem cum deo
ſpiritus creditus: fidelẽ teret deum: qui non eum ꝑmittat
1.Cor.10: tentari ſuper id quod poteſt: ſed faciet cum tentatiõe etiã
exitum: vt poſſit ſuſtinere: ne conuertatur in die belli. Qui
autẽ in ſe non in deo gloriatur: quãtũuis iactet pollicitatio
1.Cor.1. nem virtutis ſue: velut tendẽs ⁊ mittens arcus: cõuertitur
in die belli. Quia enim non eſt creditus cum deo ſpiritus

eius: nõ eſt cum illo etiam ſpiritus dei. Et ſicut ſcriptũ eſt:
quia nõ credidit: ideo non protegetur. Quod vero cum di Eccl.2.
xiſſet: Non obſeruauerũt teſtamẽtum dei: adiecit ⁊ ait: Et
in lege eius noluerunt ambulare: Repetitio eſt ſuperioris
ſententie: cum quadam eius expoſitione. Hoc enĩ appella
uit legem eius: qd̃ ſupra dixerat teſtamentum dei: vt illud
quod dictum eſt: nõ cuſtodierunt: repetitum intelligatur:
in eo: ambulare noluerunt. Sed cum breuius dici poſſit: Et
in lege eius noluerunt ambulare: non nihil mihi videtur in
hoc verbo nos querere voluiſſe qd̃ maluit dicere: noluerũt
ambulare: q̃: non ambulauerunt. Poterat enim putari lex
operum quaſi ſufficere ad iuſtificationẽ: cum ea que preci
piuntur foriſecus fiunt ab eis hominibus qui mallent nõ
ꝑcipi qui nõ ex corde faciunt: ⁊ tamẽ faciũt: Ac ꝑ hoc quaſi
videntur ambulare in lege dei: ſed nolunt ambulare: Non
enĩ ex corde faciũt: ex corde autẽ nullo modo fieri poteſt:
quod formidine fit pene: non dilectione iuſtitie. Nam quã
tum attinet ad facta que foriſecus aguntur: ⁊ qui timent
penam: ⁊ qui amant iuſtitiam: non furantur: et ideo pares
ſunt manu: diſpares corde: pares opere: diſpares volunta
te. Ideo illi ſic notati ſunt: Generatio inquit que non dire
xit cor ſuum. Non dictum eſt opera: ſed cor. Recto enĩ cor
de: recta ſunt opera. Cum autem cor rectum non eſt: opera
recta nõ ſunt etiam ſi recta videantur. Et vnde cor non di
rexit praua generatio: ſatis aperuit cum ait: Et nõ eſt cre
ditus cum deo ſpiritus eius. Rectus eſt enim deus: ⁊ ideo
recte adherens: tanq̃ incõmutabili regule poteſt fieri re
ctum: quod in ſe fuit prauũ cor hominis. Ut autem cor cum
illo ſit: ⁊ per hoc rectum eſſe poſſit: acceditur ad eum: non
pede: ſed fide. Ideo dicitur etiam in epiſtola ad Hebreos
de illa ipſa generatione praua ⁊ amaricante: Non ꝓfuit ſer Hebr.4.
mo auditus illis: non contemperans fidei eorũ qui obau
dierunt. Uoluntas igitur que eſt in corde recto: paratur a
dño: fide precedente: quia acceditur ad deum directum: vt
cor fiat rectum. Que fides ꝓueniente ⁊ vocante: miſericor
dia dei: per obedientiam ſuſcitatur: ⁊ applicare incipit ad
deum cor vt dirigatur: vt quãto magis magiſqꝫ dirigit: tã
to magis videt qd̃ nõ videbat: ⁊ valet qd̃ nõ valebat. Hoc nõ
fecerat ſimõ: cui petrus apoſtolus dixit: Nõ eſt tibi pars neqꝫ Actuũ.8.
ſors in hac fide. Cor enim tuũ nõ eſt rectũ cũ deo. Ibi enĩ
oſtẽdit q̃ non poteſt eſſe rectũ ſine deo: vt incipiant homi
nes nõ tanq̃ ſerui ſub lege ambulare metuentes: ſed in le
ge tanq̃ filij volentes: in qua illi ambulare noluerũt: ⁊ ſub
illa rei remanſerunt. Hanc enĩ voluntatem non timor: ſed Roma.5
charitas habet. que diffunditur in cordibus credentium ꝑ
ſpiritũ ſanctum. Quibus dicitur: Gratia ſalui facti eſtis per Ephe.2.
fidem: ⁊ hoc nõ ex vobis: ſed dei donũ eſt: nõ ex operibus:
ne forte quis extollatur: Ipſius enim ſumus figmẽtũ crea
ti in chriſto ieſu: in operibus bonis que preparauit deus: vt
in illis ambulemus: Non quomodo iſti q̃ in lege eius nolue
runt ambulare: nõ credendo in eum: neqꝫ viam ſuam reue
lando ad eum: ⁊ ſperando in eum vt ipſe faceret. ⌊ Et obli
ti ſunt† beneficiorum eius: ⁊ mirabilium eius que oſtendit Al's† bene factor.
eis: Coram patribus eorum fecit mirabilia. Quid ſit hoc:
nõ eſt queſtio negligenda. De ipſis patribus pauloante di
cebat: quod fuiſſet generatio praua ⁊ amaricans. Ne ſiant
inquit ſicut patres eorum generatio praua ⁊ amaricãs: ge
neratio que nõ direxit cor ſuum: ⁊ cetera que adhuc de ipſa
generatione dicuntur: Cuius imitationem eo modo canen
dam precipit alteri generationi vt ponant in deo ſpem ſuã
⁊ non obliuiſcantur operum dei: ⁊ mandata eius exquirãt:
De quibus iam ſatis quod viſum eſt diſſeruimus. Quid ſi
bi ergo vult cum de ipſa generatione praua loquatur: quo
modo obliti ſunt beneficiorum dei: ⁊ mirabilium eius que
oſtendit eis: quod addidit ⁊ dicit: Coram patribus eorum
fecit mirabilia: Quibus patribus cum ipſi ſint patres eo
rum: quorum nõ vult eſſe poſteros ſimiles? Si illos accepe
rimus ex quibus iſti nati erãt: velut abraam: iſaac: ⁊ iacob:
iam olim dormierant: quando mirabilia deus oſtendit in
egypto. Sequitur enim. ⌊ In terra egypti: in cãpo thanes
os. ⌋ Ubi dicit oſtendiſſe deum iſtis mirabilia coram patri
bus eorum: An forte ſpiritu preſentes erant: quia de ipſis
domin⁹ in euangelio ait: Omnes enĩ illi viuũt? An accom Luce.20

modatius accipimus patres moyſen ⁊ aaron: aliosq; ſenio-
res qui cõmemorantur in eadem ſcriptura etiam ſpiritum
Nume.11 accepiſſe vnde acceperat ⁊ moyſes: vt eum adiuuarent ad
eũdem populum regendum ac ferendum? Cur enim nõ ap
pellarentur patres? Non ſicut deus pater vnus eſt qui re-
generat ſpiritu ſancto quos facit filios ad eternam heredi
tatem: ſed honoris gratia propter etatem curãq; pietatis.
1.Cor.4. Sicut paulus ſenior dicit: Non vt confundam vos hec ſcri
bo: ſed vt filios meos chariſſimos moneo: cum ſciret vtiq; a
Mat.23. domino dictum: Ne vobis dicatis patrem in terra: vnus eſt
enĩ pater veſter deus. Quod nõ ideo dictum eſt: vt hoc vo-
cabulum honoris humani de loquendi conſuetudine tolle-
retur: ſed ne gratia dei qua in eternam vitã regeneramur:
nature: vel poteſtati: vel etiam ſanctitati cuiuſcũ hominis
tribueretur. Ideo cum diceret: Ego vos genui: predixit in
chriſto ⁊ per euãgelium: ne ipſius putaretur eſſe quod dei
eſt. Ergo illa generatio praua ⁊ amaricans: obliti ſunt bñfi
ciorum dei: ⁊ mirabilium eius que oſtendit eis coram patri
bus eorum que fecit mirabilia in terra egypti: in cãpo tha-
R neos. Et incipit eadem mirabilia cõmemorando retexere.
Que ſi parabole ſunt ⁊ propoſitiones: profecto ad aliquid
comparandum referende ſunt: Nec oculum intentionis de
bemus auferre ab eo quod pſalmus iſte intendit oſtende-
re: hunc eſſe fructum omniũ que dicuntur: ⁊ quare admo-
niti ſumus: hec intentiſſime audire deo dicente: Attendite
populus meus legem meam: inclinate aurem veſtram in
verba oris mei: Ut ponamus in deo ſpem noſtrã: ⁊ ne obli-
uiſcamur operum dei: ⁊ mandata eius exquiramus: ne ſia
mus ſicut illi patres: generatio praua ⁊ amaricans: genera
tio que cor non direxit ſuum: ⁊ non eſt creditus cũ deo ſpi
ritus eius. Ad hoc ergo omnia referenda ſunt: ac per hoc
quicquid figurata actione iſta ſignificant: ita fieri poſſunt
ſpiritualiter in homine: vel gratia dei ſi bona ſunt: vel iudi
cio dei ſi mala ſunt: ſicut illa bona facta ſunt in iſraelitas:
vel mala ⁊ in ipſos: ⁊ in eorum inimicos. Que ſi non obliui
ſcamur: ſed in deo ſpem noſtram ponamus: nec ipſius gra
tie ſimus ingrati: eũq; timeamus: non timore ſeruili quo ſo
la mala corporalia formidantur: ſed timore caſto permanẽ-
te in ſeculum ſeculi: qui timor magnam eſſe indicat penam
priuari luce iuſtitie: non efficiemur tanq̃ patres illi gene-
ratio praua ⁊ amaricans. Terra itaq; egypti: in figura intel
ligẽda eſt huius ſeculi. Cãpus thaneos planities eſt mãdati
humilis: nã mãdatũ hũile interp̃tat̃ thanis. In hoc ḡ ſeculo
Exo.40 humilitatio mandatũ ſuſcipiamus: vt in alio ſeculo exalta
Al†nõ hz tionem quã promiſit qui propter nos hic factus eſt humi-
Al†iterru lis: accipere mereamur. ⌊Nam qui† dirupit mare ⁊† traie
pit. cit eos: † ſtatuit aquas quaſi in† vtres.⌋ Ut ſic ſtaret vn-
†induxit da tanq̃ fuiſſet incluſa: poteſt per ſuam gratiam cohibere
†et fluida ⁊ labentia concupiſcentiarum carnalium: cum huic
Al†vtre. ſeculo renũciatur: vtitanq̃ inimicis peccatis omnibus per-
Al†Et de deletis fidelium populus per ſacramentum baptiſmatis
duxit traijciatur. ⌊† Qui eduxit eos in nube diei: ⁊ tota nocte in
Ibidem illuminatione ignis.⌋ Poteſt etiam ſpiritualiter dirigere
Põ.118.C itinera: ſi ad eum clamet fides: Itinera mea dirige ſm ver
Prou.4 bum tuum. De quo alibi dicitur: Ipſe enĩ rectos faciet cur
ſus tuos: et itinera tua in pace pducet per ieſum xp̃m dñm
noſtrũ: Cui' in h' ſeculo tanq̃ in die ſacramẽtũ manifeſtatũ
eſt in carne velut in nube: in iudicio vero tãq̃ in terrore no
Exo.17 cturno: quia tunc erit magna tribulatio ſeculi tanq̃ ignis:
Al†iter- ⁊ lucebit iuſtis: ⁊ ardebit iniuſtis. ⌊Qui† dirupit i deſer-
rupit pe- to petrã: ⁊ adaquauit eos† ſicut in abyſſo multa: ⌊Et edu-
trã in ere- duxit aquam de petra: et deduxit tanq̃ flumina aquas.⌋
mo. Poteſt vtiq; ſitientis fidei donum ſpiritusſancti quod illa
Al.†velut res geſta ſpiritualiter ſignificabat infundere de ſpiritali ſe
Joan.7. quente petra quod eſt chriſtus: qui ſtabat ⁊ clamabat: Si
quis ſitit: veniat ad me: Et: Qui biberit de aqua quam ego
dabo: flumina aque viue fluent de ventre eius. Hoc enim
dicebat ſicut in euãgelio legitur de ſpiritu quem accepturi
ri erant credentes in eum. Ad quem velut virga ligni paſ
X ſionis acceſſit: vt emanaret credentibus gratia. Et tamen
Al†Et. illi tanq̃ generatio praua et amaricans. ⌊† Appoſuerunt
Joan.16 adhuc peccare ei:⌋ Id eſt non credere. Nam hoc eſt pec-
catum de quo arguit ſpiritus mundum: ſicut dominꝰ dicit:
De peccato quidem: quia non crediderunt in me. ⌊Et† ex- Al.†in ira
acerbauerũt altiſſimũ in ſiccitate.⌋ Quod alij codices ha- excitaue-
bent: ⌊in inaquoſo.⌋ Quod de greco eſt expreſſius: nec runt excel
aliud q̃ ſiccitatem ſignificat. Utrum in alia eremi ſiccitate: ſum.
an potius i ſua? Quia licet bibiſſent de petra: nõ ventres:
ſed mentes aridas habebant: nulla virentes fecunditate
iuſtitie. In qua ſiccitate magis fideliter deo ſupplices eſſe
debuerant: vt qui ſatietatem donauerat faucibus: equita-
tem donaret ⁊ moribus. Ad eum quippe fidelis anima cla
mat: Oculi mei videant equitatem. ⌊Et tentauerunt deũ Põ.16
in cordibus ſuis: vt peterẽt eſcas animabus ſuis.⌋ Aliud Nume.11
eſt petere credẽdo: aliud tentando. Deinde ſequitur. ⌊Et
† detraxerunt de deo ⁊ dixerunt: nunquid poterit deꝰ pa- Al†male
rare menſam in deſerto? Quoniam percuſſit petram ⁊ flu- locuti ſūt
xerunt aque: ⁊ torrentes inundauerunt: Nunquid ⁊ panes
poterit dare: aut parare menſam populo ſuo?⌋ Nõ credẽ
tes ergo petierunt eſcas animabus ſuis Non ſic apoſto-
lus iacobus eſcam mentis precepit poſtulari: ſed a cre-
dentibus eam peti admonet: nõ a tentantibus atq; detra-
hentibus deo: Si quis autem veſtrum indiget ſa- Jacobi.1.
pientia poſtulet a deo: qui dat omnibus affluenter et non
improperat: ⁊ dabitur ei: Poſtulet autem in fide nihil heſi
tans. Hanc fidem non habebat generatio que cor non dire
xit ſuum: ⁊ non eſt creditus cum deo ſpiritus eius. ⌊† Pro Al†Ideo
pter hoc audiuit dominus ⁊ diſtulit: ⁊ ignis accẽſus eſt in
iacob: ⁊ ira dei aſcendit in iſrael.⌋ Expoſuit quid ignem
dixerit. Iram quippe appellauit ignem: q̃q̃ multos ꝓpe
etiam ignis accẽderit. Quid ergo eſt quod ait: Audiuit do
minus ⁊ diſtulit? An diſtulit eos introducere in terram ꝓ-
miſſiõis quo ducebantur: quod intra paucos dies fieri po
terat? Sed propter peccata in eremo fuerant conterendi:
vbi et xõtriti ſunt per quadraginta annos. Quod ſi ita eſt:
diſtulit ergo populum: non iſtos ipſos qui tentantes detra
hebant deo. Nam omnes in heremo perierunt: et filij eo-
rum in terram promiſſionis ingreſſi ſunt. An diſtulit penã
vt prius ſatiaret etiam infidelem concupiſcentiam: ne pro
pterea putaretur iratus: quia h[illegible] ab illo licet tentantes ⁊
detrahentes petebant quod facere non poſſet? Audiuit er
go ⁊ diſtulit vindicare: ⁊ poſte. ꝙ fecit quod eum illi face-
re non poſſe putauerunt: tunc ira aſcendit in iſrael. Deniq;
vtrunq; breuiter poſitum: deinceps aperte ordinem narra
tionis exequitur. ⌊Quia non crediderunt in deo: nec ſpera
uerunt in ſalutare eius.⌋ Namq; cum dixiſſet: quare ignis
accenſus eſt in iacob: ⁊ ira aſcendit in iſrael: id eſt quia nõ
crediderunt in deo: nec ſperauerunt in ſalutari eius: con-
tinuo ſubijciens q̃ euidentius beneficijs ingrati fuerunt.
⌊Et mandauit⌋ inquit ⌊nubibus deſuper: et ianuas celi Exo.16.
aperuit: Et pluit illis manna ad manducandum: ⁊ panem Sap.16
celi dedit eis. Panem angelorum manducauit homo:ciba
ria miſit eis in† abundantiam. Tranſtulit auſtrum de ce- Al†abū
lo: et induxit in virtute ſua aphricum. Et pluit ſuper eos ſi dãtia.
cut puluerem carnes: et ſicut arenam maris volatilia pẽ- Nume.11.
nata. Et ceciderũt in medio caſtrorum eorum: circa taber-
nacula eorum. Et manducauerunt et ſaturati ſunt nimis:
et deſiderium eorum attulit eis: non ſunt† priuati a deſide Al† frau
rio ſuo.⌋ Ecce quare diſtulerat. Quid autem diſtulerat: dati
audiamus. ⌊Adhuc† eſca erat in ore ipſorum: ⁊ ira dei aſcẽ al†eſce eo
dit† in eos.⌋ Ecce quid diſtulerat. Prius enim diſtulit: et rũ erant.
poſtea ignis accenſus eſt in iacob: ⁊ in ira aſcendit in iſrl̃. Al†ſup
Diſtulerat ergo vt prius faceret quod eum facere nõ poſ- eos
ſe crediderant: deinde infert quod eos pati oportebat. Nã
ſi ponerent in deo ſpem ſuam: non ſolum eis illa deſideria
carnis: ſed etiam ſpiritus implerentur. Qui enim manda-
uit nubibus deſuper: et ianuas celi aperuit: et pluit illis
manna ad manducandum: ⁊ panem celi dedit eis: vt pa-
nem angelorum mãducaret homo: qui cibaria miſit eis in
in abundantia: vt ſatiaret incredulos: non eſt inefficax da
re credentibus verum ipſum de celo panem: quem manna
ſignificabat: qui vere cibus eſt angelorum: Quod dei ver-
bum corruptibiles incorruptibiliter paſcit: quod vt mãdu Joan.1.
caret homo: caro factum eſt: et habitauit in nobis. Ipſe enĩ
panis per nubes euangelicas vniuerſo orbi pluitur: ⁊ aper
tis predicatorum cordibus tanq̃ celeſtibus ianuis: non
murmuranti

murmuranti ⁊ tentanti ſynagoge:ſed credenti ⁊ in illo ſpē
ponenti eccleſie predicatur. Qui tranſtulit auſtrum de ce
lo:⁊ induxit in virtute ſua aphricū:⁊ pluit ſuper eos ſicut
puluerem carnes:⁊ ſicut arenam maris volatilia pennata:
Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum:circa tabernacu
la eorum:Et manducauerunt:⁊ ſaturati ſunt nimis: ⁊ deſi
derium eorum attulit eis:nec ſunt priuati a deſiderio ſuo.
Poteſt ⁊ non tentantium:ſed credentium paruulam fidē:
carne editis vocum ſignis: ⁊ per aerem tranſcurrentibus
tanꝗ volatilibus paſcere:non tamen ab aquilone venien
tibus:vbi frigus ⁊ caligo preualent:id eſt eloquentia que
huic ſeculo placet:ſed transferendo auſtrum de celo. Quo
niſi ad terras? Ut qui in fide ſunt paruuli:audiendo terre
ſtria nutriantur ad capienda celeſtia: Si enim terreſtria
Joan.3. inquit dixi vobis:⁊ non creditis:quomodo ſi celeſtia dixe
ro vobis:credetis? Tranſlatus enim erat ille de celo quo
1.Cor.3. dammodo vbi mente exceſſerat deo vt temperans eis
2.Cor.12 eſſet quibus dicebat: Non potui vobis loqui quaſi ſpiri
tualibus: ſed quaſi carnalibus. Ibi enim audierat ineffa
bilia verba:que in terra illi non licebat loqui per verba ſo
nantia quaſi per volatilia pennata. Et inducendo in vir
tute ſua aphricum:hoc eſt per ventos meridianos feruen
tes ⁊ lucentes predicantiū ſpiritus: Et hoc in virtute ſua:
ne ſibi tribuat aphricus quod habet ex deo. Uenerūt autem
vltro iſti venti ad homines:⁊ apportant eis verba diuinitꝰ
miſſa:vt in ſuis ſedibus ⁊ circa tabernacula ſua colligātur
eiuſmodi volatilia:⁊ adoret vnuſquiſqꝫ dominū de loco ſuo:
omnes inſule gentium. Sed infidelibꝰ tanꝗ praue ⁊ ama
ricanti generationi.cū adhuc eſca eſſet in ore ipſorū:ira dei aſcē
dit in eos. Et occidit ī plurimis eorū. Hoc eſt plurimos
eorū. Uel ſicut nōnulli codices hñt: Pingues eorū. Qđ quidē
in grecis quos habuimus: non inuenimus: Sed ſi hoc eſt
verum:quid aliud intelligendi ſunt pingues eorum:niſi in
Ps.72 ſuperbia preualentes:de quibus dicitur: Prodijt quaſi ex
adipe iniquitas eorū? Et electos iſrael impediuit. Erāt
illic etiam electi: quorū fidei non contemperabatur genera
tio praua ⁊ amaricans. Impediti ſunt autem ne aliquid eis
prodeſſent: quibus paterno affectu conſulere cupiebant.
Quibus enī deus iraſcitur: quid miſericordia conferetur
humana? An potius ſimul cum eis compeditos etiam ele
ctos intelligi voluit:vt qui mente ⁊ vita diſcernebantur ad
exemplum:non iuſtitie tantum:ſed etiam patientie cum il
lis moleſtias ſuſtinerent? Nam ſanctos cum peccatoribus
non ob aliam forſitan cauſam etiam captiuos ductos eſſe
didicimus:quoniam in grecis codicibus nō ενεποδισεν
quod eſt impediuit:ſed συνεποδισεν legimus: qđ eſt po
tius compediuit. Sed generatio praua ⁊ amaricans. In
N omnibus his peccauerunt adhuc: ⁊ non crediderunt in mi
rabilibus eius. Et defecerūt in vanitate dies eorum. Cū
poſſent ſi crederent dies in veritate ſine defectu hře apud
eum cui dictum eſt: Anni tui non deficient. Defecerūt ergo
Ps.101 in vanitate dies eorum. Et anni eorum cum feſtinatiōe.
Feſtinatur quippe tota vita mortalium:⁊ que videtur pro
lixior:vapor eſt aliquanto diuturnior. †Uerūtamen cum
Al.†nō h3 occideret eos:querebant eum. Non propter eternam vi
tam:ſed vaporem citius finire metuentes. Querebāt ergo
eum: non vtiqꝫ hi quos occiderat: ſed qui exemplo eorum
occidi timebant. Sic aūt de illis ſcriptura locuta eſt: tāꝗ
hi deū quererent qui occidebant:q2 vnus populus erat: tāꝗ
de vno corpore dicitur. Et reuertebant ⁊ diluculo venie
bant ad eum. Et rememorati ſunt †quoniā deus eſt adiu
Alb†quia tor eorum: et deus excelſus redemptor eorum eſt. Sed
hoc totum propter acquirenda temporalia bona: ⁊ vitan
da temporalia mala. Nam qui propter beneficia terrena
deum querebant:non vtiqꝫ deum:ſed illa querebant:quia
eo modo timore ſeruili non liberali dilectiōe deus colitur.
Sic ergo deus non colitur:hoc enī colitur quod diligitur.
Unde quia deus rebus omnibus maior ⁊ melior inuenitur
plus omnibus diligendus eſt vt colatur. Deniqꝫ hic ſequē
tia videamus. Et dilexerunt eum inquit in ore ſuo:et
†in lingua ſua mentiti ſunt ei. Cor autem ipſorum nō erat
Al.†nō h3 rectum cum eo: nec fideles habiti ſunt in teſtamēto eiꝰ.
Aliud in lingua eorum:aliud in corde eorū inueniebat: cui

ſecreta hominū nuda ſunt:⁊ ſine vllo obſtaculo quid potiꝰ
amarent:videbat. Rectum itaqꝫ cor eorū cum deo eſt: quando
propter deum querit deum. Unam quippe concupiuit a do Ps.26
mino:hanc requiret:vt inhabitet in domo domini ſemper:
⁊ contempletur eius delectationem: Cui dicit cor fideliū:
ſaturabor:non ollis carnium egyptiorum:nec melonibus ⁊ Exo.16
peponibus ⁊ allijs ⁊ cepis (que generatio praua ⁊ amaricās
etiam pani celeſti preferebat) nec manna viſibili atqꝫ ipſis
volatilibus pennatis:ſed ſaturabor cum manifeſtabit glo Ps.16
ria tua. Hec eſt enim hereditas noui teſtamenti: in quo illi
fideles habiti non ſunt:cuius tamen fides etiam tunc quā
do velabatur erat in electis: ⁊ nunc quando iam reuelata
eſt:non eſt in multis vocatis. Multi enim ſunt vocati:pau Mat.20
ci autem electi. Talis ergo erat generatio praua ⁊ amari
cans:etiam cum deum querere videretur: diligens in ore:
⁊ in lingua mentiens:in corde autem nō recto cum deo:vbi
ea potius diligebat propter que dei adiutorium require
bat. Ipſe aūt eſt miſericors:et propitius fiet peccatis eorū:⁊ O
nō diſperdet eos. Et abūdauit vt †auerteret irā ſuā: nō accē Als†auer
dit oēm irā ſuā. Et recordatꝰ eſt q2 caro ſunt:ſpūs vadēs et tat.
non †reuertens. In his verbis multi ſibi iniquitatis im al†redijs
punitatē de diuina miſericordia pollicentur: etiam ſi tales
eſſe perſtiterint: qualis generatio iſta deſcribitur praua et
amaricans que cor non direxit ſuum:⁊ non eſt creditus cū
deo ſpiritus eius:quibus conſentire non expedit. Si enim
vt ſm ipſos loquar:deus fortaſſe non perdet nec malos:ſi
ne dubio non perdet bonos: Cur ergo non potius id eligi
mus: vbi dubitatio nulla eſt? Nam qui in lingua ſua men
tiuntur illi:cum aliud habeat cor eorum: putant vtiqꝫ vo
lunt quando penam eternam talibus comminatur: etiam
deum eſſe mendacem. Sed cum ipſi eum mentiendo non
fallant:ille verum dicēdo nō fallit. Hec itaqꝫ verba diuino
rum eloquiorum de quibus ſibi generatio praua blāditur:
non ea deprauet ſicut cor ſuū:quia ⁊ illo deprauato: iſta re
cta perſiſtunt. Primo quippe ſm hoc intelligi poteſt quod
in euangelio ſcriptum eſt: Ut ſitis ſicut pater veſter qui in Matth.5.
celis eſt:qui facit oriri ſolem ſuum ſuper bonos ⁊ malos:et
pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos. Quis enim non videat quan
ta miſericordie patientia malis parcat? Sed ante iudiciū.
Sic ergo pepercit illi genti: vt non accenderet omnem irā
ſuam ad eam penitus eradicandam atqꝫ finiēdam: Quod
in verbis eius ⁊ interceſſione pro peccatis eorum moyſi ſer
ui eius euidenter apparet:vbi deus dicit: Deleam eos:⁊ fa Exo.32
ciam te in gentem magnam. Ille intercedit paratior dele
ri pro ipſis ꝙ ipſos:ſciens apud miſericordem ſe id agere:
qm quoniam nullo modo deleret ipſum:etiā illis ipſis par
ceret propter ipſum. Uideamus enim quātam pepercerit:
⁊ adhuc parcat. Nam introduxit eos in terram promiſſio
nis:et ſeruauit eam gentem quouſqꝫ ſe chriſtum interficiē
do ſceleri omniū maximo colligarent: Quod eos ex illo re
gno eradicatos:per cuncta gētium regna diſſeminauit: nō
vtiqꝫ deleuit: ſed manet idem populus prolis ſucceſſione
ſeruatus: Uelut cain ſigno accepto: ne quis eum occidat: Gen.4
id eſt penitus perdat. Ecce quēadmodum impletur quod
dicitur: Ipſe autem eſt miſericors: et propitius fiet pecca
tis eorum:et non diſperdet eos:⁊ abundauit vt auerteret
iram ſuam:⁊ nō accendit omnem iram ſuam:quia ſi omnis
ira eius:id eſt quantum digni ſunt in eos accenderet:gens
illa nulla relinqueretur. Ita deus cui cantatur:miſericor
dia ⁊ iudicium. Et in iſto ſeculo per miſericordiam facit ori Ps.100
ri ſolem ſuum ſuper bonos ⁊ malos:et in fine ſeculi per iu Matth.5.
dicium ab eterna luce ſua ſeparatos: eternis tenebris pu P
nit malos. Deinde ne vim diuinis verbis inferre videamur
⁊ vbi dictum eſt: Non perdet eos:nos dicamus:ſed poſtea
perdet eos. De hoc ipſo preſenti pſalmo: vſitatiſſimam ſcri
pture locutionem aduertamus: vnde iſta queſtio multo
diligentius veriuſqꝫ ſoluatur. Certe de his ipſis loquens
paulopoſt:cum cōmemoraſſet que propter eos egyptij per
peſſi fuerant:cōmemorans etiam vltimam plagam: Et per
cuſſit inquit omne primitiuum in terra egypti:primitias la
boris eorū in tabernaculis cham. Et abſtulit ſicut oues po
pulum ſuū:⁊ perduxit eos tanꝗ gregem in deſerto. Et edu
xit eos in ſpe ⁊ non timuerunt:⁊ inimicos eorū operuit ma

re: Et eduxit eos in montem ſanctificationis ſue: montem
quem acquiſiuit dextera eius: Et eiecit a facie eorum gen-
tes: ⁊ ſorte diſtribuit eis terram in funiculo diſtributionis.
Si quis ad hec verba nobis inferens queſtionē dicat: quo-
modo eis hec omnia collata eſſe commemorantur: cum ipſi
non fuerint perducti in terram promiſſionis: qui ab egy-
pto liberati ſunt: quoniam illi mortui ſunt: quid reſponde-
bimus niſi eos dictos: quia idem ipſe populus fuit per ſuc
ceſſiones filiorum? Sic ergo cum audiuimus maxime: quia
futuri temporis verba ſunt: Et propitius fiet peccatis eo-
rum: et non diſperdet eos: ⁊ abūdauit vt auertat iram ſuā:
⁊ non accēdit omnem iram ſuam: Intelligamus in his im-
Roma. 11. pletum: de quibus dicit apoſtolus: Sic ergo ⁊ in hoc tem-
pore reliquie per electionem gratie: ſalue facte ſunt. Unde
etiam dicit: Nunquid repulit deus plebem ſuam? Abſit.
Ibidem Nam et ego iſrælita ſum ex genere iſrael: de tribu benia-
min: hebreus ex hebreis. Hos igitur ſcriptura preuidit qui
in chriſtum fuerāt ex iſto populo credituri: ⁊ accepturi pec
catorum remiſſionem: vſqꝫ ad illud maximum: quo inſani-
entes ipſum medicum peremerunt. Hinc omnino dictum
eſt: Ipſe autem eſt miſericors: ⁊ propitius fiet peccatis eo-
rum: et non diſperdet eos: ⁊ abundauit vt auerteret iram
ſuam: quia etiam illud remiſit: quod ab eis vnicus filius eius
occiſus eſt. Et non accendit omnem iram ſuam: quia reli-
quie ſalue facte ſunt. Et recordatus eſt: quia caro ſunt: ſpi
Q ritus vadens ⁊ non reuertens. Ideo eos vocando et miſe-
rando per ſuam gratiam ipſe reuocauit: quia per ſeipſos
redire non poſſent. Quomodo enim redit caro ſpiritus am-
bulans ⁊ non reuertēs: vrgente ſe in ima malorum atqꝫ lon
ginqua pondere meritorum: niſi per electionem gratie: q̃
Roma. 4. non meritis tanq̃ merces redditur: ſed tanq̃ donum gra-
Mat. 12. tis datur: vt iuſtificetur impius: ⁊ redeat ouis perdita: nō
tamen in viribus ſuis: ſed in humeris reportata paſtoris: q̃
ſe perdere potuit: dum ſponte vagaretur: ſe autem inueni-
re non potuit? Nec omnino inueniretur: niſi paſtoris miſeri
cordia quereretur. Non enim ⁊ ille filius ad hanc ouem nō
Luce. 15. pertinet: qui reuerſus in ſemetipſum dixit: Surgam et ibo
ad patrem meum: Occulta itaqꝫ vocatione ⁊ inſpiratione
etiam ipſe queſitus eſt: et reſuſcitatus: non niſi ab illo qui
viuificat omnia. Et inuentus: a quo: niſi ab illo qui perre-
Luce. 19 xit ſaluare et querere quod perierat? Mortuus enim erat
et. 15. ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuentus eſt. Nam ⁊ illa nō leuis ſic ſol-
ueretur queſtio quod in Prouerbijs ſcriptum eſt: cum deuia
Prouer. 2. iniquitatis ſcriptura loqueretur: Omnes qui ambulant in
eam non reuertētur. Sic enim dictum eſt: quaſi de iniquis
hominibus deſperandum ſit. Scriptura vero gratiam com
mendauit: quia per ſeipſum homo poteſt in illa ambulare:
non poteſt autem per ſeipſum redire: niſi gratia reuocatus.
Hi ergo praui ⁊ amaricantes: Quotiens exacerbauerunt
Al † nō hꝫ eū in deſerto: † ⁊ in ira concitauerunt eum in inaquoſo: Et
conuerſi ſunt ⁊ tentauerunt deum: ⁊ ſanctum iſrael exacer-
bauerunt. Eandem illorum infidelitatem repetit: quam
ſuperius iam cōmemorauerat: Sed repetendi cauſa eſt: vt
commemorētur plage quas inflixit egyptijs propter illos:
Que omnia vtiqꝫ recordari debuerunt: neqꝫ exiſtere ingra
ti. Deniqꝫ quid ſequitur? Nō ſunt recordati manus eius:
die qua redemit eos de manu tribulantis. Et incipit di-
al † Sicut cere que fecit egyptijs † Poſuit in egypto ſigna ſua: ⁊ pro
R digia ſua in campo thaneos. Et conuertit in ſanguinem flu
Exod. 7. mina eorum: et imbres eorum ne biberent. Uel potius:
manationes aquarū. Sicut nōnulli melius intelligunt:
quod grece ſcriptum eſt τα ομβρηματα: quas latine ſcatu
rigines dicimus: ab imo aquas ebullientes. Foderunt enim
Exod. 8. egyptij: ⁊ ſanguinem pro aquis inuenerunt. Miſit in eos
Pſ. 104. cynomyam et comedit eos: et ranam et diſperdidit eos. Et
Al † fruct⁹ dedit erugini † fructum eorum: ⁊ labores eorum locuſte.
Exod. 10. Et occidit in grandine vineas eorum: et moros eorū in prui
Exod. 9 na. Et tradidit grandini iumenta eorum: et poſſeſſionem
eorum igni. Miſit in eos iram indignationis ſue: indigna-
Alio † immiſ tionem ⁊ iram et tribulationem: † immiſſionem per ange-
ſiones. los malos. Uiam fecit ſemite ire ſue: ⁊ non pepercit a morte
Exod. 9. animarum eorum: et iumenta eorum in morte concluſit.
Al's † pmo Et percuſſit omne † primitiuum in terra egypti: primitias

† laborum ſuorum in tabernaculis cham. Hec omnes egy genitum
ptiorum pene allegorica interpretatione exponi poſſunt: † oīs labo
prout ea quiſqꝫ intelligere: ⁊ rebus ad quas referende ſunt rū eoꝝ.
cōparare voluerit. Quod nos quoqꝫ facere tentabimus: tan Exod. 12.
to aptius facturi: quanto magis diuinitus fuerimus adiu Pſ. 134.
ti. Ad hoc enim pſalmi huius illa verba conſtringunt: vbi et. 135.
dictum eſt: Aperiam in parabolis os meum: eloquar propo
ſitiones ab initio. Propter hoc quippe etiam aliqua hic di-
cta ſunt: que omnino accidiſſe egyptijs non legimus: cum
omnes eorum plage in Exodo diligentiſſime ex ordine con-
tentur: vt quoniam id quod ibi non dictum eſt: non fru-
ſtra in pſalmo dictum certi ſumus: neqꝫ id interpretari niſi
figurate poſſumus: ſimul intelligamus etiam cetera que fa
cta eſſe conſtat: ob aliquam figuratam ſignificationem fa-
cta atqꝫ conſcripta. Facit enim hoc ſcriptura in multis lo-
cis propheticorum eloquiorum: Dicit aliquid quod in illa re
geſta quam videtur commemorare non inuenitur: immo et
aliter eſſe inuenitur: vt hinc intelligatur non hoc dicere q̄d
poteſt putari: ſed aliud potius quod magis debet aduerti:
ſicut eſt illud: Dominabitur a mari vſqꝫ ad mare: ⁊ a flumi Pſ. 71.
ne vſqꝫ ad terminos orbis terre: Quod in illius ſalomonis
regno conſtat nō eſſe completum: de quo putari poſſet iſte
pſalmus loqui cum de chriſto domino loqueretur. In pla-
gis ergo egyptiorum que ſunt in libro qui Exodus nomi-
natur: vbi maxime ſcriptura curauit: vt ea quibus afflicti
ſunt: omnia ex ordine dicerentur: non inuenitur quod ha-
bet iſte pſalmus: Et dedit erugini fructus eorum. Illud
etiam quod cum dixiſſet: Et tradidit grandini iumenta eo
rum: addidit: Et poſſeſſionem eorum igni. De iumentis grā Exod. 9
dine occiſis legitur in exodo. ꝙ vero poſſeſſio eorum igne
cremata ſit: omnino non legimus: Quāuis voces ⁊ grandi
nes cum igne fierent: ſicut tonitrua cum fulgoribus ſolent:
non tamen ſcriptum eſt aliquid traditum igni vt arderet.
Deniqꝫ mollia que ledere grando non poterat: dicunt non
eſſe percuſſa: id eſt duris ictibus leſa: que poſtea comedit
locuſta. Item quod hic dicitur: Et moros eorum in pruina:
non eſt in Exodo: Multum enim pruina diſtat a grandine.
Nam ſerenis hyemalibus noctibus pruina terra caneſcit.
Quid ergo iſta ſignificent: dicat tractator vt poteſt: iudicet S
lector ⁊ auditor vt iuſtum eſt. Aqua in ſanguinem conuer-
ſa mihi videtur ſignificare de rerum cauſis ſentire carna-
liter. Cynomya: canini mores ſunt: qui nec parentes quan
do naſcuntur vident. Rana eſt loquaciſſima vanitas. Ru-
bigo occulte nocet: quam etiam eruginem nōnulli inter-
pretati ſunt: alij caniculam. Quod malū cui vitiorum apti⁹
comparatur: niſi quod difficillime apparet: ſicuti eſt mul-
tū de ſe fidere. Aura eſt enim noxia que hoc in fructibus la
tenter operatur: ſicut in moribus occulta ſuperbia: quando
ſe quiſqꝫ putat aliquid eſſe cum nihil ſit. Locuſta eſt mali-
cia ore ledens: infideli ſcilicet teſtimonio. Grando eſt iniqꝫ
tas: res alienas auferēs: vnde furta: rapine: predationeſqꝫ
naſcuntur: plus autē vitio ſuo vaſtatur ipſe vaſtator. Prui-
na ſignificatur: vitium quo charitas proximi ſtulticie tene-
bris velut nocturno frigore congeleſcit. Ignis vero ſi non
ille hic commemoratur qui erat in grandine et fulgurantibus
nubibus: quoniam hic dixit: Tradidit poſſeſſionem eo
rum igni: vbi eam ſignificat vtiqꝫ incenſam: quod ignis ille
feciſſe non legitur: immanitatem ergo iracūdie mihi vide-
tur ſignificare: qua et homicidium admitti poteſt. Morte
pecorum figuratum eſt: quantum arbitror: damnū pudici-
tie. Concupiſcentiam quippe qua fetus exoritur: commu- T
nem cum pecoribus habemus. Hanc itaqꝫ edomitam ha-
bere: et ordinatam: pudicitie virtus eſt. Mors primitiuo-
rum eſt amiſſio ipſius iuſtitie: qua quiſqꝫ humano generi
ſocialis eſt. Sed ſiue ita ſe habeant harum rerum figurate De tpe ſer
ſignificationes: ſiue aliter melius intelligantur: quem non mo. 95. 8.
mouent ꝙ decem plagis percutiūtur egyptij: ⁊ decem pre
ceptis ſcribuntur tabule quibus regatur populus dei? De
quibus econtrario inter ſe comparādis: id eſt plagis ⁊ pre
ceptis: quoniā alibi diximus expoſitionem pſalmi huius: in
his onerari nō opus eſt: tantū admonemus: quia et hic etſi Exod. 8.
non eodem ordine: decem tamen egyptiorum plage com- et. 9. et. 10.
memorantur: dum pro his tribus que ſunt in Exodo: ⁊ hic
non ſunt:

nō ſunt.id eſt ſcynipbes:vlcera: tenebꝛe: alie tres comme-
mozantur que ibi non ſunt:id eſt rubigo:pꝛuina:ꝛ ignis:nō
fulgurum:ſed cui eſt tradita poſſeſſio eoꝛum: quod ibi non
legitur. Satis autem hic expꝛeſſum eſt iudicio dei fieri hec
in illis per angelos malos: in hoc ſeculo maligno: tanꝗ in
egypto ꝛ in campo thaneos:vbi humiles eſſe debemus:do
nec veniat ſeculū vbi exaltari ex iſta humilitate mereamur
Nam et egyptus in hebꝛea lingua tenebꝛas vel tribulatio
nes ſignificat:in q̄ lingua thanis ſicut ſupꝛa commemoraui
humile intelligitur eſſe mandatū. De angelis ergo malis
in iſto pſalmo:cum de ipſis plagis loqueretur:ſic interpoſi-
tum eſt: quod non tranſitoꝛie pꝛetereundum eſt: Miſit in
eos inquit iram indignationis ſue:indignationem et iram
et tribulationem:immiſſiones per angelos malos. Eſſe au
tem diabolum et angelos eius tam malos vtique vt eis ignis
pꝛepararetur eternus: nullus fidelis ignorat. Sed immitti
per eos immiſſionem ſuper quoſlibet a domino deo quos
hac pena iudicat dignos:durum videtur eis qui minus ido
nei ſunt cogitare quemadmodum ſumma dei iuſticia bene
vtatur ꝛ malis. Quos q̄dē quantū pertinet ad eoꝝ ſubſtā-
tiam:quis alius ꝗ ipſe fecit? Sed malos ipſe non fecit:vti
tur tamen eis qui bonus eſt:bene:id eſt conuenienter ꝛ iu
ſte:ſicut econtra iniqui creaturis eius bonis vtuntur male.
Utitur ergo deus angelis malis:non ſolum ad puniendos
3.Reg.22. malos:ſicut in iſtis omnibus de quibus loquitur pſalmus:
ſicut in rege achab:quem fallacie ſpiritus ex dei volunta-
Job.1. te ſeduxit: vt caderet in bello: verūetiam ad pꝛobandos
et manifeſtandos bonos:ſicuti fecit in Job. Quod autem
pertinet ad iſtam materiam coꝛpoꝛalem viſibilium elemē-
toꝛum:puto ꝙ ea poſſunt vti angeli et boni et mali:quan-
tum cuique poteſtas eſt:quēadmodum ꝛ homines boni ma-
lique vtuntur talibus:quantum poſſunt pꝛo modulo infirmi
tatis humane. Nam et terra vtimur et aqua ꝛ aere ꝛ igne:
non ſolum in neceſſarijs rebus ſuſtentationis noſtre: ve-
rūetiam in multis ſuperfluis et ludicris: et mirabiliter ar-
tificioſis operibus. Nam innumerabilia que appellantur
mechane- μηχαμματα his elemētis arte tractatis moꝛdificantur.
mata Sed in hec angelis longe amplioꝛ eſt poteſtas ꝛ bonis et
malis:ꝗuis vtique maioꝛ bonis: ſed quantum dei nutu atque
oꝛdine iubetur aut ſinitur:ſicut et nobis. Neque enim in his
omnia que volumus poſſumus. In libꝛo autem fideliſſimo
legimus diabolum potuiſſe etiam de celo ignem immit-
tere:ad ſancti viri tantum pecoꝛum numerum: mirabili et
hoꝛrendo impetu conſumendum: Quod diabolo tribuere
nemo fidelium foꝛtaſſis auderet:niſi ſancte ſcripture auto
ritate legeretur. Sed ille vir dei dono iuſtus ꝛ foꝛtis ꝛ pie
Ibidem peritus:non ait:Dominus dedit:diabolus abſtulit:ſed do-
minus dedit: dominus abſtulit: optime ſciens diabolum
etiam quod facere de iſtis elementis poterat: non tamen
ſeruo dei:niſi domino volēte ac permittente fuiſſe factam
maliciam diaboli: conſiderabat: quoniam quis illa in ſe pꝛo-
Ephe.2. bando vteretur:ſciebat. In filijs vero diffidentie tanꝗ in
ſuis mancipijs operatur:quemadmodum homines in peco
Concoꝛ.2. ribus ſuis:et illic tamen quantum iuſto dei iudicio ſini
ſen.diſt.7. tur. Sed aliud eſt quando poteſtas eius: etiam ſuis ſicut
illud ꝗ et placet tractandis maioꝛe poteſtate pꝛohibetur:aliud quā
do ei poteſtas etiā in eos qui ab illo alieni ſunt:datur. Si-
cut homo de pecoꝛe ſuo pꝛo humano captu facit quod vult:
nec ſane facit ſi pꝛohibeatur a poteſtate maioꝛe: de alieno
autem pecoꝛe vt faciat:expectat ſibi poteſtatem dari ab il-
a lo cuius eſt. Ibi ergo poteſtas que fuerat pꝛohibetur: hic
autem que non fuerat:tribuitur. Que cum ita ſint:ſi per an
gelos malos deus illas plagas inflixit egyptijs: nunquid
audebimus dicere:ꝛ aquam in ſanguinem per eoſdem an-
Exod.7. gelos verſam: et ranas per eoſdem angelos factas: quo-
rum ſimilia etiam magi pharaonis veneficijs ſuis facere
potuerunt:vt angeli mali ex vtraque parte conſiſterēt:hinc
illos affligentes:inde fallentes:ſm iudicium ꝛ diſpenſatio-
nem iuſtiſſimi et omnipotentiſſimi dei iuſte vtentis etiam
Exod.8. iniquoꝝ malicia? Nō audeo dicere. Unde enim ſcynipbes
facere magi pharaonis minime potuerūt? An quia hoc per
miſſi ipſi angeli mali non ſunt? An quod verius dicendum
eſt:occulta cauſa eſt: ꝛ vires noſtre inquiſitionis excedit?
Nam ſi pꝛopterea per malos angelos illa deum feciſſe pu-
tauerimus:quia pene infligebantur:non beneficia pꝛeſta-
bantur:tanꝗ neminem deus penas irroget per angelos bo-
nos:ſed per illos velut militie celeſtis carnifices:cōſequēs
erit:vt etiam ſodomam per malos angelos euerſam eſſe cre Geñ.19.
damus:et malos angelos abꝛaam et Loth hoſpitio ſuſce- et.18.
piſſe videantur:quod abſit vt contra ſcripturas apertiſſi-
mas ſentiamus. Claret igitur iſta hominibus fieri per bo-
nos et malos angelos poſſe. Quid autem quādo fieri opoꝛ
teat me latet:illum vero qui facit nō latet:ꝛ cui voluerit re
uelare. Uerumtamen quantum noſtre intentioni ſcriptura
diuina moderatur:malis penas irrogari: et per bonos an-
gelos ſicut ſodomitis:et per malos angelos ſicut egyptijs
legimus:iuſtos vero coꝛpoꝛalibus penis per bonos ange-
los tentari et pꝛobari non mihi occurrit. Quod vero perti- x
net ad pꝛeſentem pſalmi huius locum:ſi ea que mirabili-
ter de creaturis facta ſunt:malis angelis tribuere non au-
demus: habemus quod eis tribuere ſine dubitatione
poſſumus:moꝛtes pecoꝛum:moꝛtes pꝛimitiuoꝛum: et illud
maxime vnde religata ſunt omnia ob durationem coꝛdis
illoꝛum:vt populum dei nollent dimittere. Hanc enim ini- Exod.4.
quiſſimam ꝛ maligniſſimam obſtinationem deus cum face
re dicitur: non inſtigando ꝛ inſpirando: ſed deſerendo fa- Ephe.2.
cit:vt illi operentur in filijs diffidentie: quod deus debite
iuſteque permittit. Nam et illud quod Eſaias pꝛopheta di-
cit:Domine ecce tu iratus es:et non peccauim⁹: pꝛopterea Eſa.64
errauimus:et facti ſumus ſicut immundi omnes: ea ratio-
ne intelligitur. Pꝛeceſſit enim aliquid vnde deus iuſtiſſime
iratus ab eis ſuum lumen auferret:vt in peccata que nulla
tergiuerſatione defendi poſſunt non eſſe peccata: cecitas
humane mentis offenderet ab itinere iuſticie deuiando et Pſ.104
errando. Et quod in alio pſalmo ſcriptum eſt de hiſipſis
egyptijs:ꝙ deus conuerterit coꝛ eoꝛum vt odiſſent popu-
lum eius:et dolum facerent in ſeruos eius: bene creditur
deus feciſſe per illos angelos malos: vt etiam vitioſe mē-
tes filioꝛum infidelitatis: per eos angelos quibus eadem
amica ſunt vitia:excitarentur in odium populi dei: atque ad
terrendos ꝛ coꝛrigendos bonos illa mirabilia ſequerētur.
Illa etiam mala moꝛum que his coꝛpoꝛalibus plagis ſigni
ficata eſſe pꝛediximus:pꝛopter quod dictum eſt: Aperiam
in parabolis os meum: per malos angelos exerceri in eos
qui illis diuina equitate ſubduntur:conuenientiſſime credi
tur. Neque enim cum ſit quod ait apoſtolus: Tradidit illos Roma.1.
deus in concupiſcentias coꝛdis eoꝛum: vt faciant que non
conueniunt:nō illic mali angeli tanꝗ in materia ſui operis
verſantur ꝛ gaudent: quibus iuſtiſſime ſubdita eſt vitioſi-
tas humana:preter eos quos liberat gratia. Et ad hec ꝗs
idoneus? Unde cum dixiſſet: Miſit in eos iram indignatio
nis ſue:indignationem et iram et tribulationem:immiſſio-
nem per angelos malos:illud quod addidit: viam fecit ſe-
mite ire ſue:cuius tādem acies ſufficit penetrare: vt intelli
gat capiatque ſententiam in tanta pꝛofunditate latitantem?
Erat enim ſemita ire dei:que egyptioꝝum impietatem oc-
culta equitate puniret:ſed eidem ſemite viam fecit: vt eos
tanꝗ ex abditis p malos angelos in manifeſta ſcelera per-
ducens: in euidentiſſimos impios euidentiſſime vindica-
ret. Ab hac poteſtate maloꝝum angeloꝝum non liberat ho- Colo.1.
minē niſi gratia dei:de qua dicit apoſtolus: Qui eruit nos
de poteſtate tenebꝛarum: et tranſtulit in regnum filij clari
tatis ſue: Cuius rei populus iſte figuram gerebat:cum eſſet
erutus de poteſtate egyptioꝝum: et tranſlatus in regnum
terre pꝛomiſſionis fluentis lac et mel:quod ſuauitatē ſigni
ficat gratie. Sequitur ergo poſt commemoꝛationem pla-
garum egyptioꝝum pſalm⁹: ꝛ dicit: Et abſtulit ſicut oues y
populum ſuum: et perduxit eos tanꝗ gregem in deſerto.
Et deduxit eos in ſpe ꝛ non timuerunt:et inimicos eoꝝ Exo.14.
operuit mare. Tanto ſit hoc melius:quanto interius:vbi
eruti de poteſtate tenebꝛarum: in regno dei mente tranſfe
runtur:et ſm paſcua ſpiritualia efficiemur oues dei: ambu

lanteo in hoc ſeculo velat in deſerto:quoniam nemini eſt ſi
Colo.3 deo noſtra conſpicua. Unde dicit Apoſtolus: Uita veſtra
Roma.8. abſcōdita eſt cum chriſto in deo. Deducimur autem in ſpe:
Ibidem quoniam ſpe ſalui facti ſumus: nec timere debemus. Si
enim deus pro nobis:quis cōtra nos. Et inimicos noſtros
operuit mare. Aboleuit in baptiſmo remiſſio peccatorum.
Deinde ſequitur. ⌊Et induxit eos in montem ſanctifica-
tionis ſue.⌋ Quāto melius in ſanctam eccleſiam? ⌊Mon
tem quem acquiſiuit dextera eius.⌋ Quanto eſt eccleſia
ſublimior quam,acquiſiuit dextera eius:de quo dictū eſt:
Eſa.53 Et brachium domini cui reuelatum eſt? ⌊Et eiecit a facie
eorum gentes.⌋ Et a facie fidelium ſuorum. Nam quodā-
modo gentes ſunt gentilium errorum maligni ſpirit⁹. ⌊Et
Als†in. ſorte diuiſit eis terram†funiculo diſtributiōis.⌋ Et in no
1.Cor.12 bis omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus: diuidens p-
pria vnicuiq; prout vult. ⌊Et habitare fecit in tabernacu-
lis eorum tribus iſrael:⌋ In tabernaculis inquam gentiū
habitare fecit tribus iſrael: Quod ſpiritualiter ſic melius
deſiderandum puto: vt celeſtem gloriam vnde peccantes
angeli eiecti ſunt: nos per chriſti gratiam ſubleuemur.
Illa enim generatio praua et amaricans:quoniam iſtis be
Als†Et. neficijs corporalibus imponebat tunicā vetuſtatis.⌊†Ten
Al.†nō hȝ tauerunt†adhuc et exacerbauerunt deum excelſum: et te-
ſtimonia eius non cuſtodierunt. Et auerterunt ſe et non
ſeruauerunt pactum:quemadmodum patres eorum.⌋ Pa
Exod.19. cto enim quodam et placito dixerunt: Omnia que locutus
eſt dominus deus noſter: faciemus et audiemus. Notan-
dum ſane quod ait: Quemadmodum patres eorum: cum
per totum pſalmi textum tanq̄ de hominibus eiſdem lo-
qui videretur: Apparet tamen nunc de filijs dici: qui iam
erant in terra promiſſionis:et patres eorū dictos qui in he-
remo amaricauerunt. ⌊Conuerſi ſunt⌋ inquit ⌊in arcum
prauum.⌋ Uel ſicut alij codices habent: ⌊In arcum per-
uerſum.⌋ Quid autem hoc ſit:in eo quod ſequitur magis
Al† nō hȝ apparet vbi ait:⌊†Et in ira concitauerunt,eum in collibus
ſuis.⌋ In idololatriā eos proſiluiſſe ſignificat. Arcus ergo
peruerſus eſt:non pro nomine domini: ſed contra nomen
Exo.20 domini:qui dixit eidem populo: Non erunt tibi dij alij pre
ter me. Per arcum autem ſignificat animi intentionem.
Hoc ipſum denique pſalmus planius exprimens. ⌊Et in ſcul
ptilibus ſuis⌋ inquit ⌊ad emulationem eum prouoca-
runt. Audiuit deus et ſpreuit:⌋ Id eſt auertit ⁊ vindica-
Al†valde uit. ⌊Et ad nihilum redegit† nimis iſrael.⌋ Deo quippe
ſperuente quid remanſerunt: qui deo adiuuante fuerunt
quod fuerunt? Nimirum autem rem iſtam geſtam comme
1.Reg.4. morat:quando victi ſunt ab allophilis tempore heli ſacer-
dotis:et arca domini capta eſt:⁊ magna ſtrage vocati ſūt.
Hoc eſt quod dicit:⌊Et repulit tabernaculum ſylo:taber-
naculum ſuum vbi habitauit in hominibus.⌋ Eleganter
expoſuit quare repulerit tabernaculum ſuum:cum ait: Ubi
habitauit in hominibus. Cum ergo digni non eſſent in qui
bus habitaret:cur nō repelleret tabernaculum quod vtiq;
propter ſe non inſtituerat:ſed propter iſtos quos iam iudi
cabat indignos in quibus habitaret?⌊Et tradidit in capti
uitatem virtutem eorum: et pulchritudinem eorum in ma-
nus inimici.⌋ Ipſam arcam vnde ſibi videbantur inuicti:
et vnde ſibi plaudebant: virtutem et pulchritudinem eo-
rum dicit. Denique et poſtea male viuentes:⁊ de templo do
mini gloriantes:terret per prophetam dicēs: Uidete quid
feci ſylo:vbi erat tabernaculum meum. ⌊Et cōcluſit in gla
dio populū ſuum:et hereditatem ſuam ſpreuit. Iuuenes
eorum comedit ignis:⌋ Id eſt ira. ⌊Et virgines eorum nō
ſunt lamentate.⌋ Quia neq; hoc vacabat in hoſtili metu.
⌊Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt:et vidue eorum
1.Reg.4 non plorabantur.⌋ Ceciderunt enim in gladio filij heli:
quorum vnius vxor viduata:et mox in partu mortua: pro-
pter eandem perturbationem plangi non potuit honore fu
Als†Et neris.⌊†Excitatus eſt tanq̄ dormiens dominus.⌋ Uide
tur enim dormire:quando populum ſuum dat in man⁹ eo-
Pſ.41 rum quos odit: vbi eis dicitur: Ubi eſt deus tuus? Excita-
tus eſt ergo tanq̄ dormiens dominus: Tanq̄ potens cra-
pulatus a vino.⌋ Nullus hoc de deo dicere auderet:niſi ſpi
ritus eius. Dixit enim: Sicut videtur impijs inſultantibus:
q velut ebrius diu dormiat: quādo non tam cito q̄ putāt:
hominibus ſubuenit. ⌊Et percuſſit inimicos ſuos in po- 1.Regū.5.
ſteriora.⌋ Illos vtiq; qui gaudebant q arcam eius ca-
ptiuare potuerunt. Percuſſi enim ſunt in ſedibus ſuis.
Quod eius pene ſignum mihi videtur: quia quiſq; crucia-
bitur ſi i poſteriora reſpexerit:q ſicut apoſtolus ait eſtima Phil.3.
ri debent vt ſtercora. Qui enim ſic ſuſcipiunt teſtamentū
dei:vt veteri vanitate non ſe exuant:ſimiles ſunt hoſtibus
populi eius: qui arcam teſtamenti captiuatam iuxta ſua
idola poſuerunt: Et illa quidem vetera etiam illis nolenti Eſa.40.
bus cadunt:quia omnis caro fenum:et claritas hominis vt
flos feni. Fenū aruit:flos decidit:arca autem domini ma
net in eternum:ſecretum ſcilicet teſtamenti regnum celo-
rum vbi eſt eternum verbum dei. Sed illi qui poſteriora di
lexerunt:ex ipſis iuſtiſſime cruciabuntur. ⌊Opprobrium
ſempiternum dedit illis. Et repulit tabernaculum ioſeph: al†ephraī
et tribum† ephrem non elegit. †Et elegit tribum iuda.⌋ Als†Sed
Non dixit:repulit tabernaculum ruben:qui fuit primoge-
nitus Iacob:nec eos qui ſequuntur:et iudam naſcēdo pre
cedunt:vt illis repulſis et non electis:tribus iuda eligere
tur. Poterat enim merito dici illos repulſos:quia et in be Gen.49
nedictione Iacob qua filios ſuos benedixit: peccata eo-
rum commemorans grauiter deteſtatur: q̄uis in eis trib⁹
leui ſacerdotalis tribus eſſe meruit: vn̄ etiā moyſes fuit. Exod.2.
Nec dixit:repulit tabernaculū beniamin vel tribū bēiamin 1.Reg.9
nō elegit:ex qua rex eſſe iam ceperat:nā inde elect⁹ fuerat 1.Reg.16.
ſaul. Unde ex ipſa vicinitate temporis: qū ille repulſus eſt
atq; reprobatus:et dauid electus, conuenienter poſſet hoc
dici:nec tamen dictum eſt:ſed eos potiſſimum nominauit: Gen.41.
qui clarioribus meritis videbantur excellere. Nam ioſeph
pauit in egypto patres et fratres ſuos:et imple vendit(?)us:
merito pietatis:caſtitatis:ſapientie:iuſtiſſime ſublimatus Gen.48
eſt:et ephrem maiori fratri a ſui iacob benedictione pre-
latus eſt:et tamen deus repulit tabernaculum Ioſeph:et
tribum ephrem non elegit. Ubi per hec preclari meriti no-
mina:quid aliud q̄ vniuerſum populum illum vetuſta cu-
piditate a domino terrena premia requirentem:repulſum
et reprobatum intelligimus:electam autem tribum iuda:
non pro meritis ipſius iude? Lōge quippe maiora ſunt me
rita ioſeph:ſed per tribum iuda:quoniam inde extitit chri
ſtus ſm carnem:nouum populum chriſti illi populo veteri
prelatum ſcriptura teſtatur:aperiente domino in parabo-
lis os ſuum. Iam vide etiam quod ſequitur. ⌊Montem
ſion quem dilexit.⌋ Eccleſiam chriſti melius intelligim⁹:
non propter preſentis temporis beneficia carnalia deum
colentem:ſed futura et eterna premia oculis fidei lōge ſpe
culantem. Nam et ſion:ſpeculatio interpretatur. Denique ſe Als†vnis
quitur. ⌊Et edificauit ſicut†vnicornium ſanctificationem comū.
ſuam.⌋ Uel ſicut quidam interpretes verbum nouum fe-
cerunt: ⌊Sanctificium ſuum.⌋ Unicorni recte intelligun
tur:quorum firma ſpes in vnum illud erigitur: de quo di- Pſ.26
cit alius pſalmus: Unam petij a domino hanc requiram. 1.Pet.2.
Sanctificium vero dei eſt ſm apoſtolum petrum: intelle-
cta plebs ſancta et regale ſacerdotium. Quod vero ſequi-
tur: ⌊In terra quam fundauit† in eternum.⌋ Quod ha- Al†i ſecla
bent greci codices εισ τοy αιωνα: vtrum in eternum an in
ſeculum dicatur a nobis:in latinorum interpretum pote-
ſtate eſt:quoniam vtrumq; ſignificat:et ideo hoc in latinis
codicibus:illud in alijs inuenitur. Habent aliqui etiam plu
raliter:id eſt in ſecula:quod in grecis quos habuim⁹ non in-
uenimus. Quis vero fidelium dubitet eccleſiam etiam ſi
alijs abeuntibus:alijs venientibus et hac vita mortaliter 1.Reg.16.
tranſit:tamen in eternum eſſe fundatam? ⌊Et elegit Da-
uid ſeruum ſuum.⌋ Tribum ergo iuda propter dauid: Da
uid autem propter chriſtum. Tribum igitur iuda propter Mat.20
chriſtum: Quo tranſeunte clamauerunt ceci: Miſerere no-
bis fili dauid: Et continuo miſericordie eius lumen re-
ceperunt: quia verum erat quod clamauerunt. Hoc igi-
tur non tranſeunter dicit: ſed attente commendat apoſto-
lus ſcribens

1.Timo.2. lus ſcribens ad timotheum: Memor eſto chriſtum ieſum re
ſurrexiſſe a mortuis ex ſemine Dauid: ſm̄ euangeliū meū:
in quo laboro vſq̄ ad vincula tanq̄ maleficiens: ſed ſer-
mo dei non eſt alligatus. Ipſe itaq̄ ſaluator: ſm̄ carnem fa
ctus ex ſemine dauid: figuratur in hoc loco nomine dauid:
aperiente domino in parabolis os ſuum. Nec moueat q̄d
cum dixiſſet: Et elegit dauid: quo nomine chriſtum ſignifi
cauit: addidit: ſeruum ſuum: non filium ſuum. Immo vero
hinc agnoſcamus: non patri coeternam vnigeniti ſubſtan-
tiam: ſed formam ſerui ſuſceptam ex ſemine dauid. Et ſu
2 ſtulit eum de gregibus ouium: et de poſt fetantes accepit
eum: Paſcere iacob ſeruū ſuum: et iſrael hereditatē ſuā.
Ille quidem dauid ex cuius ſemine caro chriſti eſt: ab offi-
cio paſtorali pecorum: ad hominū regnum tranſlatus eſt.
Noſter autem dauid ipſe ieſus ab hominibus ad homines:
a iudeis ad gentes: tamen ſm̄ parabolam ab ouibus ad
oues allatus atq̄ tranſlatus eſt. Nō ſunt enim modo in ter
ra illa eccleſie iudee in chriſto: que fuerunt circumciſorum
recenti paſſione: et reſurrectione domini noſtri: de quibus
Gala.1. dicit apoſtolus: Eram autem ignotus facie eccleſijs iudee
que ſunt in chriſto: Tantum autem audiebant: quia is qui
aliquando nos perſequebatur: nunc euangelizat fidem
quam aliquando vaſtabat: et in me magnificabant domi-
num. Iam hinc ille eccleſie tranſierunt populorum circū-
ciſorum: ac per hoc iudea que modo in terra eſt: non eſt mo
do chriſtus: Ablatus eſt inde: nunc gentium greges paſcit.
Sane de poſt fetātes inde acceptus eſt. Ille quippe prio
res fuerunt tales: de qualibus dicitur in Canticocanticorum:
Vni eccleſie q̄ conſtat ex multis: id eſt vni gregi cuius mē
Canti.4 bra ſunt multi greges. De talibus ergo ei dicitur: Dentes
tui: id eſt per quos loqueris: vel per quos in corpus tuum
velut manducando ceteros traijcis: Hoc itaq̄ ſignifi-
cantes dentes tui: ſicut grex detonſarum aſcendentes de
lauacro: que omnes geminos creant: et ſterilis non eſt in
Act.2.3.4 eis. Depoſuerunt enim tunc velut vellera: onera ſeculi: quā
do ante pedes apoſtolorum: venditarum rerum ſuarū pre
cia poſuerunt: aſcendentes de lauacro illo: de quo eos ad-
Actuū.2. monet apoſtolus petrus ſollicitos: q̄ chriſti ſanguinem fu-
derint: et dicit: Agite penitētiam: et baptizetur vnuſquiſq̄
veſtrum in nomine domini noſtri ieſu chriſti: et dimitten-
tur vobis peccata veſtra. Geminos autem creauerunt: ope
ra ſcilicet duorum preceptorum gemine charitatis: dilectio
nis dei: et dilectionis proximi: Unde ſterilis non erat i eis.
De poſt has oues fetantes dauid noſter acceptus: nūc ali-
os greges paſcit in gētibus: et ipſos iacob et iſrael. Sic eni
dictum eſt: Paſcere iacob ſeruum ſuum: et iſrael heredita-
tem ſuam. Non enim: quia ex gentibus ſunt iſte oues: ideo
Geñ.21 ab illo ſemine alienate ſunt: quod eſt iacob et iſrael. Semē
Roma.9. eſt enim abrae: ſemen promiſſionis: de quo ei dominus di-
xit: In iſaac vocatur tibi ſemen. Quod exponens apoſto-
lus: Non inquit filij carnis: ſed filij promiſſionis deputan-
Gala.3. tur in ſemine. Ex gentibus enim erant fideles quibus dice
bat: Si autē vos chriſti: ergo abrae ſemen eſtis: et ſm̄ repro
miſſionem heredes. Quod vero ait: Iacob ſeruum ſuum:
et iſrael hereditatem ſuā: more ſuo ſcriptura repetiuit eā-
dem ſententiam: niſi forte quiſpiam ſic diſtinguere velit: vt
hoc tempore iacob ſeruiat: tunc autem ſit eterna heredi-
tas dei: quando videbit deum facie ad faciem: vnde iſrael
9 nomen accepit. Et pauit eos inquit in innocētia cor-
dis ſuis. Quid illo innocentius: qui vllum peccatum: nō
ſolum a quo vinceretur: ſed etiam quod vinceret non habe
bat? Et in itellectu manuū ſuarum deduxit eos. Vel ſi-
cut aliqui codices habent: In intellectibus manuū ſua-
rum. Alius putaret ita congruentius potuiſſe dici: Inno
centia manuum et intellectu cordis. Hic autem qui magis
q̄ alius quid loqueretur ſciebat: cordi maluit adiungere
innocentiam: et manibus intelligentiam. Illud propterea
quantum exiſtimo: quia multi ſibi videntur innocētes qui
non faciunt mala: cum timent ne patiantur ſi fecerint: vel-
lent autem facere ſi impune potuiſſent. Tales videri poſ-
ſent habere innocentiam manuū: non tamen cordis. Et que
tandem aut qualis eſt iſta innocentia: ſi cordis non eſt: vbi
homo factus eſt ad imaginem dei? Quod vero ait: In intel
lectu vel in intelligentia manuū ſuarum deduxit eos: vide-
tur mihi eam dixiſſe ipſe intelligentiam quam fecit in cre-
dentibus: Ideo manuū ſuarum. Facere quippe ad manus
pertinet: Sed ſicut poſſunt intelligi manus dei: quia et chri-
ſtus ſic homo: vt etiam deus. Hoc certe et ille dauid de cu-
ius eſt iſte ſemine facere nō poterat in populo: cui ſicut ho
mo regnabat: ſed iſte hoc facit: cui recte anima fidelis di-
cere poteſt: Intelligere me facito: et perſcrutabor legem
tuam. Proinde ne ab illo erremus: dū de noſtra velut ex no- Pō.118
bis ſit intelligentia fidimus: eius manibus nos credendo
ſubdamus. Ipſe in nobis eam faciat: vt intelligentia ma-
nuum ſuarum nos deducat: erutos ab errore: eoq̄ perdu-
cat vbi iam nō poſſimus errare. Hic eſt fructus populi dei:
attendentis legem dei: et inclinantis aurem ſuam in verba
oris eius: vt dirigat in eo cor ſurſum: et ſit cum illo creditus
ſpiritus eius: ne immutetur in generationē prauam et ama
ricantem: ſed his omnibus ſibi annunciatis: non ſolum ad
preſentem vitam: verūetiam ad eternam: nec tantum ad re
cipienda bonorum operum premia: ſed etiam in ipſa bona
opera facienda ponat in deo ſpem ſuam.

Explicit Tractatus de. p̄ſ.lxxvij.

¶ Incipit Tractatus de pſ̃.lxxviij.

¶ Prefatio.

In titulo pſalmi huius tam breui ⁊ ſimplici immorans
A dum eſſe non puto. Prophetiam vero quam hic pre-
miſſam legimus: euidenter ſcimus impletam. Cum enim
iſta canerentur temporibus regis dauid: nihil tale adhuc
contigerat ex aduerſitate gentium ciuitati hieruſalem: nec
templo dei: quod nec edificatum adhuc erat. Poſt mortem
quippe dauid filium eius ſalomonem deo templum feciſſe
quis neſciat? Dicitur ergo tanq̃ preteritum: quod in ſpiri-
tu videbatur eſſe futurum.

¶ Expoſitio pſalmi.

Deus venerũt gentes in hereditatem tuam.] Qua
loquendi conſuetudine etiam illud eſt prophetatum
de domini paſſione: Dederunt in eſcam meam fel: et in ſiti
mea potauerunt me aceto: ⁊ alia que in eodem pſalmo: ven-
tura velut facta narrantur. Nec illud mirandum eſt q̃ deo
iſta dicuntur: Non enim neſcienti indicantur quo reuelan-
te preſciuntur: ſed anima cum deo loquitur pietatis affe-
ctu quem nouit deus. Nam et angeli que hominibus nun-
ciant: neſcientibus nunciant: que autem deo nunciant: ſcien-
ti nunciant: quando illi offerunt orationes noſtras: ⁊ ineffa-
bili modo de actibus ſuis eternam veritatem tanq̃ legem
incõmutabilem conſulunt. Et iſte ergo homo dei dicit deo
quod diſcat a deo: tanq̃ diſcipulus magiſtro non ignoran-
ti: ſed iudicanti: ut ſic aut approbãri quod docuit: aut quod
non docuit reprehendenti: maxime quia ſpecie preſenti p-
pheta eos in ſe transfigurat qui tunc futuri eſſent quando
iſta veniebant. Solent autem in oratione dici deo que vin-
dicans fecerit: et adiungi petitio vt iam miſereatur et par-
cat. Hoc modo et hic dicuntur a quo predicantur: tanq̃ ab
eis dicãtur quibus acciderũt: et ipſa deploratio atq̃ preca-
tio: prophetatio eſt. Deus venerunt gentes in hereditatẽ
B tuam: [Polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerũt hie-
ruſalem in pomorum cuſtodiam. Poſuerunt morticinia ſer-
Al. † tanq̃ uorum tuorum eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorum tuo-
rum beſtijs terre. Effuderunt ſanguinẽ eorum † ſicut aquã
in circũitu hieruſalem: et nõ erat qui ſepeliret.] Si in iſta
prophetia quiſq̃ noſtrum eam vaſtationem hieruſalem in-
telligendam putauerit que facta eſt a tito imperatore ro-
mano: cum iam domin⁹ ieſus chriſtus poſt reſurrectionem
et aſcenſionem ſuam predicaretur in gentibus: non mihi oc-
currit quomodo dici potuerit iam ille populus hereditas
dei non tenens chriſtum: quo reprobato et occiſo factus eſt
reprobus: qui in eum nec poſt eius reſurrectionem credere
voluit: ⁊ inſuper martyres eius occidit. Ex illo eñ populo
iſrael quicunq̃ in chriſtum crediderunt: quibus facta eſt
Mat. 15. chriſti preſentatio: et quodammodo promiſſi redditio ſalu-
bris atq̃ fructuoſa: de quibus ⁊ ipſe domin⁹ dicit: Nõ ſum
miſſus niſi ad oues que perierunt domus iſrael: ipſi ex illis
Matth. 1. ſunt filij promiſſionis: ipſi deputantur in ſemine: ipſi per-
Luce. 1. tinent ad hereditatem dei. Hinc ſunt ioſeph homo iuſtus:
et virgo maria que peperit chriſtum. Hinc ioãnes baptiſta
Luc. 1. et. 2 amicus ſponſi: et parentes eius zacharias ⁊ eliſabet. Hinc
ſimeon ſenex: et anna vidua: qui chriſtum non loquentem:
ſenſu corporis audierunt: ſed adhuc infantem non loquen-
Joan. 1. tem: ſpiritu cognouerunt. Hinc beati apoſtoli. Hinc na-tha-
Luce. 23 nael: in quo dolus non erat. Hinc alius ioſeph qui expecta-
Mat. 21. bat etiam ipſe regnum dei. Hinc tanta illa multitudo que
precedebat ⁊ ſequebatur iumentum eius dicens: Benedi-
Pſ̃. 8. ctus qui venit in nomine domini: In qua erat et congrega-
tio puerorum: in quibus dixit impletum: Ex ore infantium
Act. 2. ⁊. 4 ⁊ lactentium perfeciſti laudem. Hinc etiam illi poſt ei⁹ re-
ſurrectionem: quorum die vno tria milia: et alio quinq̃ mi-
lia baptizati ſunt in animam vnam: et cor vnũ: conflati chari-
tatis igne: quorum nemo dicebat aliquid proprium: ſed
Actuũ. 7 erant illis omnia cõmunia. Hinc ſancti diaconi: quorum ſte-
phanus ante apoſtolos martyrio eſt coronatus. Hinc tote
Gala. 1 eccleſie iudee que in chriſto erãt: quibus erat facie paulus
ignotus: notus autem ſeuicia famoſiſſima: ſed notior chriſti
Geñ. 49. miſericordiſſima gratia. Hinc et ipſe ſm̃ p̃miſſam de ſe pro-
phetiam: Lupus rapax mane rapiens: ⁊ ad veſperum diui-
dens eſcas: id eſt prius rapiens perſecutor ad mortẽ: poſt-
ea paſcens predicator ad vitam. Hi erant ex illo populo he-
reditas dei: Unde ait ⁊ ipſe minimus apoſtolorum doctor
gẽtiũ. Dico ergo: Nũquid deus repulit plebem ſuã? Abſit. Roma. 11.
Nam et ego iſraelita ſum ex ſemine iſrael: de tribu benia-
min. Non repulit deus plebẽ ſuã quam p̃ſciuit. Hec plebs
que ex illa gente chriſti corpori acceſſit: hereditas dei eſt.
Nam q̃d ait apl̃s: Nõ repulit deus plebẽ ſuã quã p̃ſciuit: il-
li pſalmo vtiq̃ reſpondit: vbi ſcriptum eſt: Quia nõ repellet Pſ̃. 93.
dñs plebem ſuam. Ubi autẽ ſequitur: Et hereditatẽ ſuã nõ et. 94.
derelinquet: ibi euidenter apparet: talem plebẽ eſſe here-
ditatem dei. Ut eñ hoc diceret: ⁊ apl̃s ſuper cõmemorauer-
rat propheticum teſtimonium de prenunciata futura incre- Roma. 10.
dulitate populi iſrael. Tota die expandi manus meas ad Eſa. 65
populum nõ credentẽ et contradicentẽ. Hic ergo ne quiſq̃
male intelligẽs vniuerſum illũ populũ crimine incredulita-
tis ⁊ cõtradictionis arbitretur eſſe dãnatũ: cõtinuo ſubie-
cit: Dico ergo: Nũquid repulit deus plebẽ ſuã: Abſit. Nam
⁊ ego iſraelita ſum ex ſẽie iſrael: de tribu beniamin. Hinc Roma. 11.
oſtẽdit quã plebẽ dixerit: vtiq̃ ppl̃i prioris: quã ſi totã de⁹
repuliſſet atq̃ dãnaſſet: nõ vtiq̃ ipſe x̃pi eſſet apl̃s: Iſraeli-
ta ex ſemĩe abraã: tribu beniamin. Adhibet aũt valde neceſ-
ſariũ teſtimoniũ dicens: An neſcitis in helia q̃d dicit ſcriptu- Ibidem
ra quẽadmodũ interpellat deum aduerſus iſrael? Dñe: p-
phetas tuos occiderunt: altaria tua ſuffoderunt: ⁊ ego reli- 3. Reg. 19.
ctus ſum ſolus: ⁊ querũt aĩam meã. Sed q̃d dicit illi reſpon-
ſum diuinũ? Reliqui mihi ſeptẽ milia virorũ q̃ nõ incuruaue-
rũt genua ſua ante baal. Sic ẽẽ in tpe hoc reliquie per ele-
ctionẽ gratie ſalue facte ſunt. Iſte reliquie ſunt ex illa gen-
te hereditas dei: nõ illi de q̃bus paulopoſt dicit: Ceteri ve-
ro excecati ſunt. Sic eñ ait. Quid ergo? Qḋ q̃rebat iſrael: Roma. 11
hoc nõ eſt ↄſecutus? Electio aũt ↄſecuta eſt: ceteri vero ex-
cecati ſunt: Iſta igiẽ electio eſt: iſte reliquie: iſta plebs dei
quã nõ repulit deus: hereditas eius dĩ. In illo aũt iſrael q̃
hoc nõ eſt ↄſecutus: hoc illis ceteris excecatis nõ erat iam
hereditas dei: de qua dici poſſet poſt x̃pi in celis glorifica-
tionẽ tpe titi imperatoris: Deus venerũt gentes in heredi-
tatem tuam: ⁊ cetera que illius populi ⁊ tẽpli ⁊ ciuitatis va-
ſtatione videñ in hoc pſalmo eſſe p̃dicta. Proinde aut ea
debemus intelligere q̃ facta ſunt ab alijs hoſtibus anteq̃
x̃ps veniſſet in carne: Non eñ erat alia tunc hereditas dei
vbi ⁊ pphete ſancti erant: q̃ñ facta eſt tranſmigratio in ba- 4. Reg. 21
bylonẽ: grauiterq̃ gens illa vaſtata eſt: ⁊ ſub antiocho etiã
machabei horrẽda perpeſſi: glorioſiſſime coronati ſunt: Ea 1. macha. 1
quippe dicta ſunt in hoc pſalmo que ſolent fieri etiã ſtrage
bellorũ. Aut certe ſi poſt reſurrectionẽ ⁊ aſcenſionẽ dñi acci-
pienda eſt hic cõmemorata hereditas dei: ea ſunt intelligẽ-
da que a cultoribus idolorũ ⁊ inimicis nominis x̃pi: eccleſia
eius in tanta martyrũ numeroſitate ꝑpeſſa eſt. Quãq̃ eñ C
aſaph ſynagoga interpretẽ: que eſt cõgregatio: idq̃ nomẽ
viitatius inſederit genti iudeorũ: tñ ⁊ eccl̃iam iſtam poſſe di-
ci cõgregationẽ: ⁊ illum veterẽ populũ dictũ eſſe eccleſiam:
iam in alio pſalmo ſatis aperteq̃ mõſtrauim⁹. Hec igitur
eccl̃ia: hec hereditas dei ex circũciſione ⁊ preputio cõgrega- Pſ̃. 117
ta eſt. i. ex pplo iſrael: ⁊ ex ceteris gentib⁹ p lapidẽ quẽ re-
probauerunt edificantes: ⁊ fact⁹ eſt in caput anguli: in quo Ephe. 2.
angulo tãq̃ duo parietes de diuerſo venĩẽtes copulãẽ.
Ipſe eſt eñ pax noſtra q̃ fecit vtraq̃ vnũ: vt duos cõderet
in ſemetipſo in vnũ nouũ hoiem: faciẽs pacẽ: ⁊ reconciliaret vtroſq̃
in vno corpore deo: in quo corpore ſumus filij dei: clamãtes: Roma. 8.
abba pater. Abba ppter illorũ linguam: pater ppter noſtrã. Gala. 4
Hoc eñ eſt abba quod ⁊ pater. Uñ dñs qui dixit: Non ſum Mat. 15.
miſſus niſi ad oues que perierunt domus iſrael: oſtendens
illi genti redditam p̃ſentie ipſius promiſſionem: ait tamen
alio loco: Habeo alias oues q̃ nõ ſunt ex hoc ouili: oportet Joan. 10
me ⁊ ipſas adducere: vt ſit vnus grex ⁊ vnus paſtor: gẽtes
ſignificãs quas erat adducturus: nõ quidẽ p ſuã preſentiã
corporalem: vt illud verũ ſit: Non ſum miſſus niſi ad oues Roma. 10.
que perierunt domus iſrael: ſed tamen per euãgelium ſuũ
quod erant diſſeminaturi ſpecioſi pedes annũciantiũ pacẽ:
annũciantiũ bona. In oẽm terrã eñ exiuit ſonus eorũ: et in Pſ̃. 18.
fines orbis terre verba eorũ. Hinc ⁊ apoſtolus ait: Dico eñ Roma. 15.
chriſtũ ieſum miniſtrum fuiſſe circũciſionis propter verita-
tem dei ad confirmãdas pmiſſiones patrũ. Ecce quod eſt.

Non

Mat. 15. Non ſum miſſus niſi ad oues que perierūt dom' iſrael. De
inde ſubiūgit apoſtol': Gentes autē ſup miſericordia glori
Joā.10. ficare deum. Ecce quod eſt: Habeo alias oues que nō ſunt
de hoc ouili: oportet me et ipſas adducere: vt ſit vnus grex
et vn' paſtor. Quod vtrūq; breuiter dictū eſt in eo qd de p
Ro.15. phetia idē apoſtol' cōmemorat: Letamini gentes cū plebe
ei': Iſte ergo vn' grex ſub paſtore vno: hereditas dei ē nō
ps.139. ſolū patris ſed etiā filij. Nā filij vox eſt: Funes ceciderūt mi
hi in p̄claris: etenī hereditas mea p̄clara eſt mihi: Et ipſius
hereditatis vox eſt apd ppheta: Dñe de' noſter poſſide nos
Hanc hereditatem non more pater filio reliquit: ſed ipſe
filius eam ſua morte mirabiliter acquiſiuit: cum reſurrectio
ne poſſedit. Si ergo de hac intelligendum eſt quod in pſal
mi huius prophetia canitur: Deus venerunt gentes in here
ditatem tuam: vt veniſſe gentes accipiamus in eccleſiam:
non credendo: ſed perſequendo: id eſt eam inuaſiſſe volun
tate delendi atq; omnino perdendi: ſicut tot perſecutionū
exempla monſtrarunt: oportet vt quod ſequitur: Pollue
D runt templum ſanctum tuū: nō in lignis & lapidibus: ſed in
ipſis intelligatur hominibus: de quibus tanq̄ lapidibus vi
1. Pet. 2. uis conſtrui: dicit apoſtolus petrus: domum dei. Unde et
apoſtol' paul' apertiſſime: Tēplū inquit dei ſanctū eſt qd
1. Corin.3. eſtis vos. Hoc itaq; templum perſecutores in his vtiq; pol
luerunt: quos ad negandum chriſtum: terrēdo vel crucian
do coegerūt: atq; vt idolis ſupplicarent vehemēter inſtan
do fecerunt: Quorū multos penitētia reparauit: atq; ab illa
ps. 50. inquinatiōe mūdauit. Penitētis enī vox eſt: Et a delicto meo
munda me: & cor mūdum crea in me deus: & ſpm̄ rectum in
noua in viſceribus meis. Iam vero quod ſequitur: Poſue
runt hieruſalem in pomorum cuſtodiā: Et ipſa eccleſia hoc
nomine recte intelligitur: hieruſalē libera mater noſtra: de
Gal.4. qua ſcriptū eſt: Letare ſterilis que non paris: erūpe & excla
Eſa. 54. ma que nō parturis: qm̄ multi filij deſerte magis q̄ eius q
habet virum. In cuſtodiā pomorū: qd dictū eſt: deſertionē
intelligēdā exiſtimo: quā fecit vaſtitas pſecutionum: id eſt
velut cuſtodia pomorū: q: deſerūtur pomorū cuſtodie cū po
ma tranſierint. Et certe quādo gentilibus pſequētibus: ec
cleſia deſerta viſa eſt: in celeſtē mēſam ſpūs martyrū: tāq̄
de horto dñico multa & ſuauiſſima poma trāſierunt. Poſue
runt inquit morticina ſeruorū tuorū: eſcas volatilibus celi:
.Mach.7 carnes ſanctorum tuor beſtijs terre Quod dictū eſt: mor
ticina: hoc repetitū eſt carnes: Et qd dictū eſt: ſeruorū tuo
rum: hoc repetitū eſt: ſanctorū tuorū. Illud tātūmodo varia
tum eſt: volatilib' celi & beſtijs terre. Melius ſane interpre
tati ſunt qui morticina poſuerūt: q̄ ſicut quidam mortalia
Morticina enim nō dicuntur niſi mortuorum: mortalia ve
ro etiā viuorū corporū nomē eſt. Cū ergo ſicut dixi ad agri
colam ſuū ſpūs martirū velut poma tranſiſſent: morticina eo
rum & carnes eorū poſuerūt volatilibus celi & beſtijs terre:
quaſi quicq̄ eorum reſurrectioni deperiret. Ex occultis na
ture ſinibus totum reintegratur ab illo: cui & capilli capitis
Mat. 10. noſtri numerati ſunt. Effuderunt ſanguinē eorū ſicut aquā:
id eſt abūdanter & viliter: in circūitu hieruſalem. Si hieru
ſalem terrenā vrbē hic accipim': eorū ſanguinem intelligi
mus effuſum in circūitu eius: quos hoſtes extra muros re
perire potuerūt. Si aūt hieruſalē illā intelligimus: de qua
dictum eſt: Multi filij deſerte: magis q̄ eius que habet vi
Gal.4. rum: circūitus eius eſt p vniuerſam terrā. In ea quippe le
ctione ppheticā vbi ſcriptū eſt: Multi filij deſerte magis q̄
eius que habet virum: pauloпoſt ei dicitur: Et qui eruit te:
Eſa.54. deus iſrael vniuerſe terre vocabitur. Circūitus ergo hui'
hieruſalem in hoc pſalmo intelligendus eſt quoſq; tūc fue
rat eadem eccleſia dilatata: fructificās et creſcēs in vniuer
ſo mūdo. Qm̄ in omni parte eius pſecutio ſeuiebat: & mar
tyrum ſtragē quorum ſanguis ſicut aqua effundebatur: cū
magnis lucris theſaurorum celeſtium faciebat. Quod vero
adiunctū eſt: Et nō erat qui ſepeliret: aut nō incredibile de
bet videri tā magnū in aliquib' locis fuiſſe terrorē: vt ſepul
tores ſanctorū corporū nulli prorſus exiſterēt: aut certe quia
F inſepulta cadauera in multis locis diu iacere potuerūt: dos
ps.113 nec a religioſis quodāmodo furata ſepelirētur. Facti ſu

mus: inquit: opprobriū vicinis noſtris: Ideo precio
ſa in cōſpectu dominū a quibus hoc erat opprobriū: ſed in
cōſpectu dñi mors ſanctorum eius. Subſannatio et irri
ſio: Uel vt quidam interpretati ſunt: Illuſio † eis qui Al. † his:
in circūitu noſtro ſunt. Repetitio eſt ſentētie ſuperioris.
Nam quod ſupra dictum eſt: Opprobriū: hoc repetitum eſt
ſubſannatio & irriſio: Et quod ſupra dictum eſt: vicinis no
ſtris: hoc repetitum eſt: eis qui in circūitu noſtro ſunt. Pro
inde ſecūdum hieruſalem terrenam vicini: et qui in circūitu
gentis eius: vtiq; alie gentes intelliguntur: Secundum au
tem hieruſalem liberam matrem noſtram: vicini ſunt: et in
circūitu eius: inter quos inimicos ſuos habitat eccleſia
in circuitu orbis terrarum. Deinde tam manifeſtam preces
fundens: vnde intelligatur ſuperioris afflictionis cōmemo
G ratio nō eſſe quaſi indicatio ſed deploratio. Uſq; quo: in Als † accē
quit: dñe iraſceris in finem: † exardeſcet velut ignis zelus detur.
tuus: Rogat vtiq; ne de' vſq; in finem iraſcatur: id eſt ne
illa tanta preſſura et tribulatio atq; vaſtatio vſq; in finem
perſeueret: ſed tēperet correctionē ſuā: ſecundū illud quod
in alio pſalmo dicit: Cibabis nos pane lachrymarū: & pota Ps.79.
bis nos in lachrymis in mēſura. Nam quouſq; domine ira
ſceris in finem: ita dictū eſt: ac ſi diceret: Noli domine ira
ſci in finem. Et in eo quod ſequitur: Exardeſcet velut ignis
zelus tuus: vtrumq; ſubaudiendum eſt: et quouſq;: et in fi
nem: ac ſi diceretur: Quouſq; exardeſcet velut ignis zelus
tuus in finem: Nam ita hic duo iſta ſubaudiēda ſunt: ſicut
ſuperius vnum illud quod dictum eſt: poſuerunt. Nam cum
habeat prior ſententia: Poſuerunt morticina ſeruorū tuo
rū eſcas volatilibus celi: hoc verbū: poſterior nō habet: vbi
dictum eſt: Carnes ſanctorū tuorū beſtijs terre: ſed ſubaudit
vtiq; qd habet ſuperius: poſuerunt. Ira porro & zelus dei:
nō ſunt pturbationes dei: ſicut nōnulli ſcripturas quas nō
intelligūt arguūt: ſed noīe ire intelligitur vindicta iniquita
tis noīe zeli exactio caſtitatis: ne aīa legē dñi ſui cōtēnat: et
a deo ſuo fornicando diſpereat. Hec ergo ipſo affectu in ho
minum afflictione ſunt turbulēta: in dei autē diſpoſitione
trāquilla ſunt: cui dictū eſt: Tu autē dñe virtutū cū trāquil Sap.12
litate iudicas. Satis autē oſtēditur his verbis pp̄ter pec
cata hominib' licet fidelibus has fieri tribulationes: q̄uis
hinc floreſcat martyrū gloria merito patiētie: & pie ſuſten
tato in flagellorū moderamine diſcipline. Hoc machabei
inter ſeuiſſima tormenta: hoc treſviri inter noxias flāmas 1.Mach.7
hoc pphete ſancti in captiuitate teſtant. Quāuis enī pater Dan. 3.
nam correctionē fortiſſime & piiſſime pferrēt: non tamē ta
cent hec accidere meritis peccatorū. Horū enī vox eſt: et in
pſalmis: Emendans emendauit me dñs: et morti non tra Ps.117.
didit me. Flagellat enī omnē filiū quē recipit. Et quis eſt Hebre.12
filius cui nō det diſciplinā pater ei'. Quod vero adiungit:
Effunde iram tuam in gentes que te non nouerunt: et in D
regna que nō inuocauerūt nomen tuum. Etiam iſta pro Hiere.10.
phetatio eſt: non optatio: Nō maliuolētie voto iſta dicūtur:
ſed ſpiritu puiſa pdicūtur: ſicut de iuda traditore: que ma
la illi fuerāt pro ſuis meritis euentura: ita pphetata ſunt:
quaſi optata ſint. Quēadmodū enī ppheta nō imperat chri Ps.108.
ſto: quāuis modo imperatiuo pronūciet qd dicit: Accingere Ps.44
gladio tuo circa femur potētiſſime. Specie tua & pulchritu
dine tua: et intēde & proſpere pcede & regna. Ita nō optat
ſed prophetat qui dicit: Effunde irā tuā in gētes q̄ te nō no
uerunt: Quod more ſuo repetit dicens: Et in regna que nō
inuocauerūt nomē tuū. Nam gētes per regna repetite ſunt
Et quod eum non nouerūt: p hoc repetitum eſt: qd nō inuo
inuocauerūt nomē ei'. Quomodo ergo intelligēdum eſt: qd
ait dñs in euāgelio: Seruus q neſcit volūtatē dñi ſui et fa Luce.12
cit digna: plagis vapulabit paucis. Seruus autem qui ſcit
volūtatē domini ſui et facit indigna: plagis vapulabit mul
tis: ſic maior ira dei eſt i gētes q̄ dñm nō cognouerūt. In eo
quippe qd ait: Effunde irā tuā: ſatis hoc verbo indicauit q̄
multam iram voluerit intelligi. Unde poſtea dicit: Redde
vicinis noſtris ſepties tantum. An q: multū intereſt inter
ſeruos: qui licet neſciāt volūtatē dñi ſui: tamē inuocant no
mē eius & alienos a familia tāti patriſfamilias: qui ſic igno

rant deum vt nec inuocent deum? Inuocant enim pro eo vel
ſimulacra: vel demonia: vel quamlibet creaturam: non
creatorem qui eſt benedictus in ſecula. Neq; enim iſtos de
quibus hoc prophetat: ita neſcientes ſignificant ſui domi-
ni voluntatem: vt tamen ipſum dominum timeant: ſed ita
ipſum dominum neſcientes vt nec inuocent eum et inimici
nominis eius exiſtant. Multum ergo diſtat inter ſeruos vo
luntatem domini ſui neſcientes: et tamen in familia eius at
q; in domo viuentes: et inimicos non ſolum ipſum dominū
I ſcire nolentes: ſed et nomen eius non inuocantes: atq; in
Hiere. 10: ſeruos eius inſuper oppugnantes. Deniq; ſequitur. ⌊ Quia
comederunt iacob: et locum eius deſolauerunt. ⌋ Iacob
Gen. 25. quippe figuram geſtat eccleſie: ſicut eſau veteris ſynagoge
Unde dictum eſt: Maior ſeruiet minori. Poteſt in hoc no-
mine intelligi ea de qua loquebamur hereditas dei: in quā
inuadendam atq; vaſtandam poſt reſurrectionem et aſcen
ſionem domini gentes perſequendo venerunt. Sed locum
iacob quomodo intueamur: intelligendum eſt. Magis enim
locus iacob illa ciuitas putari poteſt: in qua erat et tem-
plum: quo vniuerſam illam gentem ſacrificandi et adoran-
di cauſa et paſcha celebrandi: dominus preceperat conue-
nire. Nam ſi chriſtianorum conuentus inhibitos atq; com-
preſſos a perſecutoribus propheta vellet intelligi loca de-
ſolata videretur dicere debuiſſe non locum. Sed poſſumꝰ
accipere pro numero plurali: numerum ſingularem poſitū:
ſicut veſtem pro veſtibus: militem pro militibus: pecus
pro pecoribus. Multa enim huiuſmodi modo eſt dici: nec
ſolum vulgo loquentium: verum etiam diſertiſſimorum
auctorum eloquentie. Nec ab ipſa diuina ſcriptura hoc ge-
Ps. 77. nus locutionis alienum eſt. Poſuit enim et ipſa ranam pro
ranis: locuſtam pro locuſtis: et innumerabilia talia. Quod
vero dictum eſt: Comederunt iacob: hoc bene intelligitur:
q; multos in ſuum malignum corpus: hoc eſt in ſuam ſocie
tatem terrendo tranſire coegerunt. Meminit ſane q̄uis il
lis promerito peſſime voluntatis ex ira dei digna redden
da ſint: non tamen eos aliquid aduerſus hereditatem eius
valere potuiſſet niſi eam voluiſſet ipſe pro peccatis eius
K flagellando emendare. Unde ſubiungit: ⌊ Ne memineris
iniquitatum noſtrarum antiquarum. ⌋ Non ait preterita
rum: que poſſent eſſe etiam recentiores: ſed antiquarum:
hoc eſt a parentibus venientium. Talibus quippe iniquita
tibus: damnatio non correctio debetur. ⌊ Cito anticipent
nos miſericordie tue. ⌋ Anticipent vtiq; iudicium tuum:
Iacobi. 2. Superexaltatur enim miſericordia in iudicio. Iudicium
autem ſine miſericordia: ſed ei qui non fecit miſericordiam
Quod autem adiungit: ⌊ Quia pauperes facti ſumus ni-
mis: ⌋ Hoc vult intelligi anticipare nos miſericordia dei:
vt noſtra paupertas: id eſt infirmitas eo miſerante adiu-
uetur ad eius precepta facienda: ne ad iudicium eius dam
nandi veniamus. Ideo ſequitur. ⌊ Adiuua nos deus ſalu-
taris noſter. ⌋ Hoc vero quod ait: Salutaris noſter: ſatis
exponit quam voluerit paupertatem in eo quod dixerat:
Quoniam pauperes facti ſumus nimis. Ipſa eſt quippe
infirmitas: cui ſalutaris eſt neceſſarius. Cum vero adiuua
ri nos vult: nec ingratus eſt gratie: nec tollit liberum arbi-
trium. Qui enim adiuuatur: etiam per ſeipſum aliquid agit
M. †Et. Addidit etiam ⌊ † Propter gloriam nominis tui domi-
1. Corin. 1. ne libera nos. ⌋ Ut qui gloriatur: non in ſeipſo: ſed in do-
mino glorietur. ⌊ Et propitiꝰ eſto: inquit: peccatis noſtris
propter nomen tuum: ⌋ Non propter nos nos. Nam quid
aliud merentur peccata noſtra: q̄ debita et digna ſupplicia
Sed propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum
Sic ergo nos liberas: id eſt eruis a malis cum et adiuuas
nos ad faciendam iuſtitiam: et propitius es peccatis no-
Ps. 142. ſtris: ſine quibus in hac vita non ſumus: Quoniam non iu-
1. Ioā. 3. ſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Peccatum au-
Ps. 129. tem iniquitas eſt. Et ſi iniquitates obſeruaueris: quis ſu-
Als. † Ne ſtinebit? Quod autem adiungit: ⌊ † Ne quando dicant †
forte. gentes: vbi eſt deus eorum: ⌋ Magis pro ipſis gentibus
M. † in gē- eſt accipiendum. Male enim pereunt qui de deo vero diſ
tibus. putauerunt: putantes eum vel non eſſe: vel ſuos non adiu
uare: nec eis eſſe propitium: Illud vero quod ſequitur.
⌊ Et innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris: † Uin M. † vltio.
dicta ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt: ⌋ Uel ſic L
intelligitur cum credunt in deum verum qui perſequeban
tur eius hereditatem: quia et ipſa vindicta eſt qua perimi-
tur ſeua iniquitas eorum gladio verbi dei: de quo dictum
eſt: Accingere gladio tuo. Uel cum perſeuerantes inimici Ps. 44.
in fine puniuntur: Nam mala temporalia que in hoc ſeculo
patiuntur: communia poſſunt habere cum bonis. Eſt aliud
vindicte genus: quo eccleſie dilatationem et fecunditatem
in hoc ſeculo poſt tantas perſecutiones: quibus eam omni
no perituram putabant: peccator et incredulus et inimi-
cus videt et iraſcetur: dentibus ſuis frendet et tabeſcet.
Quis enim negare audeat hanc etiam eſſe grauiſſimam Ps. 111.
penam? Sed neſcio vtrum ſatis eleganter accipiatur quod
ait: ante oculos noſtros. Si enim hoc pene genus intelli-
gamus quod in intimis cordis agitur: et torquet etiam il-
los qui nobis adulanter arrident: nec a nobis videri poteſt
quid in homine interiore patiantur. Illud autem quod ſi-
ue eis credentibus iniquitas eorum interimitur: ſiue in ma
lignitate perſeuerantibus: ſupplicium nouiſſimum reddi-
tur: ſine ſcrupulo queſtionis intelligitur dictum. Innote-
ſcat ante oculos noſtros vindicta in nationibus. Et hec qui
dem vt diximus prophetatio eſt: non optatio. Sed pro- M
pter illud quod ſcriptum eſt in Apocalypſi: ſub ara dei mar Apoca. 6.
tyres ad deum clamare et dicere: Quouſq; domine nō vin
dicas ſanguinem noſtrum: non eſt pretereundum quemad
modum accipi oporteat: ne propter exaturandum odium:
credantur ſancti deſiderare vindictam: quod ab eorum per
fectione longe abeſt: et tamen ſcriptum: Letabitur iuſtus Ps. 57.
cum viderit vindictam impiorum: manus ſuas lauabit in
ſanguine peccatoris. Et apoſtolus ait: Non voſipſos vin- Ro. 12.
dicantes chariſſimi: ſed date locum ire. Scriptum eſt enim Deut. 32.
Mihi vindictam et ego retribuam dicit dominus. Nec ip
ſe itaq; precepit vt nolint vindicari: ſed vt non ſeipſi vindi
cantes dent locum ire dei: qui dicit: Mihi vindictam et
ego retribuā. Et dominus in euangelio: viduam proponit Luce. 18.
in ſimilitudinem que vendicari deſiderans: iudicem inter-
pellabat iniuſtum: qui eam tandem aliquando non iuſti-
tie ductus: ſed tedio victus audiuit. Hoc autem dominus
propoſuit: vt oſtenderet multo magis deum iuſtum cito fa
cturum iudicium electorum ſuorum: qui ad eum clamant
die ac nocte. Inde eſt et ille ſub ara dei martyrum clamor: Apoca. 6.
vt dei iudicio vindicentur. Ubi eſt ergo illud: Diligite ini- Mat. 5
micos veſtros: benefacite eis qui vos oderunt: et orate p
eis qui vos perſequantur: Ubi eſt et illud: Non reddentes 1. Pet. 3.
malum pro malo: nec maledictum pro maledicto: et nulli
malum pro malo reddentes: Si enim malum pro malo nō
eſt cuiq̄ reddendum: non ſolum factum malum pro facto
malo: ſed nec votum malum reddendum eſt pro facto vel
voto malo. Reddit autem malum votum qui etiam ſi non
ſeipſum vindicat: tamen vt eius inimicū deus puniat expe
ctat atq; optat. Quapropter cū et hō iuſtus et hō malus
de inimicis ſuis velint a domino vindicari: vn̄ diſcernētur: N
niſi quia iuſtus et magis cupit inimicum ſuum corrigi quā
puniri: et cum in eum videt a domino vindicari: non eius
delectatur pena: quia nō eum odit: ſed diuina iuſtitia: quia
deum diligit? Deniq; ſi in hoc ſeculo in eum vindicatur: vel
pro illo etiam letatur ſi corrigitur: vel certe pro aliis vt eum In epſtā
timeant imitari: Ipſe quoq; fit melior: non ſupplicio illius 2. c. ſ.
odia ſua paſcēdo: ſed errata emēdādo: Ac per hoc de beni Ps. 57.
uolentia eſt non de malicia quod letatur iuſtus cum videt
vindictam: et manus ſuas lauat: id eſt opera ſua mundiora
efficit in ſanguine: hoc eſt in exitio peccatorum: ſumens in-
de non mali alieni gaudium: ſed diuine admonitionis exē-
plum. Si autem in futuro ſeculo vltimo dei iudicio vindica
tur: hoc ei placet quod deo: ne bene ſit malis: ne pꝛoꝛꝛ pre
mijs etiam impij perfruantur: Quod vtiq; iniuſtum eſt: et a
regula veritatis quā iuſtus diligit alienū. Cū enim nos ad
diligendos inimicos dn̄s hortaret: exēplum ꝑpoſuit pr̄is
noſtri qui in celis eſt: qui facit ſolē ſuum oriri ſuper bonos et
malos

Mat.5. malos: et pluit ſuper iuſtos et iniuſtos: Nunquid tamen
ideo vel temporalibus correctionibus non emendat: vel
pertinaciter duros in fine non damnat? Sic ergo inimi-
cus diligatur: vt non diſpliceat domini iuſticia qua puni-
tur: Et ſic placeat iuſticia qua punitur: vt non de malo
eius: ſed de bono iudice gaudeatur. Maliuolus enim ani-
mus contriſtatur: ſi eius inimicus correctus euaſerit penã.
Et cũ puniri eũ videt: vindicari ita ſe gaudet: vt non iuſti-
tia dei quem non diligit: ſed illius quem odit miſeria dele-
ctetur. Et cum deo dimittit iudicium vt plus noceat deus
quam ipſe nocere poſſit: exoptat. Et cum dat cibum eſuriẽ-
ti inimico potumq; ſitienti: malicioſe ſapit quod ſcriptum
Ro.12. eſt: Hoc enim faciens: carbones ignis congeres ſuper ca-
put eius. Agit enim vt amplius aggrauet et ei excitet indi-
gnationem dei: quam carbonibus ignis ſignificari putat:
non intelligens illum ignem eſſe penitentie vrentem dolo-
re: quouſq; caput erectum ſuperbia beneficijs inimici ad
humilitatem ſalubrem deponatur: et in bono illius: huius
Ibidem. malum vincitur. Unde apoſtolus vigilanter adiunxit: Noli
vinci a malo: ſed vince in bono malum: Quomodo autem
poteſt vincere in bono malum: in ſuperficie bonus: et in ab-
dito malus: qui opere parcit: et corde ſeuit: manu mitis: vo-
luntate crudelis? Sic ergo ſpecie poſcentis in hoc pſal-
mo futura in impios vindicta prophetatur: vt intelligam9
ſanctos homines dei ſuos inimicos dilexiſſe: nec cuiq; vo-
luiſſe niſi bonum: quod eſt pietas in hoc ſeculo: eternitas
in futuro. In penis autem malorum non malis eorum: ſed
dei bonis iudicijs fuiſſe delectatos. Et vbicumq; in ſcriptu-
O ris ſanctis leguntur in homines odia eorum: odia fuiſſe vi-
Als † In- tiorum: que ipſe etiam vnuſquiſq; hominũ odire debet in
trocat. ſe ſi diligit ſe. Iam vero quod ſequitur: ⌊ † Intret in con-
ſpectum tuum. ⌋ Uel ſicut alij codices habent: ⌊ In con-
ſpectu tuo gemitus compeditorum. ⌋ Non facile quiſq; rep-
perit coniectos in compedes a perſecutoribus ſanctos. Et
ſi accidit in tam magna atq; multiplici varietate penarum
iam raro accidit: vt non ſit credendum hoc in iſto verſu quod
commemoraret potiſſimum elegiſſe prophetam. Sed nimi-
rum compedes ſunt infirmitas et corruptibilitas corporis:
que aggrauant animam. Per eius enim fragilitatem velut
quorundam dolorum moleſtiarumq; materiam ad impieta-
Philip.1. tem poterat compellere perſecutor. Ab his compedibus cõ-
cupiſcebat diſſolui apoſtolus et eſſe cum chriſto: manere au-
1.Corin.15 tem in carne neceſſarium propter illos quib9 euangelium mi-
niſtrabat. Donec ergo corruptibile hoc induat incorruptio-
nem: et mortale hoc induat immortalitatem: velut compe-
2.Corin.5. dibus caro infirma: promptum impedit ſpiritum. Has er-
go compedes non ſentiunt: niſi qui in ſemetipſis ingemi-
ſcunt grauati: habitaculum quod de celo eſt ſuperindui cu-
pientes: quia et mors horrori eſt: et meror vita mortalis.
Pro his propheta gemitibus ingemit: vt intret in conſpe-
ctu dei gemitus compeditorum. Poſſunt et illi intelligi
compediti: qui preceptis ſapientie colligati ſunt: que patiẽ-
ter ſuſtentata in ornamenta vertuntur. Unde ſcriptum eſt:
Eccli.6. Inijce pedem tuum in compedes eius. ⌊ Secundum ma-
gnitudinem: ⌋ inquit: ⌊ brachij tui: recipe in adoptionem fi-
lios mortificatorum. ⌋ Uel ſicut in alijs codicibus legitur:
⌊ Poſſide filios morte punitorum. Ubi ſatis mihi videtur
oſtendiſſe ſcriptura: quis fuerit gemitus compeditorum:
qui pro nomine chriſti perſecutiones grauiſſimas pertule-
runt que in iſto pſalmo apertiſſime prophetantur. In di-
uerſis enim paſſionibus conſtituti orabant pro eccleſia: ne
infructuoſus eſſet poſteris ſanguis illorum: vt dominica ſe-
ges vnde inimici eam putabant perituram: inde veracius
pullularet. Filios quippe mortificatorum dicit: qui non ſo-
lum non ſunt territi precedentium paſſionibus: ſed in eum
pro cuius nomine paſſos eos nouerant: exhortante illorum
gloria ad imitandum acceſſi: copioſiſſimis agminibus cre-
diderunt. Ideo dicit: Secũdum magnitudinem brachij tui:
Als † Et. Res enim tam magna ſecuta eſt in populis chriſtianis: vt
† ſeptuplũ eam qui ſe aliquid perſequendo proficere putabant: nullo
in ſinu eoꝝ modo crederent ſecuturam. ⌊ † Redde: ⌋ inquit: ⌊ vici-
nis noſtris † ſepties tantum in ſinus eorum. ⌋ Non ma-
la optat: ſed iuſta prenunciat: et futura prophetat. Septe-
nario autem numero: id eſt ſeptupla retributione perfe-
ctionem pene vult intelligi: quia iſto numero: plenitudo ſi-
gnificari ſolet. Unde et illud eſt in bonis accipiendum et in
hoc ſeculo ſepties tantum: quod poſitum eſt pro omnibus:
quaſi nihil habentes et omnia poſſidentes. Uicinos dicit: 2.Corin.6.
quia inter illos habitat eccleſia vſq; in diem ſeparationis.
Non enim modo ſit diſceſſio corporalis. In ſinus eorum di-
cit vtiq; nunc in occultis: vt vindicta que in hac vita agitur
in occulto: poſt innoteſcat in nationibus ante oculos no-
ſtros: Homo namq; cum datur in reprobum ſenſum: in inte-
riore ſinu accipit ſuppliciorum meritum futurorum. ⌊ † Op- Als † Im-
probrium eorum: quod exprobrauerunt tibi domine. ⌋ Hoc properium
eis redde ſeptuplum in ſinus eorum: id eſt pro iſto oppro- ipſorum.
brio eos in occultis eorum pleniſſime reproba. Tibi enim
exprobrauerunt: nomen tuum ſe arbitrantes in ſeruis tuis
delere de terra. ⌊ Nos autem populus tuus. ⌋ Generali- P
ter accipiendum de omni genere piorum et verorum chri-
ſtianorum. Nos ergo quos perdere ſe poſſe putauerunt po-
pulus tuus. ⌊ Et oues † gregis tui. ⌋ Ut qui gloriatur: in Als † Paſ-
domino glorietur. ⌊ Confitebimur tibi in ſeculum. ⌋ Alij cue tue.
autem codices habent: ⌊ Confitebimur tibi in eternum. ⌋
Ex ambiguo greco: facta eſt iſta diuerſitas. Quod enim ha-
bet grecus εισ τον αιωνα: et in eternum et in ſeculum in-
terpretari poteſt. Sed pro loco intelligẽdum quid melius
interpretatum ſit. Senſus ergo huius loci magis mihi vi-
detur oſtendere: in ſeculũ dici oportere: id eſt vſq; in finem
ſeculi. Sequens autem verſus more ſcripturarum: maxi-
meq; pſalmorum: repetitio ſuperioris eſt ordine commuta-
to: primo habens quod ibi eſt poſterius: et poſterius quod
ibi eſt prius. Nam quod ibi dictum eſt: Confitebimur tibi:
pro ipſo hic dictum eſt: Annunciabimus laudem tuam. Quod
itaq; ibi dictum eſt: In ſeculum: pro ipſo hic dictum eſt:
In generationem. Iſta quidem generationis repetitio:
perpetuitatem ſignificat: ſiue vt nonnulli intelligunt: quia
due ſunt generationes: vetus et noua: Sed in hoc ſit ſecu-
lo vtraq;: Quoniam qui non renatus fuerit ex aqua et ſpi- Ioã.3.
ritu ſancto: non intrabit in regnum celorum. Deniq; quia in
iſto ſeculo annunciatur laus dei: Nam in futuro ſeculo cum 1.Ioã.3.
videbimus eum ſicuti eſt: cui deinceps annuncietur: non
erit. Nos ergo populus tuus et oues gregis tui: quas per-
ſequendo illi crediderunt ſe poſſe conſumere. Confitebi-
mur tibi in ſeculum: permanente vtiq; eccleſia vſq; in finẽ:
quam illi delere conati ſunt. ⌊ In generatione et genera-
tionem: annunciabimus laudem tuam. ⌋ Que laus vt tace-
retur: in nos finire conati ſunt. Multis autem iam locis ſan-
ctarum ſcripturarum inſinuauimus confeſſionem etiam
pro laude poni: Sicuti eſt illud: Hec dicetis in confeſſione: Eccli.39.
Opera domini vniuerſa quoniã bona valde: maximeq; illud
quod ait ipſe ſaluator: qui nullum habebat omnino pecca-
tum: quod penitendo confiteretur: Confiteor tibi pater do- Mat.11.
mine celi et terre: quia abſcondiſti hec a ſapientibus et pru-
dentibus et reuelaſti ea paruulis. Hoc dixi: vt apertius in-
telligatur id eſſe repetitum in eo quod dictum eſt: Annun-
ciabimus laudem tuam: quod ſuperius dictum erat. Con-
fitebimur tibi.

¶ Explicit tractatus de pſ.lxxviij.

¶ Incipit tractatus de pſ.lxxix.

NOn adeo multa ſunt in hoc pſalmo in quibus ſermo A
noſter patiatur difficultatem: vel intentio auditorum
intelligendi impedimentum. Proinde adiuuante domino
cum affectu audiendi et videndi iam que prophetata et pre-
dicta ſunt: tanq̃ eruditi in ſchola chriſti currere debemus
que plana ſunt: vt ſi forte obſcura exigunt officium interpre-
tandi: ea que plana ſunt legendi officium a me debeant fla-
gitare. Cantatur hic de aduentu dñi et ſaluatoris noſtri ieſu
chriſti: et de vinea eius: Sed cantat ille aſaph quãtum ap-

paret illuminatus atq; correctus: cuius nomine noſtis ſi-
gnificari ſynagogam. Deniq; titulus pſalmi eſt. ⌊ In finē
Ro. 10. pro his qui immutabuntur: ⌋ Utiq; in melius: Quoniam
chriſtus finis legis: ideo venit: vt immutet in melius. Et ait:
teſtimonium ipſius aſaph: bonum teſtimonium veritatis.
Deniq; hoc teſtimonium: et chriſtum et vineam confitetur:
hoc eſt caput et corpus: regem et plebem: paſtorem et gre-
gem: et totum omnium ſcripturarum myſterium chriſtum
et eccleſiam. Concludit autem titulus pſalmi: ⌊ Pro aſſy-
rijs. ⌋ Aſſyrij interpretantur: dirigentes. Iam ergo nō ſit
generatio que cor non direxit ſuum: ſed generatio iam di-
rigens. Ergo audiamus quid dicat in hoc teſtimonio.

¶ Expoſitio pſalmi.

B
Al. † regis Q Ui † paſcis iſrael intende. ⌋ Quid eſt: qui paſcis iſ-
Al. † oues. rael intende? ⌊ Qui deducis velut † oues ioſeph. ⌋
Inuocatur vt veniat: expectatur vt veniat: deſideratur vt
veniat: Ergo dirigentes inueniat. Qui deducis inquit
velut oues ioſeph. Ipſum ioſeph velut oues: ipſe ioſeph
oues ſunt: et ipſe ioſeph ouis eſt. Audito ioſeph: quid et in-
terpretatio eius nominis multum iuuet: ſignificat enim au-
Ioā. 12. gmentum: et ideo vtiq; venit ille: vt mortificatum granum
multipliciter ſurgeret: hoc eſt augeretur populus dei: ta-
Geñ. 37. men ex eo quod iam noſtis contigiſſe ioſeph: veniat in men
tem a fratribus venditus veniat a ſuis exhonoratus: apud
Geñ. 41. alienigenas exaltatus: et intelligetis in cuius grege eſſe de-
beamus: ſimul cum illis qui iam dirigunt cor ſuum: vt lapis
Ps. 117. reprobatus ab edificantibus fiat in caput anguli: tenens
duos parietes de diuerſo venientes: ſed in angulo concor-
dantes. ⌊ Qui ſedes ſuper cherubin. ⌋ Cherubin ſedes
eſt glorie dei: et interpretatur plenitudo ſcientie: Ibi ſedet
deus in plenitudine ſcientie. Licet intelligamus cherubin
ſublimes eſſe celorum poteſtates atq; virtutes: tamen ſi
vis: eris cherubin. Si enim cherubin: ſedes eſt dei: audi quid
Ro. 13. dicat ſcriptura: Anima iuſti: ſedes eſt ſapientie. Quomo-
do inquis ero plenitudo ſcientie? Quis hoc implet? Habes
vnde impleas: Plenitudo legis charitas. Noli per multa
ire atq; diſtendi. Terret te ramorum diffuſio: radicem tene:
et de magnitudine arboris noli cogitare: Sit in te charitas
et neceſſe eſt plenitudo ſcientie cōſequatur. Quid enim ne-
Al. † mani- ſcit qui charitatem ſcit? Quandoquidem dictum eſt: Deus
feſtare. charitas eſt. ⌊ Qui ſedes ſup cherubin † appare. ⌋ Ideo
Al. † ephra- enim errauimus: quia non apparebas: Appare: ⌊ Coram †
im. ephrem et beniamin et manaſſe: ⌋ Appare inquam coram
gente iudeorum: coram populo iſrael. Ibi enim ephrem: ibi
manaſſes: ibi beniamin. Sed interpretationem videamus:
Ephrem fructificatio: Beniamin filius dextere: Manaſſes
oblitus. Appare enim coram fructificato: coram filio dexte-
re: appare coram oblito: vt iam non ſit oblitus: ſed venias
Ps. 21. illi in mentem qui liberaſti. Si enim gentes commemora-
buntur: et conuertentur ad dominum vniuerſi fines terre:
populus ipſe de abraam veniens: non habuit parietem ſuū
C qui gaudeat in angulo: cum ſcriptum ſit: Reliquie ſalue fient?
Mat. 27. ⌊ Excita potentiam tuam. ⌋ Nam infirmus eras quando
dicebatur: Si filius dei eſt: deſcendat de cruce. Nihil vale-
re videbaris: Preualuit ſuper te perſecutor: et demonſtra-
ſti hoc antea: quia et iacob ipſe preualuit angelo in luctan-
Geñ. 28. do. Quando niſi vellet angelus? Et preualuit homo: et vi-
ctus eſt angelus: et victor homo tenet angelum: et dicit: Nō
dimittam te: niſi benedixeris mihi: Magnum ſacramentū
Et ſtat victus: et benedicit victorem. Uictus: quia voluit:
carne infirmus: maieſtate fortis: et benedixit: Uocaberis in-
Ibidem. quit iſrael. Tetigit tamen et femoris latitudinem et aruit.
eundemq; hominem vnum: fecit et benedictum et claudum.
Uides claudicaſſe populum iudeorum: vide ibi et benedi-
ctum genus apoſtolorum. Excita ergo potentiā tuā. Quan-
2. Corin. 13 diu videris infirmus? Crucifixus ex infirmitate: reſurge in
virtute. Excita potentiam tuam: ⌊ Et veni: vt ſaluos fa-
cias nos. Deus conuerte nos. ⌋ Auerſi enim ſumus a te: et
Al. † oſten- niſi tu conuertas: non conuertemur. ⌊ Et † illumina faciē
de. tuam: et ſalui erimus. ⌋ Nunquid ille obſcuram habet faciē?

Non habet obſcuram faciem: ſed oppoſuit ei nubem carnis:
et tanquam velum infirmitatis: et non eſt putatus ipſe cum pen-
deret in ligno: agnoſcendus cum ſederet in celo. Nam ita
factum eſt. Preſentem in terra chriſtum et miracula facien-
tem non agnouit aſaph: mortuum tamen poſteaquam reſurre-
xit et aſcendit in celum: agnouit: compunctus eſt: dixerat
de illo totum: hoc eſt teſtimonium quomodo agnoſcimus
in hoc pſalmo: Illumina faciem tuam: et ſalui erimus. Ob-
texiſti faciem tuam et egrotauimus: illumina illam: et ſalui
erimus. ⌊ Domine deus virtutum † vſq;quo iraſceris † in Al. † quo-
orationem ſerui tui? ⌋ Iam ſerui tui. Iraſcebaris in oratio- vſq;.
nem inimici tui: adhuc iraſceris in orationem ſerui tui? Cō- Al. † ſuper
uertiſti nos: agnouimus: et adhuc iraſceris in orationem
ſerui tui? Ita plane iraſceris vt pater corrigens: non vt iu-
dex damnans: Ita plane iraſceris: quia ſcriptum eſt: Fili Eccli. 2.
accedens ad ſeruitutem dei: ſta in iuſtitia et timore: et
prepara animam tuam ad temptationes. Ne putes iam trā-
ſiſſe iram dei: quia conuerſus eſt: tranſit: ſed: ne damnet in
eternum: Flagellat autem non parcit: quia flagellat omnē
filium quem recipit. Si flagellari detrectas: recipi quare
deſideras? Flagellat autem omnem filium quem recipit. Hebre. 12.
Flagellat omnem: qui et vnico non pepercit. Sed tamen
quamdiu iraſceris in orationem ſerui tui? Non iam inimici tui.
Sed iraſceris in orationem ſerui tui: Quandiu? Sequitur. D
⌊ Cibabis nos pane lachrymarum: et † potabis nos in la- Al. † potū
chrymis in menſura. ⌊ Quid eſt in menſura? Apoſtolum au- dabis nobis
di. Fidelis deus qui non vos permittit temptari: ſupra quam 1. Corin. 10
poteſtis ferre. Ipſa eſt menſura pro viribus tuis: ipſa eſt mē-
ſura vt erudiaris: non vt opprimaris. ⌊ Poſuiſti nos in cō-
tradictionem vicinis noſtris. ⌋ Plane factum eſt: id eſt de
aſaph electi ſunt qui irent ad gentes. et predicarent chri-
ſtum: et diceretur eis: Quis eſt iſte nouorum demoniorum Act. 17.
annunciator? Poſuiſti nos in contradictionem vicinis no-
ſtris. Eum enim predicabant cui contradicebatur: quem
predicabant mortuum reſurrexiſſe chriſtum. Quis hoc au-
diat? Quis hoc nouerit? Noua res: Sed ſigna conſequebā-
tur: et incredibili rei fidem miracula faciebant. Contradi-
cebatur: ſed contradictor vincebatur: et ex contradictore fi-
delis efficiebatur. Ibi tamen magna flamma: ibi martyres
cibati pane lachrymarum: et potati in lachrymis: ſed in mē-
ſura: non amplius quam poterant ferre: vt poſt menſuram
lachrymarum ſequeretur corona gaudiorum. ⌊ Et inimici
noſtri ſubſannauerunt nos. ⌋ Et vbi ſunt qui ſubſanna-
uerunt? Diu dictum eſt: Qui ſunt iſti colentes mortuum:
adorantes crucifixum: Diu dictum eſt: Ubi eſt naſus ſub-
ſannantium? Nonne nunc qui reprehendunt: in cauernas fu-
giunt: ne videantur? Et inimici noſtri ſubſannauerūt nos. Al. † nō hꝫ
Sed videtis, quid ſequatur. ⌊ † Domine deus virtutum
conuerte nos: et oſtende faciem tuam: et ſalui erimus. Ui- Al. † de.
neam † ex egypto tranſtuliſti: eiecisti gentes et plantaſti
eam. ⌋ Nouimus: factum eſt. Que gentes electe ſunt?
Amorrei: cethei: iebuſei: gergeſei: et euei: Quibus expulſis
et victis: introductus eſt populus ex egypto liberatus in
terram promiſſionis. Unde vinea electa ſit: et vbi plantata
ſit: audiuimus: Uideamus quid deinde factum eſt: quomo-
do crediderit: quantum creuerit: quid occupauerit. Uineā
ex egypto tranſtuliſti: eieciſti gentes et plantaſti eam.
⌊ † Uiam feciſti in conſpectu eius: et plantaſti radices eius Al. † Dux
et impleuit terram. ⌋ Nunquid impleret terram: niſi via itineris fui-
fieret in cōſpectu eius? Que via facta eſt in cōſpectu eius? ſti.
Ego ſum inquit via: veritas et vita. Merito impleuit ter- Ioā. 14.
ram. Hoc dictum modo de vinea iſta quod perfectum eſt E
vſq; in finem. Ueruntamen quid prius? ⌊ Operuit mon- Al. † Extē-
tes vmbra eius: et arbuſta eius cedros dei. † Extendiſti dit.
palmites eius vſq; ad mare: et vſq; ad flumen propagines
eius. ⌋ Hoc deſiderat officium expoſitoris: non ſufficit le-
ctoris et laudatoris: Adiuuate me intendendo. Solet
enim vinee huius commemoratio in hoc pſalmo caligi-
nem facere minus intentis. Etenim magnitudo vinee
huius iam a nobis explicata eſt: et vnde facta eſt: et vnde
facta ſit magna: predictum eſt. Uiam feciſti in conſpectu
eius: et plantaſti radices eius: et impleuit terram. Hoc
de perfectione

de perfectione ipſius dictum eſt. Sed tamē prima gens iu
dea fuit iſta vinea. Gens autem iudea vſq; ad mare: et vſq;
ad flumen regnauit. Vſq; ad mare: apparet in ſcriptura qđ
Nume. 34. mare ibi vicinum ſit. Et vſq; ad flumen iordanem. Trans
iordanem enim aliquid iudeorum collocatum eſt: infra ior
danem autem tota gens. Ergo vſq; ad mare: et vſq; ad flu
men regnum iudeorum: Regnum iſrael non a mari vſq; ad
mare: ſed et a flumine vſq; ad terminos orbis terre. Illa iā
perfectio vinee eſt: de qua hic predixit: Viam feciſti in con
ſpectu eius: et plantaſti radices eius: et impleuit terram:
Cum ibi ergo predixiſſet perfectionem: redijt ad initium:
de quo initio ſit facta perfectio. Initium vis audire? Vſq;
ad mare: et vſq; ad flumen. Finem vis audire? Dominabi
Pſ. 71. tur a mari vſq; ad mare: et a flumine vſq; ad terminos or
bis terre: hoc eſt: impleuit terram. Videamus ergo teſti
monium aſaph: quid factum eſt prime vinee: quid eſt expe
ctandum ſecunde vinee: immo eidem vinee. Ipſa eſt enim
Ioſ. 4. non enim altera eſt. Inde chriſtus ſaluus et iudeis: inde apo
Act. 2. et 4 ſtoli: inde primi credentes: et precia rerum ſuarum ante pe
des apoſtolorum ponentes: inde omnia hec. Et ſi aliqui ex
Ro. 11. ramis fracti ſunt: propter incredulitatem fracti ſunt: tu au
tem populus gentium fide ſta: Noli altum ſapere: ſed time.
Nam ſi deus naturalibus ramis non pepercit: neq; tibi par
cet. Si autem altum ſapis: non tu radicem portas: ſed ra
dix te. Quid ergo vinea ante cuius conſpectum facta eſt
via? Facta eſt vt impleret terram. Primo vbi fuit? Operuit
montes vmbra eius. Qui ſunt montes? Prophete. Quare
operuit illos vmbra eius? Quia obſcure locuti ſunt. Quare
futura annunciata ſunt? Audis a prophetis: Obſerua ſab
batum: octauo die circuncide infantem: offer ſacrificium
arietis: vituli: hirci: noli moueri: vmbra eius eſt cooperiēs
montes dei: Veniet et poſt vmbram manifeſtatio. Et arbu
ſta eius cedros dei: id eſt cooperuit cedros dei altiſſimas
ſedes dei. Sunt enim cedri ſignificantes ſuperbos exer
tendos. Cedros libani altitudines mundi: operuit creſcen
do vinea iſta: Et montes dei omnes ſanctos prophetas: pa
triarchas. Sed quouſq; extendiſti palmites eius? Vſq; ad
5 mare et vſq; ad flumen propagines eius. Inde quid? Vt
quid deſtruxiſti maceriā eius. Iam videtis euerſam illā gen
Pſ. 73. tem iudeorum: iam et alio pſalmo audiſtis: In dolabro et
fractorio deiecerunt eam. Quando fieret: niſi eius mace
ria deſtrueretur? Que eſt maceria eius? Munitio eius.
Mat. 21. Extitit enim ſuperba aduerſus plantatorem ſuum: Sed
ſeruos ad ſe miſſos et petentes mercedem coloni flagella
uerunt: ceciderunt et occiderunt. Venit et vnicus filius: di
Ibidem: xerunt: Hic eſt enim heres: venite occidamus eum: et no
ſtra erit hereditas. Occiderunt et extra vineam proiece
runt. Proiectus magis poſſidet vnde proiect⁹ eſt. Sic em
et minatur per Eſaiam: Deſtruam maceriam eius. Quare?
Eſa. 5. Expectaui enim vt faceret vuam: fecit autem ſpinas. Expe
ctaui inde fructum: et inueni peccatum. Quid ergo queris
o aſaph? Vt quid deſtruxiſti maceriam eius? Tu enim neſcis
Quare? Expectaui vt faceret iudicium: et fecit iniquitatē.
Non erat deſtruenda maceria eius? Et venerunt gentes:
deſtructa maceria: inuaſa eſt vinea: ac deletum regnum iu
deorum. Hoc primum plangit: ſed non ſine ſpe. De directio
ne enim cordis iam loquitur: id eſt pro aſſyrijs: pro diripien
tibus pſalmus eſt. Vt quid deſtruxiſti maceriam eius? Et
Alſ. † qui vindemiant eam omnes † tranſeuntes viam. Quid eſt:
pretergre viam tranſeuntes? Temporaliter dominantes. † De
diuntur. vaſtauit eam aper de ſylua. Aprum de ſylua quid intel
† Exterminauit. ligimus? Iudeis porcus aduerſus eſt: et in porco ponunt
tanquam immundiciam gentium. A gentibus autem euer
ſa eſt gens iudea: Sed rex ille qui euertit: non tantum por
cus immundus: ſed etiam aper fuit. Quid enim aper: niſi
porcus ſeuus: porcus ſuperbus? Aper de ſylua vaſtauit eā:
De ſylua: de gentibus. Etenim illa vinea erat: gentes au
tem ſylue erant. Sed quando crediderunt gentes: quid di
ctum eſt? Tunc exultabunt omnia ligna ſyluarum. Deua
Pſ. 95. ſtauit eam aper de ſylua. Et ſingularis ferus depaſtus
eſt eam. Quid eſt ſingularis ferus? Ipſe aper qui deua
ſtauit eam: ſingularis ferus. Singularis: quia ſuperbus.
Hoc enim dicit omnis ſuperbus: Ego ſum: ego ſum: et ne

mo. Sed quo fructu hec? Deus virtutum conuertere.
Quibus hec facta ſint: conuertere vero. Reſpice de celo
et vide: et viſita vineam iſtam. Et perfice eam quam plan
tauit dextera tua. Non aliam inſtitue: ſed hanc perfice.
Ipſum eſt enim ſemen abraam: ipſum eſt ſemen in quo be Geñ. 12. et
nedicuntur omnes gentes: Ibi eſt radix: ibi portatur olea 26.
ſter inſertus. Perfice vineam iſtam quam plantauit dexte
ra tua. Sed vbi perficit? Et ſuper filium hominis quem
confirmaſti tibi. Quid euidentius? Quid adhuc expecta
tis vt vobis diſputando exponamus: et non potius vobiſcū
cum admirando clamemus: Perfice vineam iſtam quam
plantauit dextera tua: et ſuper filium hominis eam perfice?
Quem filium hominis? Quem confirmaſti tibi. Magnum 1. Corin. 3.
firmamentum: edifica quantum potes. Fundamentum
enim aliud nemo poteſt ponere preter id quod poſitum eſt: Al. † Incē
quod eſt chriſtus ieſus. † Succenſa igni et † effoſſa: ſa.
ab increpatione vultus tui peribunt. Que ſunt ſuccenſa † Suffoſſa
igni et effoſſa: que peribunt ab increpatione vultus tui? Vi
deamus et intelligamus que ſint igni ſuccenſa et effoſſa.
Quid increpauit chriſtus? Peccata. Ab increpatione vult⁹
eius: peccata perierunt. Quare ergo peccata igni ſuccenſa 2. ſentē. diſ.
et effoſſa? Omnia peccata due res faciūt in homine: Cupidi 42. Modi
tas et timor. Cogitate: diſcutite: interrogate corda veſtra: autem.
perſcrutamini conſcientias: videte vtrum poſſint eſſe pecca
ta: niſi aut cupiendo aut timendo. Proponitur tibi premiū
vt pecces: id eſt quod te delectet: facis propter quod cu
pis: ſed forte non duceris donis: terreris minis: facis pro
pter quod times. Corrūpere te vult aliquis vt dicas (ver
bi gratia) Falſum teſtimonium. Innumerabilia ſunt: ſed
planiora propono: de quibus cetera conijciatis. Attendiſti Mat. 16.
tu deum: et dixiſti in animo tuo: Quid prodeſt homini ſi to
tum mundum lucretur: anime autem ſue detrimentum pa
tiatur? Non adducor premio: vt perdam animam meam
pro lucro pecunie. Conuertit ille ſe ad incutiendum me
tum: Qui premio corrumpere non valuit: incipit minari
damnum: expulſionem cedes: fortaſſis et mortem. Ibi iam
ſi cupiditas non valuit: forte timor valebit vt pecces. Po
ro autem ſi de ſcripturis: contra cupiditatem venit tibi in
mentem: Quid prodeſt homini ſi totum mundum lucretur:
anime autem ſue detrimentum patiatur: Veniat etiam cō Mat. 10.
tra timorem in mentem: Nolite timere eos qui corpus occi
dunt: animam autem non poſſunt occidere. Quicunq; te
vult occidere: vſq; ad corpus: ei licet: vſq; ad animam non
licet. Anima tua non morietur: niſi tu eam volueris occide
re. Perimat aliena iniquitas carnem tuam: dum ſeruet ve
ritas animā tuam. Si autem a veritate reſilieris: quid tibi
amplius facturus eſt inimicus: quam tu tibi ipſe facis? Ini
micus ſeuiens carnem poteſt occidere: tu autem dicendo
falſum teſtimonium animam occidis. Audi ſcripturam: Os Sap. 1.
quod mentitur occidit animam. Itaq; fratres mei ad om
ne recte factum: amor et timor ducit. Vt facias bene: amas
deum et times deum: Vt autem facias male: amas mun
dum: et times mundum. Hec duo conuertantur ad bonum
Amabas terram: ama vitam eternam: Timebas mortem:
time gehennam. Quicquid tibi iniquo promiſerit mundus
nunquid poteſt dare quantum dabit iuſto deus? Quicquid
tibi iuſto minatus fuerit mundus: nunquid poteſt facere qđ
facit iniquo deus? Vis audire quid daturus eſt deus: ſi iu Mat. 25.
ſte vixeris? Venite benedicti patris mei percipite regnum
quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Vis videre quid
facturus eſt impio? Ite in ignem eternum: qui paratus eſt Ibidem.
diabolo et angelis eius. Bene quidem tu nihil aliud vis:
quam vt bene tibi ſit. Nam in eo quod amas: vis vt bene
tibi ſit: et in eo quod times: non vis vt male tibi ſit: Sed
non in ea regione queris: in qua querendum eſt. Feſtinas.
Nam et ſine indigentia vis eſſe et ſine moleſtia. Bonum
eſt quod vis: ſed tolera quod non vis: vt aſſequaris quod
vis. Proinde illius facies delens peccata: quid faciet?
Que ſunt peccata? Succenſa igni et effoſſa. Quid fecerat
amor malus? Tanquam ignem ſuccenderat. Quid fecerat
timor malus? Tanquam effoderat. Amor quippe in
flammat: timor humiliat: Ideo peccata mali amoris igne
ſuccenſa ſunt: peccata mali timoris effoſſa ſunt. Hu

miſſat ꝛ bonus timor:accedit ꝛ bon⁹ amor:ſed aliter atq; ali
ter. Nam ꝛ colonus intercedens pro arbore que fructus nō
Luce.13. dabat ne ſubuerteretur:ait: Circūfodio eam ꝛ adhibeo co-
phinum ſtercoris. Foſſa ſignificat piam humilitatem timē
tis:et ſtercoris cophinus ſordes vtiles penitentia. De igne
Luce.12. autem boni amoris dominus dicit: Ignem veni mittere in
terrā:quo igne inardeſcant ſpiritu feruentes:ꝛ dei ac pro-
ximi charitate flagrantes: Ac ꝑ hoc ſicut omnia iuſta opa:
bono timore et bono amore fiunt:ſic malo amore ꝛ malo ti
more omnia peccata committuntur. Ergo ſuccenſa igni et
D effoſſa omnia ſcilicet peccata ab increpatione vultus tui pe
ribunt. Fiat manus tua ſuper virum dextere tue: et ſu-
Ps̄.77. per filium hominis quem confirmaſti tibi. Et non diſcedi-
mus a te: Quādiu generatio praua ꝛ amaricās:ꝛ que cor
Ro.11. non dirigit ſuum:dicat aſaph: et oſtendat ſe miſericordia
tua: Fac bene cum vinea tua perfice illam:quoniaꝫ cecitas
ex parte in iſrael facta eſt:vt plenitudo gentium introiret:
et ſic omnis iſrael ſaluus fieret: Demonſtrata facie tua ſu-
per virum dextere tue quem confirmaſti tibi:non diſcedi-
mus a te. Quādiu nos increpas? Quādiu accuſas? Hoc fac
Col.3. et non diſcedimus a te. Uiuificabis nos:et nomen tuum
inuocabimus. Tu nobis dulcis eris:viuificabis nos. Naꝫ
prius amabamus terram non te: ſed mortificaſti membra
noſtra que ſunt ſuper terram. Illud enim vetus teſtamen-
tum habens promiſſa terrena:hoc videtur ſuadere ne gra-
tis colatur deus:ſed quia aliquid dat in terra: ideo diligi
tur. Quid amas vt deum non ames? Dic mihi: Ama ſi po-
tes aliquid quod ille nō fecit. Circūſpice vniuerſam creatu
ram:vide vtrum alicubi cupiditatis viſco tenearis:ꝛ a dili-
gendo creatorem impediaris:niſi ea re quam creauit ipſe
quem negligis. Quare autem amas iſta:niſi quia pulchra
ſunt? Poſſunt eſſe tam pulchra:ꝙ ille a quo facta ſunt? Mi
raris hec:quia illum non vides:ſed per ea ꝙ miraris ama
quem non vides. Interroga creaturam:ſi a ſe ipſa eſt:re-
mane in illa. Si autem ab illo eſt:non ob aliud pernicioſa
eſt amatori:niſi quia preponitur creatori. Quare hoc dixi?
Propter verſum iſtum fratres. Mortui ergo erant qui pro
Ro.8. pterea deum colebant:vt eis ſecundum carnem bene eſſet
Sapere enim ſecundum carnem mors eſt: Et mortui ſunt
qui non deum gratis colunt:id eſt quia ipſe bonus eſt:non
quia dat talia bona que dantur et non bonis. Pecuniam
vis a deo:habet et latro. Uxorem:fecunditatem filiorum:
ſalutem corporis:dignitatem ſeculi:attende ꝙ multi mali
habent:hoc eſt totum propter quod eum colis. Nutabunt
pedes tui:putabis te ſine cauſa colere:quando in eis vi-
des iſta qui eum non colunt. Ergo iſta dat omnia etiaꝫ ma
lis:ſe ſolum ſeruat bonis. Uiuificabis nos:nam mortui era
mus:quando terrenis rebus inherebamus:mortui eram⁹
quando terreni hominis imaginem portabamus. Uiuifica
bis nos:innouabis nos: Uitam interioris hominis dabis
nobis. Et nomen tuum inuocabimus:id eſt te diligemus:
Tu nobis dulcis eris remiſſor peccatorum noſtrorum:tu
eris totum premium iuſtificatorum. Domine deus vir-
tutum conuerte nos:et oſtende faciem tuā et ſalui erim⁹.

¶ Explicit tractatus de ps̄.lxxix.

B ¶ Incipit tractatus de ps̄.lxxx.

LOqui ad vos de preſenti pſalmo ſuſcepimus:adiu-
uet vocem noſtram qui et veſtram. Etenim aliquan
to eſt obtuſior:Dabit ei vires intentio audientium:et ad
iutorium iubentis vt loquar. Titulum habet pſalmus iſte.
In finem pro torcularibus quinta ſabbati:pſalmus ipſi
aſaph. In vnū titulum multa ſunt congeſta myſteria:ita
tamen vt limen pſalmi indicet interiora. Cum de torculari
bus locuturi ſimus:nemo veſtrum aliquid expectet nos
dicturos eſſe de lacu:de prelo:de fiſcinis:quia nec ipſe pſal
mus hoc habet:et ideo magis indicat myſterium. Nam et
ſi aliquid tale pſalmi textus contineret:non deeſſet qui pu
taret ad litteram eſſe accipienda torcularia:nec aliquid il-
lic tale amplius requirendum: nec myſtice aliquid poſi-
tum et ſacrate ſignificatum: ſed diceret ſimpliciter: pſal-
mus de torcularib⁹ loquitur. Et tu mihi neſcio quid aliud
ſuſpicaris? nihil hic tale audiſtis cum legeretur. Ergo acci
pite torcularia myſterium eccleſie quod nunc agitur. In tor B
cularibus animaduertimus quedam tria:preſſuram:et de
preſſura quedam duo:vnum recondendum:alterum proji-
ciendum. Fit ergo in torculari conculcatio:tribulatio:pon
dus:et in his oleum eliquatur occulte in gemellariū:amur
ca publice per plateas currit. Intendite ad magnum hoc
ſpectaculum. Non enim deſerit deus dare nobis quod cum
magno gaudio expectemus. Aut circi inſania huic ſpecta-
culo comparanda eſt. Illa ad amurcam pertinet:hoc ad
oleum. Quando ergo auditis contumaciter garrire blaſ-
phemos et dicere:abundare preſſuras temporibus chriſtia
nis:ſcitis enim quia hoc amant dicere:et vetus quidem:
ſed a temporibus chriſtianis cepit prouerbium: Non pluit
deus: dic ad chriſtianos:ꝙꝙ priores iſta dixerunt. Iſti au-
tem modo dicunt et quia pluit deus:dicant chriſtiani:non
pluit deus:non ſeminamus:pluit deus:non trituramus:et
inde volunt ſuperbire vnde deberent amplius ſupplicare:
eligentes blaſphemare ꝙ orare. Cum ergo iſta commemo
rant:cum iſta iactant:cum iſta dicunt:et contumaciter di-
cunt:non cum timore:ſed cum elatione:non vos pertur-
bent. Puta enim quia preſſure abundant:tu oleum eſto.
Nigra tenebris ignorātie amurca inſultet:et illa tanꝙ per
plateas proiecta publice inſultet:tu apud te in corde tuo:
vbi qui videt in occulto reddet tibi:liquare in gemellariis
Oliua in arbore quibuſdam quidem tempeſtatib⁹ agita- Math.6.
tur:non tamen preſſuris torcularis atteritur: Ideo vtrum-
q; ſimul pendet et arbore:et quod proijciendū eſt:et quod
recondendum eſt. At vbi ad torcular et preſſuras ventum
fuerit:vtrumq; diſcernitur:dirimitur:et aliud appetitur:
aliud reſpuitur. Uultis noſſe vim torcularium iſtorum? Ut
vnum aliquid dicam:vnde ꝛ ipſi murmurant qui ea faciunt
Quante inquiunt rapine temporibus noſtris:quante preſ-
ſure innocentium:quante expoliationes rerum alienarum
Ita ſane in amurcam attenditis:quia rapiuntur res alie-
ne:in oleum non attenditis:quia pauperibus donantur et
proprie. Non habebat antiquitas tales raptores reruꝫ alie
narum:ſed habebat antiquitas tales donatores reruꝫ ſua
rum. Aliquanto eſto curioſior in torculari: Noli hoc ſolum
videre quod publice fluit:eſt aliquid quod querendo in-
uenias:Diſcute:audi:cognoſce ꝙ multi faciunt quod et oe
homini cum audiſſet vnus diues triſtis abſceſſit: Et euan-
gelio multi audiunt: Uade vende omnia que poſſides: Math.19.
et da pauperibus:et habebis theſaurum in celis: et veni
ſequere me. Non attendis quam multi id faciunt? Pau-
ci inquiunt ſunt: Ipſi tamen pauci oleum ſunt: Et qui
bene vtuntur his rebus quas poſſident: ad oleum perti-
nent. Adiunge omnia: et videbis patriſfamilias tui ple-
nas apothecas. Uides raptorem qualem nunquam vi-
diſti: vide contemptorem rerum ſuarum qualem nunquā
vidiſti. Lauda torcularia:impletur prophetia de Apocaly-
pſi: Iuſtus iuſtior fiat:ꝛ ſordidus ſordeſcat adhuc. Ecce tor Apoca.22.
cularia in hac ſententia: Iuſtus iuſtior fiat:et ſordidus ſor-
deſcat adhuc. Quare et quinta ſabbati? Quid eſt hoc? Re- C
curramus ad prima opera dei:ne forte ibi aliquid inuenia-
mus quo ꝛ ſacramentum intelligamus. Sabbatum enim Geñ.1.
ſeptimus dies eſt:quo requieuit deus ab omnibus operib⁹
ſuis:magnum intimans myſterium quietis noſtre future
ab omnibus operibus noſtris. Prima ſabbati dicitur pri-
mus dies:quem dominicum etiam nominamus. Secunda
ſabbati:ſecundus dies:tertia ſabbati tertius dies ſabbati:
quarta ſabbati:quartus dies: Quinta ergo ſabbati quint⁹
dies a dominico die:poſt quē ſexta ſabbati:ſextus dies: et
ipſum ſabbatum:ſeptimus dies. Uidete itaq; quibus loqua
tur hic pſalmus. Uidetur enim mihi quoniam baptizatis lo
quitur. Quinto enim die deus ex aquis creauit animalia.
Quinto die: id eſt quinta ſabbati dixit deus: Producant Ibidem.
aque reptilia animarum viuarum. Uidete ergo vos in
quibus iam produxerunt aque reptilia animarum viua-
rum. Uos enim ad torcularia pertinetis: et in vobis quod
produxerunt aque: aliud eliquatur: aliud proijcitur. Sunt
enim multi non digne viuentes baptiſmo quod perce-
perent

perunt: Quam multi enim baptiʒati hodie circum imple-
re⁊ iſtam baſilicam malueruntꝰ Quam multi baptiʒati:
aut caſas in vicis faciunt:aut non fieri cõquerantur. Pſal-
mus autem iſte pro torcularibus et quinta ſabbati cantaᷓ:
et in preſſura diſcretionis:⁊ in ſacramento baptiſmi canta-
tur ipſi aſaph. Aſaph homo quidam fuit hoc nomine appel
latus:ſicut idithun:ſicut chore:ſicut alia nomina que inue-
nimus in titulis pſalmorum: Interpretatio tamen nominis
miſterium indicat occulte veritatis. Aſaph quippe latine
dicitur congregatio. Ergo pro torcularibus quinta ſabbati
cantatur ipſi aſaph:id eſt pro preſſura diſcernẽte baptiʒa-
tis ex aqua renatis cantatur pſalmus dominice congrega-
tioni. Titulum in limine legimus:et in his preliis quid ſibi
velint intelleximus. Iam ſi placet etiam ipſas domum ope
ris:id eſt ipſius torcularis interiora videamus: Intremus:
inſpiciamus et gaudeamus:timeamus:appetamus:fugia-
mus. Omnia enim hec inuenturi eſtis in hac interiore do-
mo:id eſt in textu ipſius pſalmi: cum legere et adiuuante
domino qđ donauerit loqui cepꝫimus. Ecce vos o aſaph
congregatio domini.

¶ Expoſitio pſalmi.

D Exultate deo adiutori noſtro.⌋ Vos qui congregati
eſtis hodie:vos hodie aſaph eſtis:ſiquidem vobis can-
tur pſalmus ipſi aſaph: Exultate deo adiutori noſtro. Exul
tant alii circa vos deo:exultant alii deceptori ſuo: exultate
vos adiutori veſtro. Exultant alii deo ſuo ventri ſuo: exul-
tate vos deo veſtro adiutori noſtro.⌊ Iubilate deo iacob.⌋
Quia et vos pertinetis ad iacob:immo vos eſtis iacob mi-
nor populus cui ſeruit maior: Iubilate deo iacob. Quicqđ
Gen.25.⁊ verbis explicare nõ potueritis: non ideo tamen ab exulta-
tione ceſſetis:Quod poteritis explicare clamate: quod nõ
poteſtis:iubilate. Etenim ex abũdantia gaudiorum:cui ver
ba ſufficere non poſſunt : in iubilationem ſolet erumpere:
Al.† Su- Iubilate deo iacob ⌊ † Accipite pſalmum et date tympa
mite. num. ⌋ Et accipite ⁊ date. Quid accipite? Quid date? Acci
pite pſalmum ⁊ date tympanũ. Dicit quodam loco apoſto-
Philip. 4. lus Paulus reprehendens ⁊ dolens:ꝙ nemo illi communi
cauerit in ratione dati ⁊ accepti . Quid eſt in ratione dati ⁊
1.Corin.9. accepti:niſi quod alio loco aperte expoſuit. Si nos vobis
ſpiritualia ſeminauimus:magnum eſt ſi nos carnalia veſtra
metamus? Et verum eſt quod tympanum quod de corio fit:
ad carnem pertinet. Pſalmus ergo ſpiritualis eſt : tympa-
num carnale. Ergo plebs dei congregatio dei accipite pſal
mum:⁊ date tympanum:Accipite ſpiritualia et date carna
lia:Hoc eſt quod ⁊ vos ad illam menſam beati martyris ex
hortati ſumus:vt accipientes ſpiritualia:daretis carnalia.
Hec enim que extrahuntur ad tempus ad recipiẽda corpora:
vel viuorum vel mortuorum: neceſſaria ſunt : ſed tempore
preterevnti. Nunquid poſt iudicium dei iſtas fabricas in ce
lum leuabimus? Sine his tamẽ hoc tempore agere que ad
poſſidendam celum pertinent non poterimus. Si ergo aui
di eſtis in ſpiritualibus accipiendis:deuoti eſtote in carna-
libus erogandis. Accipite pſalmum ⁊ date tympanum: Ac-
cipite vocem noſtram:reddite manus veſtras. ⌊ Pſalteriũ
E iocundum cum cythara.⌋ Memini nos aliquando differẽ
S.ho.56.T tias pſalterii ⁊ cythare intimaſſe charitati veſtre. Studioſi
⁊.70.trac. qui meminerunt recognoſcant : qui vel non audierunt:vel
2.N. non meminerunt diſcant. Iſtorum duorum organorum mu
ſicorum:⁊ pſalterii ⁊ cythare hec differentia eſt:ꝙ pſalteriũ
lignum illud concauum vnde canore chorde redduntur:in
ſuperiore parte habet:Deorſum feriuntur chorde vt deſu-
per ſonent. In cythara vero hec eadẽ concauitas ligni par
tem inferiorem tenet:tanꝗ illud ſit de celo : hoc de terra.
Celeſtis enim eſt predicatio verbi dei: Sed ſi expectamus
celeſtia:non ſimus pigri ad operanda terrena:quia pſalte-
rium iocundum:ſed cum cythara. Hoc alio modo dictum eſt
quod ſupra: Accipite pſalmum ⁊ date tympanum. Hic pro
pſalmo pſalterium:pro tympano cythara poſita eſt. Hoc ta
men admoniti ſumus:vt predicationi verbi dei corporali-
Al.† Buc- bus reſpondeamus operibus.⌊ † Tuba canite. ⌋ Hoc eſt
cinate. clarius et fidentius predicate: Ne terreamini:ſicut ait pro-
pheta quodam loco: Exclama:⁊ exalta ſicut tuba vocem Eſa. 58.
tuam. Tuba canite.⌊ † In initio menſis tube. ⌋ Preceptũ Alt † In
erat vt in initio mẽſis tuba caneretꝰ: Et hoc vſqꝫ nunc iudei nemonia tu
corporaliter faciunt:ſpiritualiter non intelligunt. Initium ba in ſigni
enim menſis:noua luna eſt. Noua luna:noua vita eſt. Quid die ſolẽni-
eſt noua luna? Si qua igitur in chriſto noua creatura. Quid tatis veſtre
eſt tuba canite in initio menſis tube? Cum tota fiducia no Leui.23.
uam vitam predicate:ſtrepitum vite veteris nolite metue
re. ⌊ Quia preceptum † ipſi iſrael eſt:et iudicium deo ia- Al.† in.
cob.⌋ Ubi preceptum:ibi iudicium Qui enim in lege pec- Ro.2.
cauerunt:per legem iudicabuntur. Et ipſe precepti dator
dominus chriſtus:verbum caro factum: In iudicium inquit Io.
veni in hunc mundum:vt qui non vident videant: ⁊ qui vi-
dent:ceci fiant. Quid eſt:vt qui non vident videant:⁊ qui Io.9.
vident ceci fiant:niſi humiles exaltentur: ſuperbi deiician-
tur? Non enim qui vident ceci fiant : ſed qui ſibi videre vi-
dentur:de cecitate conuincantur: Hoc agit myſterium tor-
cularis:vt qui non vident videant : ⁊ qui vident ceci fiant.
⌊ Teſtimonium in ioſeph poſuit illud. ⌋ Eia fratres quid Gen.37.et
eſt? Ioſeph interpretatur augmentatio. Meminiſtis:no- 41.
ſtis ioſeph in egyptum venditum:chriſtus ad gentes tranſ
iens. Ibi ioſeph poſt tribulationes exaltatus : ⁊ hic chri-
ſtus poſt paſſionem martyrum glorificatus. Ergo ad ioſeph
magis gentes pertinent: Et ideo augmentatio: quia multi Eſa.54
filii deſerte magis ꝗ eius que habet virum. Teſtimonium
in ioſeph poſuit illud.⌊ † Dum exiret de terra egypti.⌋ Ui- Al.† Cum
dete et hic ſignificari quintam ſabbati:quando exiit de ter Exo.14.
ra egypti ioſeph:id eſt populus multiplicatus per ioſeph: Gen.1.
per mare rubrum traiectus eſt . Et tunc ergo produxerunt
aque reptilia animarum viuarum. Nihil aliud tunc in figu-
ra portendebat tranſitus populi per mare : niſi tranſitum
fidelium per baptiſmum. Teſtis eſt apoſtolus : Nolo enim 1.Corin.10.
vos inquit ignorare fratres : quia patres noſtri omnes ſub
nube fuerunt:et omnes per mare tranſierunt : et omnes in
moyſe baptiʒati ſunt. Nihil ergo aliud ſignificabat tranſitꝰ
per mare:niſi ſacramẽtum baptiʒatorum: Nihil aliud inſe-
quentes egyptii: niſi abundantiam preteritorum delicto-
rum. Uidetis euidentiſſima ſacramenta? Premunt egyptii:
vrgent:inſtant ergo peccata:ſed vſqꝫ ad aquam. Quid er-
go times qui nondum veniſti:venire ad baptiſmum chriſti:
tranſire per mare rubrum? Quid eſt rubrum? Sanguine do
mini conſecratum. Quid times venire? Conſcientia forte
aliquorum immanium delictorum ſtimulat et excruciat in
te animum:⁊ dicit tibi tam magnum eſſe illud quod commi
ſiſti:vt deſperes tibi dimitti . Time ne remaneat aliquid
peccatorum ſi viuit aliquis egyptiorum. Cum autem tranſ-
ieris rubrum mare : cum eductus fueris a delictis tuis in
manu potenti et brachio forti : percepturus es myſteria ꝗ
non noueras:quia et ipſe ioſeph cum exiret de terra egypti;
⌊ Linguam quam non nouerat audiuit.⌋ Audies linguam
quam non noueras: quam modo audiunt et recognoſcunt
teſtantes et ſcientes qui norunt. Audies vbi debeas cor ha
bere. Quod modo cum dicerem:multi intellexerunt et ac-
clamauerunt:reliqui multi ſteterunt:quia nondum linguas
quam nos nouerant audierunt. Accelerẽt ergo : tranſeant. Al.† diuer
diſcant. Linguam quam non nouerat audiuit. ⌊ † Auertit tit.
ab oneribus dorſum eius. ⌋ Quis auertit ab oneribus dor F
ſum eius:niſi ille qui clamauit: Uenite ad me omnes qui la- Mat.11.
boratis ⁊ onerati eſtis? Alio modo hoc idem ſignificatur.
Quod faciebat inſectatio egyptiorum : hoc faciunt ſarcine
peccatorum. Auertit ab oneribus dorſum eius. Et quaſi di
ceres: a quibus oneribus? ⌊ Manus eius in cophino ſer-
uierunt.⌋ Per cophinũ ſignificantur opera ſeruilia: Mun-
dare ſtercora:terrã portare:cophino fit. Seruilia ſunt opa Io.8.
quia omnis qui facit peccatum:ſeruus eſt peccati. Et ſi vos
filius liberauerit:tunc vere liberi eritis . Merito ⁊ abiecta Ibidem.
mundi:quaſi cophini deputantur. Sed et cophinos deus Mat.14.
buccellis implenit . Duodecim cophinos buccellarum im- 1.Corin.1.
pleuit:quia abiecta huius mundi elegit:vt confunderet for
tia. Sed et quando in cophino ſeruiebat ioſeph : terram
ibi portabat: quia lateres faciebat. Manus eius in cophi-
no ſeruierunt ⌊ In tribulatione inuocaſti me et † erui Al.† libe
te. ⌋ Recognoſcat ſe vnaqueque conſcientia chriſtiana raui.

Exo.14. ſi deuote tranſierit mare rubrum:ſi cum fide credendi ⁊ ob
ſeruandi linguam quam non nouerat audiuit:recognoſcat
ſe in tribulatione exauditam. Ipſa enim magna tribulatio
erat premi ſarcinis peccatorum. Quantum gaudet releua
ta conſcientia? Ecce baptizatus es:conſciētia que heri pre
mebatur:hodie gratulatur. Exauditus es in tribulatione:
memento tribulationis tue. Anteꝗ̄ accederes ad aquam:
quid ſollicitudinis gerebas? Quid ieiuniorum exhibebas?
Quid tribulationum in corde geſtabas:orationum inter
narum:piarum:deuotarum? Occiſi ſunt hoſtes tui:omnia
peccata tua deleta ſunt. In tribulatione inuocaſti me et
b eruite. ⌊ Exaudiui te in abſcondito tempeſtatis. ⌋ Non
Al.†apud in tēpeſtate maris:ſed in tēpeſtate cordis. Exaudiui te in
aquam. abſcondito tempeſtatis. ⌊ Probaui te † in aqua contradi
Nume.20. ctionis. ⌋ Reuera fratres reuera:qui exauditus eſt in ab
ſcondito tempeſtatis:debet probari in aqua contradictio
nis. Cum enim crediderit:cum baptizatus fuerit:cum vias
deſcapere ceperit:cum in gemellarius eliquari intenderit
et ab amurca publice currente ſe extraxerit:habebit mul
tos exagitatores:multos inſultatores:multos detractato
res:dehortatores:minantes etiam vbi poſſunt:deterren
tes:deprimentes. Hec tota aqua contradictionis eſt. Puto
eſſe hodie hic ſic: Arbitror eſſe hic nonnullos quos amici
ſui volebant rapere ad circum:et ad neſcio quas hodierne
feſtiuitatis nugas: Forte ipſi illos adduxerunt ad eccleſiā:
Sed ſiue ipſi illos adduxerunt:ſiue ab eis ad circum abdu
ci non potuerunt:in aqua cōtradictionis probati ſunt. Nō
ergo erubeſcas predicare: quod noſti defendere:et inter
Roma.10. blaſphemos quod credidiſti. Si enim exaudiris in abſcon
dito tempeſtatis:corde creditur ad iuſtitiam: Si probaris
in aqua contradictionis: ore confeſſio fit ad ſalutem. Quā
ta eſt enim ipſa aqua cōtradictionis? Iam pene ſiccata eſt:
Sed ſenſerunt illam maiores noſtri. quādo verbo dei:quā
do myſterio chriſti acriter reſiſtebant gentes: Turbabatur
aqua. Aquas enim pro populis aliquando intelligēdas eui
Apoca.17. denter apocalypſis ſcriptura demonſtrat:vbi aque multe
cum viderentur:et cum quereretur quid eſſent:reſponſum
eſt: Populi ſunt. Pertulerunt ergo illi aquam contradictio
nis:quando fremuerant gentes: et populi meditati ſunt
Ps.2. inania:quando aſtiterunt reges terre:et principes conue
nerunt in vnum aduerſus dominum:et aduerſus chriſtum
eius. Quando fremuerunt gentes:tunc leo ille viro forti
ſamſon venienti ad ducendam de alienigenis vxorem:chri
ſto ſcilicet deſcendenti ad habendam eccleſiam de gentib⁹
Iudic.14. fremens ibat in obuiam. Sed quid egit? Accepit:tenuit:fre
git:diſſipauit leonem:factus eſt in manib⁹ eius velut hed⁹
caprarum. Quid enim fieret populus fremens:niſi langui
dus peccator? Occiſa autem illa feritate:iam non ſic fremit
regia poteſtas:non ſic fremit populus gentium:non it ob
uiam chriſto:immo vero in ipſo regno gentium inuenim⁹
leges pro eccleſia:tanꝗ̄ fauum in ore leonis. Quid ergo
tam metuam aquam contradictionis:que prope iam tota
ſiccata eſt? Illa pene iam ſilet:ſi amurca non contradicat.
Quantumlibet mali ſeuiant alieni:o ſi eos non adiuuent
mali noſtri. Exaudiui te in abſcondito tēpeſtatis:pbaui te
Luce.2. in aqua cōtradictionis. Recoliris q̄d de chriſto dictum ſit:
ſic natum eum eſſe in multorum ruinam:et multorum re
ſurrectionem:et in ſignum cui contradiceretur? Nouimus vi
demus ſignum crucis erectum eſſe:et contradictum eſt ei.
Contradictum eſt glorie crucis:ſed titulus erat ſuper cru
Ps.56. cem qui nō corrūpebatur. Eſt enim titulus in pſalmis: In ti
tuli inſcriptionem ne corrūpas: Signum erat cui contradi
Ioā.19. ceretur. Dixerunt enim iudei. Noli facere rex iudeorum:ſed
fac ꝙ ipſe dixerit regem ſe eſſe iudeorum: Victa eſt contra
dictio:reſpōſum eſt:quod ſcripſi ſcripſi. Exaudiui te in ab
ſcōdito tempeſtatis:probaui te in aqua ꝯtradictionis. Hoc
totum ab initio pſalmi vſqꝫ ad hunc verſum:de oleo torcu
laris audiuimus. Quod reſtat magis dolendum eſt ⁊ cauen
dum. Ad amurcam enim torcularis pertinet vſqꝫ in finem:
I fortaſſe nō fruſtra:⁊ interpoſito diapſalmate. Sed hoc etiā
Al.† nō hꝫ audire vtile eſt:vt qui ſe iam in oleo videt gaudeat:qui pe
† conteſta riclitatur:ne in amurcam incurrat caueat: Vtrūqꝫ audi:vnū
bor te. dilige:alterum time. ⌊ Audi populus meus † ⁊ loquar: ⁊ †
teſtificabor tibi. ⌋ Non enim populo alieno. Non enim po Eſa.5.
pulo non ptinenti ad torcular. Iudicate inquit inter me et
vineam meam. Audi populus meus et loquar ⁊ teſtificabor
tibi. ⌊ Iſrael ſi me audieris:nō erit in te deus recēs. ⌋ De⁹
recens eſt ad tempus factus: Deus autem noſter nō recēs:
ſed ab eternitate in eternitatem. Et chriſtus noſter recens 3.ſeu.diſ.1.
forte homo:ſed ſempiternus deus. Quid enim? Ante princi poſt predi
pium:⁊ vtiqꝫ in principio erat verbum:⁊ verbum erat apud ca.
deum:⁊ deus erat verbum: Et ipſe deus noſter verbum ca Ioā.1.
ro factum:vt habitaret in nobis. Abſit ergo vt ſit in aliquo
deus recēs. Deus recens:aut lapis:aut phantaſma eſt. Nō
eſt inquit lapis: Ego argēteum habeo ⁊ aureum. Merito
ipſa precioſa voluit numerari qui dixit: Idola gentium ar Ps.95.
gentum ⁊ aurum. Magna ſunt q: aurea ⁊ argētea ſunt:pre
cioſa ſunt:lucida ſunt:ſed tamē oculos habēt ⁊ nō vident. Ibidem
Recentes dii ſunt. Quid recētius deo ex officina:licet illos iā
vetuſtos aranearum caſſes cōtexerint? Qui ſempiterni nō
ſunt:recentes ſunt. Hoc de paganis neſcio quis alius in va
nitatem accipiēs nomē domini dei ſui:fecit ſibi chriſtū crea
turam:chriſtum imparem ⁊ inequalem generāti:filium dei
dicens:⁊ filium dei negās. Si enim filius vnicus eſt:hoc qđ
pater eſt:⁊ hoc eſt ex eternitate. Tu autē neſcio quid aliud
cogitaſti in corde tuo:deum recētem poſuiſti. Fecit ſibi ali⁹
deum pugnantem contra gentem tenebrarum: timentē ne
inuadatur:fatagentem ne corrumpatur:et parte tamē cor
ruptum:vt poſſit eſſe totus ſaluus:ſed non totus:q: ex pte
corruptus. Manichei iſta dicūt: Faciunt ſibi ⁊ iſti in corde
recentem deum. Non eſt talis deus noſter:nō eſt talis por
tio tua iacob:ſed qui fecit celū ⁊ terram:ipſe eſt de⁹ tuus:
qui non eget bonis:qui non timet a malis. Multi ergo he
retici cū paganis alios ⁊ alios deos ipſi ſibi finxerūt alios
et alios deos ſibi ipſi fecerant:⁊ eos etiam ſi non in tēplis:
tamē quod eſt peius in ſuo corde poſuerunt:⁊ falſorū ridē
dorūqꝫ ſimulacrorum templa ipſi facti ſunt. Magnum op⁹
eſt intus hec idola frangere:⁊ locum deo viuenti non recen K
ti mādare. Omnes enim ſibi aliud et aliud ſentiētes:alios
atqꝫ alios deos ſibi facientes:ipſaqꝫ fidei falſitate variā
tes videntur diſſentire:ſed oēs a terrenis cogitationib⁹ nō re
cedūt:in terrenis cogitationib⁹ ꝯſentiūt ſibi. Opinio diuer
ſa eſt vanitas vna eſt. De illis in alio pſalmo dr̄: Ipſi de va Ps.61.
nitate in vnū colligant. Quāuis opinionū varietate diſcordēt
ſimili tū vanitate colligātur. Et noſtis q: vanitas retro eſt:
poſterior eſt: Iō ille q̄ retro oblit⁹ eſt:id eſt vanitatē oblit⁹: Philip.3.
in ea que antea ſunt:id eſt in veritatem extenſus: ſequitur
ad palmam ſuperne vocationis dei in chriſto ieſu. Ergo in
peius ſibi iſti conſentiunt: quāuis diſſentire a ſe inuicem vi
deantur. Ideo ſamſon caudas vulpium colligauit. Vulpes Iudic.15.
inſidioſos maximeqꝫ hereticos ſignificant doloſos:frandu
lentos: cauernoſis anfractibus latentes et decipiētes:odo Nota
re etiam tetro putentes. Contra quem odorem dicit apoſto
lus: Chriſti bonus odor ſumus deo in omni loco. Iſte vul 2.Corin.2.
pes ſignificantur in Canticiscanticorum:vbi dicitur: Capite
nobis vulpes puſillas exterminantes vineas:latētes in ca
uernis tortuoſis: Capite nobis:conuincite nobis. Capis eni
eum quem de falſitate conuincis: Contradicentibus denique
vulpeculis domino:et dicentibus: In qua poteſtate iſta fa
cis:reſpondete mihi ⁊ vos inquit vnum ſermonem: Bapti Mat.21.
ſmum ioānis vnde eſt:de celo an ex hominibus? Vulpes au
tem ſolent habere tales foueas:vt ex vna parte intrēt: ⁊ ex
alia parte exeant. Ad vtrūqꝫ foramē captor vulpium retia
poſuit: Dicite mihi:de celo eſt:an ex hominibus? Senſiunt
illi eum ex vtraqꝫ parte tetēdiſſe vnde caperet: ⁊ aiūt apud
ſe: Si dixerimus inquiunt de celo:dicturus eſt nobis: qua
re ergo non credidiſtis? Ille enim teſtimonium chriſto phi
buit: Si dixerim⁹ de terra:lapidabit nos populus :quia vt
prophetam eum habēt. Sentientes ergo hac atqꝫ hac eſſe
vnde caperentur:reſponderunt: Neſcimus. Et dominus: Ibidem.
Nec ego vobis dico in qua poteſtate iſta facio: Vos dictis
vos neſcire quod ſcitis:ego vobis non dico quod queritis:
Quia ex nulla parte exire auſi eſtis:in veſtris tenebris re
manſiſtis. Obtemperemus ergo ⁊ nos ſi poſſumus dicenti L
verbo dei: Capite nobis vulpes puſillas exterminātes vi Cant.2.
neas: Videamus ſi ⁊ nos quaſdā vulpeculas capere poſſu
mus.

mos. Proponamus ad foramen vtrūq;: vt vnde vulpes exi-
re voluerit: capiatur (Uerbi gratia) Manicheo facienti ſibi
deum recentem: et in corde ſuo ponenti quod non eſt: dicam⁹
et interrogemus eum: Subſtantie dei corruptibilis eſt: an
incorruptibilis? Elige quod vis: Exi qua vis: ſed non effu-
Mat.21. giēs. Si dixeris corruptibilis: non a populo ſed a teipſo la-
pidaberis. Si autem dixeris incorruptibilem deum incorru-
ptibilis: quomodo timuit gentem tenebrarum? Quid factu-
ra erat incorruptibili gens corruptibilis? Quid reſtat niſi vt
dicatur: neſcimus? Sed tamen ſi hoc non dolo ſed ignoran-
tia dicitur: nō remaneat in tenebris: et vulpe fiat ouis: Cre-
dat inuiſibili: incorruptibili: ſoli deo: nō recenti: Soli ab eo
quod eſt ſolus: non ab eo quod eſt ſol: ne nos ipſi vulpi fu-
gienti aliam cauernam aperuiſſe videamur: quippe nec nomen
malach.4. ſolis formidabimus. Eſt enim in ſcripturis noſtris ſol iuſti-
tie: et ſanitas in pēnis eius. Ab eſtu ſolis huius vmbra ap-
petitur: Sub alas autem ſolis huius ab eſtu fugitur: Sani-
tas enim in pennis eius. Iſte eſt ſol de quo dicturi ſunt im-
Sap.5. pij: Ergo errauimus a via veritatis: et iuſtitie lumē nō luxit
nobis: et ſol non eſt ortus nobis: Dicturi ſunt adoratores ſo-
lis: ſol non ortus eſt nobis: quia cum adorent ſolem quem
facit oriri ſuper bonos et malos: non eſt eis ortus ſol: qui ſo-
Mat.5. los illuminat bonos: Faciunt ſibi ergo deos recentes quiq;
quales volunt. Quid enim impedit officinā decepti cordis
fabricare phantaſma quale voluerit? Sed omnes hi in po-
ſterioribus conſentiunt: id eſt ſimili vanitate detinētur. Uñ
ſamſon noſter qui etiam interpretatur ſol ipſorum: eorum
ſcilicet quibus lucet: non omnium: ſicuti eſt oriens ſuper bo-
nos et malos: ſed ſol quorūdam ſol iuſtitie: figuram enim ha-
Iudic.15. bebat chriſti: colligauit vt dicere ceperam caudas vulpium
et ibi ignem alligauit: Ignem ad incendendum: ſed meſſes
alienigenarum. Proinde tales conſentientes in poſteriori-
bus tanq̄ caudis colligati: trahunt ignem corrūpentem: ſed
2.Timot.2 non incendunt noſtrorum ſegetes. Nouit enim dominus q̄
ſunt eius: et recedit ab iniquitate omnis qui inuocat nomē
domini. In magna aūt domo non ſolum ſunt vaſa aurea et
Ibidem. argentea: ſed et lignea et fictilia: Et alia quidem ſunt in ho-
norem: alia vero in contumeliam. Si quis autem munda-
uerit ſe ab huiuſmodi: erit vas in honorem: vtile deo: ad
omne opus bonum paratum: Et ideo nec caudas vulpium
M nec faces vulpium pertimeſcet. Sed videamus de populo
ſuo. Si me audieris inquit: non erit in te deus recens. Mo-
uet me: quod dixit in te. Non enim dixit a te: quaſi ſimula-
crum forinſecus adhibitum: ſed in te in corde tuo: in imagi-
ne phantaſmatis tui: in deceptionem erroris tui: tecum por-
tabis deum tuum recentem: remanens vetuſtus. Si ergo
me audieris: me inquit quia ego ſum qui ſum: non erit in te de-
us recens. ⌊Nec adorabis deum alienū.⌋ Si enim in te nō
fit: non adorabis deum alienum. Si tu non cogites deū fal-
ſum: non adorabis deum fabricatum. Non enim erit in te
deus recens. ⌊Ego enim ſum.⌋ Quid vis adorare quod nō
eſt? Ego enim: ⌊Dominus de⁹ † ſum:⌋ Quia ego ſum qui
Al. † tuus ſum. Et ego quidem ſum inquit qui ſum ſuper omnem crea-
Exo.20. turam. Tibi tamen temporaliter quid preſtitit? ⌊Qui eduxi
Exo.3. te de terra egypti:⌋ Non tantum illi populo dicitur. Oēs
enim educti ſumus de terra egypti: omnes per mare rubrū
tranſiuimus: inimici noſtri perſequentes nos: in aqua peri-
runt. Non ſimus ingrati deo noſtro: non obliuiſcamur deum
manentem: et fabricemus in nobis deū recentem: Qui edu-
Al. † Im- xi te de terra egypti: Loquitur deus. ⌊Dilata os tuum: et †
plebo. adimplebo illud.⌋ Anguſtias pateris in te propter deum
recentem conſtitutum in corde tuo: Frange vanum ſimula-
crum: deijce de conſcientia tua fictum idolum: dilata os tuū
Ps.35. confitēdo: amando: et adimplebo illud: quoniam apud me
Al. † audi- eſt fons vite. Hoc quidem dicit dominus: ſed quid ſequitur?
uit. ⌊Et non † obaudiuit populus meus vocem meam.⌋ Non
Ro.3. enim loqueretur iſta: niſi populo ſuo. Scimus enim q̄ que-
Al. † inten- cunq; lex dicit: his qui in lege ſunt dicit. Et nō obaudiuit po-
dit pulus meus vocem meam. ⌊Et iſrael non † attēdit mihi.⌋
Quis? cui? Iſrael: mihi. O ingrata anime: Per me anima: a
me vocata aia: a me in ſpem reducta: a me a peccatis abluta.
Et iſrael nō attēdit mihi. Baptizātur enī et tranſeūt per ma-
re rubrum? Sed in via murmurant: contradicunt: conque-
rantur: ſeditionibus perturbantur: ingrati ei qui liberauit
a perſequentibus hoſtibus: qui ducit per ſiccum per eremū:
cum cibo tamen et potu: cum lumine nocturno et vmbraculo
diurno. Et iſrael non attendit mihi. ⌊Et dimiſi eos ſcdm † Al. † deſi-
affectiones cordis eorum.⌋ Ecce torcular. Aperta ſunt fo- deria.
ramina: currit amurca. Et dimiſi eos: non ſecundum ſalutē
preceptorum meorum: ſed ſcdm affectiones cordis eorum
donaui eos ſibi. Dicit et apoſtolus: Tradidit illos deus in Ro.1.
concupiſcentias cordis eorum: Dimiſi eos ſcdm affectiones Alis † adin-
cordis eorum. ⌊Ibunt in † affectionibus ſuis.⌋ Inde eſt uentionib⁹
quod horretis: ſi tamen eliquamini in gemellaria abſcon-
dita domini: ſi tamen apothecas eius adamaſtis: inde eſt
quod horretis: Alij defendunt circum: alij amphitheatrum:
alij caſas in vicis: alij theatra: alij illud: alij illud: alij poſtre-
mo deos recentes ſuos: Ibunt in affectionibus ſuis. ⌊† Iſ- Alis † ſi po-
rael ſi in vijs meis ambulaſſet.⌋ Dicit fortaſſe enim iſte Iſ- pulus me⁹
rael: Ecce pecco manifeſtum eſt: eo poſt affectiones cordis audiſſet me
mei. Sed quid facio? Diabolus hoc facit: demones hoc fa-
ciunt. Quis eſt diabolus? Qui ſunt demones? Certe inimici Alis † pro
tui. Iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet: ⌊† In nihilum † om- nihilo for-
nes inimicos eorum humiliaſſem.⌋ Ergo ſi plebs mea au- ſitan.
diſſet me. Quare enim mea ſi non audit me? Si plebs mea Al. † nō hʒ
audiſſet me. Quis eſt plebs mea?. Iſrael. Quid eſt audiſ-
ſet me? Si in vijs meis ambulaſſet. Queritur et gemit ſub
inimicis. In nihilum inimicos eorum humiliaſſem. ⌊Et ſu-
per tribulantes eos miſiſſem manum meam.⌋ Nunc vero
quid queritur de inimicis? Ipſi facti ſunt peiores inimici.
Quomodo enim quod ſequitur de inimicis querimini? vos N
quid eſtis? ⌊Inimici domini mentiti ſunt ei.⌋ Renuncias?
renuncio. Et redit ad quod renunciatur. Utiq; quibus reb⁹
renuncias: niſi factis malis: niſi factis diabolicis: factis a
deo damnatis: furtis: rapinis: periurijs: homicidijs: adulte-
rijs: ſacrilegijs: factis abominādis: curioſitatibus? His om- 2.Pet.2.
nibus renuncias: et rurſus his inflexus ſuperaris. Facta
ſunt tibi poſteriora deteriora prioribus: Canis reuerſus ad
vomitum ſuum: et ſus lota in volutabris ceni. Inimici do-
mini mentiti ſunt ei. Et quāta patientia dñi? Quare nō p-
ſternūtur? Quare nō trucidantur? Quare nō terra dehiſcen-
te ſorbentur? Quare non celo flagrante incendūtur? Quia
magna patientia domini. Et erunt impuniti? Abſit. Non ſi-
bi tantum de dei miſericordia blandiantur: vt ſibi eius iniu- Ro.2.
ſtitiam polliceantur. Ignoras: quia dei patientia ad peni-
tentiam te adducit? Tu autem ſecundum duriciam cordis
tui et cor impenitens: theſaurizas tibi iram in die ire et re-
uelationis iuſti iudicij dei: qui reddet vnicuiq; ſecundum
opera ſua. Et ſi modo nō reddit: tunc reddet. Si enim mo-
do reddit: ad tempus reddit. Non conuerſo autem nec cor-
recto: in eternum reddet. Uide ergo quia non erunt impu-
puniti: Attende quod ſequitur: Inimici domini mētiti ſunt
ei. Dicturus eo: et quid eis fecit? Non viuunt: non auras
carpunt: non lucem hauriunt: non fontes potant: non fru- O
ctus terre edunt? ⌊Et erit tempus eorum † in eternum.⌋ Al. † in ſe-
Nemo ſibi ergo blandiatur: quia quaſi ad torcular perti- cula.
net: Bonum eſt illi ſi ad oleum in torculari pertineat. Non
ſibi polliceatur vnuſquiſq; habens facta nefaria: que regnū Gal.5.
dei non poſſidebunt: et dicat ſibi: Quoniam habeo ſignum 21. de ciui-
chriſti et ſacramenta chriſti: non delebor in eternum: Etſi tate.ca. 21.
purgor per ignem: ſaluus ero. Nam quid eſt quod ait apo- 1. Corin.3.
ſtolus de his q̄ habēt fundamētū? Fundamētū aliud nemo
poteſt ponere preter id quod poſitū eſt: quod eſt chriſtus
ieſus. Quid eſt inquiunt quod ſequitur: Unuſquiſq; autem
ſuper fundamentum videat quod ſuperedificet? Alius enī
ſuperedificat aurum: argentum: lapides precioſos: Alius
ligna: fenum: ſtipulam: Unuſcuiuſq; opus quale ſit: ignis p- Ibidem
babit. Dies enim domini declarabit: quia in igne reuelabit.
Si cuius opus permanſerit qd̄ ſuperedificauit: mercedē ac-
cipiet: hoc eſt q̄ ſup fundamētū iuſta opa edificauit: aurū:
argentum: lapides precioſos: Si autem peccata: lignum:
fenū: ſtipulā: tamē propter fundamentū ipſe ſaluus erit: ſic
tamē quaſi per ignē. Fratres: nimis timēdū eſſe volo: Meli⁹
eſt enim non vobis dare ſecuritatem malam. Non dabo qd̄
non accipio: timens terreo. Securos vos facerem: ſi ſecur⁹
fierem ego: Ignem eternum timeo: Et erit tēpus eorum in

Eſa.66. eternum: Non accipio niſi ignem eternum: de quo alio loco
ſcriptura dicit: Ignis eorum non extinguetur: et vermis eo
rum non morietur. Sed de impijs dixit: ait aliquis: non di
xit de me: qui quis peccator ſim: quis adulter: quis frau
dator: quis raptor: quis periurus: habeo tamen in funda
mento chriſtum. Chriſtianus ſum: baptizatus ſum: ego per
ignem purgor: et propter fundamentū non pereo. Dic mihi
iterum quis es? Chriſtianus ſum inquit. Interim tranſi.
Quid aliud? Raptor adulter ec. de quibus apoſtolus dicit:
Gal. 5. Quoniam qui talia agunt regnum dei nō poſſidebunt. Cer
te ergo a talibus non correptus: de talibus cōmiſſis penitē
tiam non agens. regnum celorum ſperas? Non opinor. Quō
Ro.2. qui talia agunt regnum dei non poſſidebunt. Et ignoras q
patientia dei ad penitentiā te adducit? Tu neſcio quid tibi
pollicens ſcd̄m duriciā tuam et cor impenitens: theſaurizas
tibi iram in die ire et reuelatiōis iuſti iudicij dei: qui reddet
vnicuiqȝ ſcd̄m opera ſua. Attende ergo ipſum iudicem ve
nientem. Bene. Deo gratias. Non tacuit ſententiam diffi
nitiuam: non miſit foras reos: et duxit velum. Ante voluit
prenunciare quod diſpoſuit facere: Nempe congregabunt
ante eum omnes gentes. Quid de illis faciet? Separabit
Mat.25. eas: et alios ponet ad dexteram: alios ad ſiniſtram. Nunquid
Ibidem. medius locus ſeruatus eſt? Quid dextris dicturus eſt? Veni
te benedicti patris mei percipite regnum. Quid ſiniſtris?
Ite in ignem eternum qui paratus eſt diabolo et angelis
eius. Si non times mitti quo: vide cum quo. Si ergo ope
ra illa omnia regnum dei non poſſidebunt: immo non ope
ra ſed qui talia agunt: Nam opera talia in igne non erunt.
Gal.5. Non enim illo igne ardentes furaturi ſunt et adulteraturi:
ſed quia qui talia agunt regnum dei non poſſidebunt. Non
ergo erunt a dextris cum illis quibus dicetur: Venite bene
dicti patris mei percipite regnum: quia qui talia agunt re
gnum dei non poſſidebūt. Si ergo a dextris non erunt: non
P reſtat niſi vt ſint a ſiniſtris. Siniſtris q̄d dicet? Ite in ignē
1. Corin.3. eternum: quia erit tempus eorum in eternum. Expone er
go inquit nobis: ligna: fenum: ſtipulam que qui edificant ſu
per fundamentum: quomodo non pereant: ſed ſalui ſiant:
4. ſentē. di ſic tamen quaſi per ignem. Obſcura quidem illa queſtio:
ſtin.21. In ſed vt poſſum breuiter dico: Fratres: ſunt homines omni
ſlio.ꝭ no contemptores ſeculi huius: quibus non eſt gratum quic
quid temporaliter fluit: non herent dilectione aliqua terre
1 Corin.7. nis operibus: ſancti: caſti: continentes: iuſti: fortaſſis et om
nia ſua vendentes et pauperibus diſtribuentes: aut poſſi
dentes tanq̄ non poſſidentes: et vtentes hoc mundo tanq̄
non vtentes. Sunt autem alij qui rebus infirmitati conceſ
ſis: inherent aliquantum dilectione. Non rapit villam alie
nā: ſed ſic amat ſua: vt ſi pdiderit cōturbet: nō appetit vxo
rē alienā: ſz ſic hēret ſue: ſic miſcetur ſue: vt modum nō ibi
teneat preſcriptū tabulis liberorū procreādorū cauſa. Nō
1. Corin.6. tollit aliena: ſed repetit ſua: et habet cum fratre ſuo iudiciū
Talibus enim dicitur: Iam quidem omnino delictum eſt
in vobis: q iudicium habeatis vobiſcum: Uerum ipſa iudi
cia in eccleſia iubet agi: non ad forum trahi tamen delicta
eſſe dicit. Contendit enim chriſtianus pro rebus terrenis
amplius q̄ decet eum cui promiſſum eſt regnum celorum.
Non totum cor ſurſum leuat ſed aliquam partem eius tra
1. Corin.3. hit in terram. Denique ſi veniat temptatio vincendi marty
rij: illi qui habent in fundamento chriſtum et edificant au
rum: argentum: lapides precioſos: quid dicunt ex hac opor
Philip.1. tunitate? Bonum eſt mihi diſſolui et eſſe cum chriſto: Ala
cres currunt: aut nihil: aut modice de terrena fragilitate
contriſtantur. Illi autem amantes res proprias: domos
proprias: grauiter conturbantur: fenum et ſtipula: et ligna
ardent. Habent ergo ligna: fenum: ſtipulam: ſuper funda
mentum: ſed rerum conceſſarum non illicitarum. Dico ergo
fratres: poſſides fundamētum: here celo: calca terram. Si
talis es: non edificas niſi aurum: argentum et lapides pre
cioſos. Cum autem dixeris: amo poſſeſſionē iſtam: timeo
ne pereat: et imminet damnum: et tu contriſtaris: non qui
dem preponis eam chriſto. Nam ſi ſic amas poſſeſſionem
iſtam: vt ſi dicatur tibi: Ipſam vis an chriſtum? Et ſi
triſtis eam perdis: plus tamen amplecteris chriſtum: quē
poſuiſti in fundamentum: ſaluus eris tanq̄ per ignem. Au

di aliud. Non potes tenere poſſeſſionem iſtam: niſi dixeris
falſum teſtimonium: Et hoc non facere: chriſtum in funda
mento ponere eſt. Ueritas enim dixit: Os quod mentitur Sap.1.
occidit animam. Ergo ſi poſſeſſionem tuam diligis: non ta
men propter illam facis rapinam: non propter illam dicis
falſum teſtimonium: non propter illam facis homicidium:
non propter illam falſum iuras: non propter illam chriſtum
negas: eo quod non propter illam facis hec: chriſtū habes
in fundamento: Sed tamen quia diligis illam: et contriſta
ris ſi perdas illam: ſuper fundamentum poſuiſti: non aurū:
non argentum: non lapides precioſos: ſed lignum: fenum:
ſtipulam. Saluus ergo eris cum ardere ceperit quod edi
ficaſti: ſic tamen quaſi per ignem. Nemo enim ſuper funda
mentum hoc edificans adulteria: blaſphemias: ſacrilegia:
idolatria: periuria: et putet ſe ſaluum futurum per ignem:
quaſi iſta ſint ligna: fenum: ſtipula: Sed qui edificat amo
rem terrenorum ſuper fundamentum regni celorum: id eſt
ſuper chriſtum: ardebit amor rerum temporalium: et ipſe
ſaluus erit per idoneum fundamentum. Inimici domini
mentiti ſunt ei dicendo: Eo ad vineam et non eundo: et erit
tempus eorum: non ad tempus ſed in eternū. Et qui ſunt
iſti? ⌊ Et cibauit illos ex adipe frumenti. ⌋ Noſtis adipē
frumenti: vnde cibantur multi inimici qui mentiti ſunt ei. Q
Et cibauit illos ex adipe frumenti: miſcuit eos ſacramētis
ſuis. Et inde quando dedit buccellam: ex adipe frumenti Jo.13.
cibauit. Et inimicus domini mentitus eſt ei: et erit tempus Ps.80.
eius in eternum. Et cibauit illos ex adipe frumenti. ⌊ Et
de petra melle ſaturauit eos. ⌋ O ingratos cibauit ex adi
pe frumenti: et de petra melle ſaturauit eos. In eremo de Exo.17.
petra aquam produxit non mel. Mel ſapientia eſt: primas
tum dulcoris tenens in eſcis cordis. Quam multi ergo ini
mici domini mentientes domino cibantur: non ſolū ex adi
pe frumenti: ſed etiam de petra melle: de ſapientia chriſti:
q̄ multi delectantur verbo eius et cognitione ſacramento
rum eius: ſolutione parabolarū eius: q̄ multi delectantur
q̄ multi clamant! Et non eſt hoc mel de quolibet homine:
ſed de petra. Petra autem erat chriſtus. Quam multi er 1. Corin.10
go ſatiantur de melle iſto: clamant: dicunt: Suaue eſt: di
cunt: nihil melius eſt: nihil dulcius vel intelligi vel dici po
tuit: Et tamen inimici domini mentiti ſunt ei. Nolo amplius
immorari in rebus dolendis: Quamq̄ terribiliter pſalmus
ad hoc finitus ſit: tamen a fine eius: obſecro vos: recurra
mus ad caput: Exultate deo adiutori noſtro.

¶ Explicit Tractatus de ps̄. lxxx.

¶ Commendatio populi et exhortatio et inuitatio ad ſe
quentem tractatum audiendum: et ludos ſeculares con
temnendum.

NOn parum veſtras mentes in nomine chriſti diuina
ſpectacula tenuerunt et ſuſpenderunt vos: non ſolū R
ad appetenda quedam: ſed ad quedam etiā fugiēda. Iſta
ſunt ſpectacula vtilia: ſalubria: edificantia non deſtruentia
immo et deſtruentia et edificantia. Deſtruentia recentes
deos: edificantia fidem in verum et eternum deum. Etiam
in craſtinum diem inuitamus charitatem veſtram. Cras il
li habent vt audiuimus mare in theatro: nos habeamus por
tum in chriſto. Sed quoniam perendino die: id eſt quarta
ſabbati: non poſſumus ad menſam cypriani cōuenire: quia
feſtiuitas eſt ſanctorum martyrum: craſtino ad ipſam mē
ſam conueniamus.

¶ Incipit Tractatus de ps̄. lxxxi.

PSalmus ipſi Aſaph. ⌋ Pſalmo huic titulum ſicut
alijs qui ſimiliter prenotantur: vel nomen eius homi A
nis indidit a quo ſcriptus eſt: vel eiuſdem nominis interp
tatio: vt ad ſynagogam quod eſt aſaph: eius intelligentia
referatur: preſertim quia hoc et primꝰ eius verſus aſſignat.
Sic enim incipit.

¶ Expoſitio pſalmi.

DEus ſtetit in ſynagoga deorum. ⌋ Quos deos? Abſit
vt intelligamus deos gentium: ſiue idola: ſiue aliquā
preter

pꝛeter homines celeſtem terreſtremq̄ creaturā: cum paulo-
poſt hunc verſum: idem iſte pſalmus aſſerat: et quos deos
intelligi velit: in quorum ſynagoga ſtetit deꝰ: apertiꝰ expꝛi-
mat: vbi ait: Ego dixi dij eſtis: et filij altiſſimi omnes: Uos
autem ſicut homines moꝛiemini: ⁊ ſicut vnus de pꝛincipibꝰ
Eſa.1. cadetis. In hoꝝ ergo ſynagoga filioꝝum altiſſimi: de qui
bus idẽ altiſſimus p Eſaiam dicit: Filios genui ⁊ exaltaui
ipſi aūt me ſpꝛeuerūt: ſtetit deus. In ſynagoga populi iſ-
rael accepimus: q: et ipſoꝝ ꝓpꝛie ſynagoga dici ſolet: q̄uis
et eccleſia dicta ſit: Noſtram vero apoſtoli nunq̄ ſynagogā
dixerūt: ſed ſemper eccleſiam: ſiue diſcernēdi cauſa: ſiue qꝺ
inter cōgregationem vnde ſynagoga: ⁊ ꝯuocationem vnde
eccleſia nomen accepit: diſtet aliquid: qꝺ ſcꝫ cōgregari ⁊ pe-
coꝛa ſolēt: atq̄ ipſa pꝛopꝛie: quoꝛum ⁊ greges ꝓpꝛie dicūtꝰ.
Cōuocari autem magis eſt vtētiū ratione: ſicut ſunt homi
Pſ. 72. nes. Unde ex perſona ipſius aſaph in alio pſalmo canitur.
Quaſi pecus factus ſum apud te: et ego ſemꝑ tecum: Cum
vtiq̄ quāuis vni vero deo mācipatus videretur: p magnis
tamen ac ſummis bonis ab illo carnalia: terrena: tempoꝛa-
lia requirebant. Inuenimus etiam ſepe eos filios appella
tos: nō ea gratia que ad nouum teſtamentum pertinet: ſed
illa que ad vetus: quia ⁊ ipſa gratia eſt qua elegit abrā: ⁊ et
eius carne tam magnum populum ꝓpagauit: qua nondum
Malach.1 natos iacob dilexit: eſau autem odio habuit: qua liberauit
Ro.9. ex egypto: qua in terraꝫ pꝛomiſſionis electis gentibus intro
duxit: Niſi enim et ipſa eſſet gratia: non vtiq̄ de nobis qui
bus non ad terrenum: ſed ad regnum celoꝛum capeſcendū
tem in conualle plorationis: Et ex qua conualle ploratio
O nis: ad illum locum gaudij veniemus? ⌊† Nam et benedi
Al† Etenĩ ctionem⌋ inquit ⌊dabit† qui legem dedit.⌋ Afflixit nos
† legiſla lege: preſſit nos lege: oſtendit nos torcular: vidimus preſſu
tor ram: carnis noſtre tribulationem cognouimus: ingemuim⁹
reuelante peccato: aduerſus mẽtem noſtram clamauimus:
Miſer ego homo: ſub lege gemuimus. Quid reſtat: niſi vt
Roma. 7 benedictionem det qui legem dedit? Adueniet gratia poſt
Al † Jbũt legem: ipſa eſt benedictio. Et quid nobis preſtitit iſta gra
de vtute tia et benedictio? ⌊† Ambulabunt a virtutib⁹ in virtutẽ.⌋
1. Cor. 12 Hic enim per gratiam multe virtutes dantur. Alij quidem
datur per ſpiritum ſermo ſapientie: alij ſermo ſcientie ſm
eũdem ſpiritum: alij fides: alij donatio ſanitatum: alij gene
ra linguarum: alij interpretatio ſermonũ: alij prophetatio.
Multe virtutes: ſed hic neceſſarie: et ab his virtutib⁹ imus
1. Cor. 1. in virtutem. Quam virtutem? Chriſtum dei virtutem et dei
ſapientiam. Ipſe dat diuerſas virtutes in loco hoc: qui pro
omnibus virtutibus neceſſarijs in conualle plorationis et
vtilitatibus: ſe dabit vnam virtutem ſeipſum. Nam et vir
tutes agende vite noſtre quattuor deſcribuntur a multis:
et in ſcriptura inueniunt. Prudentia dicitur: qua dinoſcim⁹
inter bonũ et malũ. Juſtitia dr: q̃ ſua cuiq; tribuim⁹: nemini
Roma. 13. q̃cq̃ debẽtes: ſed oẽs diligẽtes. Temperãtia dr q̃ libidines
refrenam⁹ fortitudo dr: qua oĩa moleſtia toleramus. Iſte
virtutes nunc in conualle plorationis per gratiam dei do
nantur nobis. Ab his virtutibus imus in illam virtutẽ. Et
que erit illa virtus: niſi ſolius contemplationis dei? Neceſ
ſaria ibi non erit iſta prudentia: vbi nulla mala occurſura
ſunt que vitemus. Sed quid putamus fratres? Non iſta iu
ſtitia: vbi nulla erit cuiuſq̃ indigentia cui ſubuenire debea
mus. Non iſta temperantia: vbi nulla erit libido refrenan
da: Non iſta fortitudo: vbi nulla erunt mala toleranda. Er
go ab hes virtutibus huius actionis ibimus in virtutem il
lius contemplationis: qua contemplemur deum: ſicut ſcri
Pſ. 5. ptum eſt: Mane aſtabo tibi et contemplabor. Et audi quia
ab huius actionis virtutibus: in illam contemplationẽ ibi
mus. Sequitur ibi: Ibunt a virtutibus in virtutem. Quã
P virtutem? Contemplandi. Quid eſt: contemplãdi? ⌊† Ap
Als† vide parebit deus deorum in ſion.⌋ Deus deorum: chriſt⁹ chri
bitur. ſtianorum. Quomodo deus deorum: chriſtus chriſtianorũ?
Pſ. 81. Ego dixi dij eſtis: et filij altiſſimi omnes. Dedit enim eis po
Joan. 1. teſtatem filios dei fieri: ille in quem credimus: pulcher ſpõ
Eſa. 53 ſus: qui hic propter deformitatem noſtram deformis appa
Joan. 1. ruit. Quia vidimus eum inquit: et non habebat ſpeciẽ neq;
Matth. 5. decorem. Finita omni neceſſitate mortalitatis: ſicuti eſt de⁹
apud deum: verbum apud patrem: per quod facta ſunt oĩa:
apparebit mundis corde. Beati enim mundo corde: quo
niam ipſi deum videbunt. Apparebit deus deorum in ſion.
Et rurſus iſte a cogitatiõe illorum gaudiorum redit ad ſu
ſpiria ſua. Uidet quid preuenerit ſpe: et vbi adhuc ſit re. Ap
parebit tunc deus deorum in ſion. Hoc eſt: vnde gaudebi
mus: ipſum in ſecula ſeculorum laudabimus. Sed adhuc
modo tempus eſt orandi: tempus deprecandi: et ſi aliquan
tulum gaudendi: ſed adhuc in ſpe: In peregrinatione ſu
mus: in conualle plorationis ſumus. Ad huius ergo loci ge
mitum rediẽs dicit: ⌊Domine deus virtutum exaudi † pre
Al† orõnẽ cem meam: auribus percipe deus iacob.⌋ Quia et ipſum ia
cob feciſti: et de iacob iſrael. Apparuit enim illi deus: et di
Geñ. 32. ctus eſt iſrael: videns deum. Audi ergo me deus iacob: et
fac me iſrael. Quando fiam iſrael? Cum apparebit deus
deorum in ſion. ⌊Protector noſter aſpice deus:⌋ Sub vm
bra alarum tuarum ſperabunt. Ideo protector noſter aſpi
ce deus. ⌊Et reſpice in faciem chriſti tui.⌋ Quando enim
non reſpexit in faciem chriſti ſui deus? Quid eſt reſpice in
faciem chriſti tui? Per faciem innoteſcimus. Quid eſt ergo
reſpice in faciem chriſti tui? Fac innoteſcere omnibus chri
ſtum tuum. Reſpice in faciem chriſti tui: notus ſit omnib⁹
Roma. 5 chriſtus tuus: vt poſſimus ire a virtutibus in virtutem: et
Al† Quia poſſit ſuperabundare gratia: quoniam abundauit peccatũ.
Q ⌊Quoniam melior eſt dies vna in atrijs tuis: ſup milia.⌋

Atria illa ſunt in que ſuſpirabat: in que deficiebat. Deſide
rat et deficit anima mea in atria domini. Melior ibi eſt di
es vna ſuper milia dierum. Milia dierum deſiderant ho
mines: et multum volunt hic viuere. Contẽnant milia die
rum: deſiderent vnum diem qui non habet ortum et occa
ſum. Unum diem: diem ſempiternum: cui non cedit heſter
nus: quem non vrget craſtinus. Ipſe vnus dies deſidere
tur a nobis. Quid nobis eſt cum milibus dierum? Imus a
milibus dierum ad vnum diem. Ad vnum diem feſtinem⁹:
ſicut imus a virtutibus in virtutem. ⌊Elegi† abijci in do Als† abie
mo † domini: magis q̃ habitare in tabernaculis peccato ctus eſſe
rum.⌋ Inuenit enim iſte conuallem plorationis: inuenit † dei mei.
iſte humilitatem vnde aſcendat. Scit quia ſi ſe extollere
voluerit cadet: ſi ſe humiliauerit erigetur: eligit abijci vt
ſubleuetur. Quã multi preter tabernaculum hoc torcularis
dominici: id eſt preter eccleſiam catholicam volentes ſub
leuari: et amantes honores ſuos: nolunt cognoſcere verita
tem: ſi eſſet illis in corde verſus iſte: Elegi abijci i domu do
mini: magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorũ: Nonne
abijcerent honores: et currerent ad conuallem plorationis:
et hinc inuenirent aſcenſus in corde: et hinc irent a virtuti
bus in virtutem: ponentes ſpem ſuam in chriſto: non in ne
ſcio quo homine? Bona vox: gaudenda vox: eligenda vox:
Elegi abijci in domo domini: magis q̃ habitare in taber
naculis peccatorum. Ipſe elegit abijci in domo domini: ſz
ille qui inuitauit ad cõuiuium eligentem inferiorem locũ:
vocat ad ſuperiorem et dicet illi: Aſcende. Ipſe tamen non Luce. 14
elegit niſi eſſe in domo domini: in quocũq; loco: non tamẽ
extra limen. Quare elegit abiectus eſſe in domo domini
magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum? ⌊Quia mi R
ſericordiam et veritatem diligit deus.⌋ Dominus miſeri
cordiam diligit: qua mihi primo ſubuenit: Ueritatem dili
git: vt credenti det quod promiſit. Audi miſericordiam et
veritatem in apoſtolo paulo: prius ſaulo perſecutore: In
digebat miſericordia: et dixit in ſe factã: Qui prius fui blaſ 1. Timo. 1.
phemus: et perſecutor: et iniurioſus: ſed miſericordiam cõ
ſecutus ſum: vt in me oſtenderet chriſtus ieſus omnem lõ
ganimitatem: in eos qui credituri ſunt illi in vitam eter
nam: vt cum indulgentiam tantorum ſcelerum acciperet
paulus: nemo deſperare poſſet ſibi donari quecũq; pecca
ta. Ecce habes miſericordiam: Noluit tunc deus exercere
veritatem: vt puniret peccantem. Etenim ſi puniretur pec
cator: nonne veritas eſſet? Aut auderet dicere: non debeo
puniri: qui non poſſet dicere non peccaui? Et ſi diceret:
Non peccaui: cui diceret? Quem falleret? Ergo primo do
minus miſericordiam in eum prerogauit: poſt miſericor
diam: veritatem: Audi illum iam exigẽtem veritatem. Pri
mo ergo inquit miſericordiam conſecutus ſum: qui prius
fui blaſphemus et perſecutor et iniurioſus: ſz gratia dei ſum 1. Cor. 15
id quod ſum. Poſtea dicit cum paſſioni propinquaret: Bo 2. Timo. 6.
num agonem certaui: curſum conſummaui: fidem ſeruaui:
ſupereſt mihi corona iuſtitie. Ille qui tribuit miſericordiã:
ſeruat veritatem. Unde ſeruat veritatem? Quam reddet Ibidem
mihi domin⁹ in illo die iuſtus iudex. Indulgentiam dona
uit coronam reddet. Donator eſt indulgentie: debitor co
rone. Unde debitor? Accepit aliquid? Cui debet aliqd deus?
Ecce videmus quia tenet eum debitorem paulus: Conſe
cutus eſt miſericordiam: exigens veritatem: Reddet mihi
inquit dominus in illo die. Quid tibi reddet: niſi quod tibi
debet? Unde tibi debet? Quid ei dediſti? Quis prior dedit
illi: et retribuetur ei? Debitorem dominus ipſe fecit ſe: non
accipiendo ſed promittendo. Non ei dicitur: Redde quod
accepiſti: ſed redde quod promiſiſti. Miſericordiam mihi 1. Timo. 1.
erogauit inquit: vt faceret me innocentem: Nam prius fui
blaſphemus et iniurioſus: ſed ex illius gratia factus ſum in
nocens. Ille autem qui prerogauit miſericordiam: negare
poterit debitum? Diligit miſericordiam et veritatem. ⌊Gra
tiam et gloriam dabit †.⌋ Quã gratiam: niſi de qua ipſe di G
xit: Gratia dei ſum id quod ſum? Quã gloriam: niſi de qua Al† dñs
ipſe dixit: Supeſt mihi corona iuſtitie? Ideo dñs inqt: Nõ 1. Cor. 15.
priuabit bonis ambulantes in innocentia. Quare ergo ho 1. Timo. 6.
mines nõ vultis tenere innocentiã: niſi vt habeatis bona?

Non vultis tenere innocentiam:vt nõ reddat quod ille aſ-
ſignat?Aurum vult habere et perdit innocentiam.Quid lu-
cratur?Quid damnificatur?Habet lucrum auri: paſſus eſt
damnũ innocentie. Eſt aliquid precioſius innocentia?Sed
ſi innocentiam retinebo inquit pauper ero.Paruene diui-
tie ipſa innocentia? Si arcam plenam auro habueris di-
ues eris: ſi cor habueris plenum innocentia: pauper eris?
Sed hec bona deſiderans:modo in egeſtate:in tribulatio-
ne: in conualle plorationis: in preſſura: in temtationibus:
ſerua innocentiam. Erit enim poſtea etiam bonum tuum
quod deſideras:requies:eternitas: immortalitas:impaſſi-
bilitas erit poſtea.[Ipſa ſunt bona que ſeruat deus iuſtis
ſuis. Nam bona que modo deſideras pro magno: propter
que vis eſſe nocens ꝛ non innocens: attende illa que habe-
ant qui talibus abundant. Vides diuitias apud latrones:
apud impios: apud ſceleratos apud turpes: apud flagitio-
ſos et facinoroſos vides diuitias:dat illis deus iſta ꝓpter
Matth. 5 communionem generis humani: propter abundantem af-
fluentiam bonitatis ſue:qui etiam ſolem ſuum oriri facit ſu-
per bonos et malos:ꝛ pluit ſuper iuſtos et iniuſtos.Tanta
dat et malis:et tibi nihil ſeruat?Falſum eſt quod tibi pro-
miſit?Seruat:ſecurus eſto.Qui miſertus eſt tui cum eſſes
impius:deſerit te cum factus es pius?Qui peccatori dona-
uit mortem filij ſui:quid ſeruat ſaluato ꝑ mortem filij ſui?
Al.+eos q̃ ambulant Securus ergo eſto.Tene debitorem: quia credidiſti in pro-
miſſorem.[Dominus non priuabit bonis+ambulantes in
innocentia.] Ergo quid nobis hic reſtat:in torculari:in af-
flictione:in re dura: in preſentia vite periculoſe? Quid no-
Al.+nõ hʒ bis reſtat vt illuc perueniamus?[Domine+deus virtutũ:
beatus homo qui ſperat in te.]

¶ Explicit Tractatus de pſ̃.lxxxiij.

¶ Incipit Tractatus de pſ̃.lxxxiiij.

A Expectati ſumus dominũ deum noſtrum: vt oſtẽdat
nobis miſericordiam ſuam:ꝛ ſalutare ſuum det no-
bis.Dictum eſt hoc quidem in prophetia cum primum pſal-
mi iſti dicerentur:et ſcriberẽtur.Ceterum quod attinet ad
hoc tempus: iam oſtendit dominus gentibus miſericordiã
ſuam: et dedit eis ſalutare ſuum. Ille quidem oſtẽdit: ſed
multi ſanari nolunt:vt videant hoc quod oſtendit.Sed q̃
ipſe ſanat oculos cordis ad videndum ſe:propterea cum di-
xiſſet: Oſtende nobis domine miſericordiam tuam: tanq̃
pſ̃.84 multis cecis dicturis: quomodo videbimus: cum ceperit
oſtendere adiunxit:Et ſalutare tuum da nobis. Dãdo eñ
ſalutare ſuum ſanat in nobis vnde poſſimus videre quod
oſtendit: non quomodo medicus homo ipſe curat vt lucẽ
iſtam oſtendat eis quos curauerit:Et aliud eſt iſta lux quã
demonſtraturus eſt: aliud autem ipſe medicus qui curat
oculos quibus oſtendat lucem: que lux non eſt ipſe medi-
cus.Non ergo ſic dominus deus noſter. Ipſe eſt enim me-
dicus qui curat vnde nos videre poſſimus:ꝛ ipſe eſt lux quã
videre poſſimus.Totum tamen pſalmum breuiter quan-
tum poſſumus:quantum donat dominus pro anguſtia tem-
poris attẽti curramus.Titulus eius eſt:[In finem: filijs
chore pſalmus.] Finem non intelligimus niſi quem dicit
B Apoſtolus:Finis enim legis chriſtus ad iuſtitiã omni cre-
Roma. 10 denti.Ergo cum primo in titulo pſalmi poſuit:in finem:di-
rexit cor noſtrum in chriſtum. In illum ſi intendamus:non
errabimus:quia ipſe eſt veritas quo feſtinamus:et ipſe eſt
Joan.14 via per quam currimus.Quid eſt:filijs chore? Interpreta-
tur chore ex verbo hebreo in latinum: caluus. Ergo filijs
chore:filijs calui.Quis eſt iſte caluus? Non vt irrideamus
illum:ſed vt ploremus ante illum.Nam et irriſerunt illum
quidam:et a demonibus vaſtati ſunt:quomodo in regno-
rum libro caluum heliſeum irriſerunt pueri:dicẽteſq̃ poſt
illum:Calue calue:proceſſerunt vrſi de ſilua et comederũt
4.Reg. 2 pueros male ridentes:et plangendos a parentibus ſuis.

Significauit hoc factum prophetia quadam:futurum do-
minũ noſtrum ieſum chriſtum. Ille enim a iudeis irriden-
tibus velut caluus irriſus eſt: qui i caluarie loco crucifixus Mat.27
eſt. Nos autem ſi in illum crediderimus: filij ipſius ſumus.
Nobis ergo cantatur pſalmus iſte:vbi inſcribitur: Filijs
chore.Sumus enim filij ſponſi.Ille quippe ſponſus dans
arras ſponſe ſue:ſanguinem ſuum et ſpiritum ſuum:quo lo-
cupletauit nos interim in iſta peregrinatione: adhuc autẽ
ſeruat nobis occultas diuitias ſuas.Unde eñ tale pignus
dedit:Quid eſt qđ ſeruat? Itaq̃ cantat ei propheta in fu-
turum:et vtitur verbis quaſi iam preteriti temporis:tanq̃
facta dicit que futura erant: quia apud deum ꝛ quod futu-
rum eſt:iam factum eſt. Ibi ergo propheta videbat futu-
ra nobis:iam vero facta in illius prouidentia et predeſtina-
tione certiſſima:quomodo dicit et in illo pſalmo vbi om̃es
chriſtum agnoſcunt?Sic enim recitatus eſt pſalmus tanq̃ pſ̃.21.
euangelium legatur:Foderunt manus meas et pedes me-
os:dinumerauerunt omnia oſſa mea: Ipſi vero conſidera-
uerunt ꝛ conſpexerunt me:diuiſerunt ſibi veſtimenta mea:
et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Quis non legens
te lectore pſalmum:agnoſcat euangelium? Et tamen cum
diceretur in pſalmo: non dictum eſt: Foſſuri ſunt manus
meas et pedes:ſed foderunt manus meas ꝛ pedes:Nec di-
ctum eſt: Dinumeraturi ſunt oſſa mea: ſed dinumerauer-
runt oſſa mea:Nec dictũ eſt:Diuiſuri ſunt veſtimenta mea
ſed diuiſerunt ſibi veſtimenta mea.Hec oĩa q̃ futura vide-
bat ꝓpheta:tanq̃ ꝑterita indicabat:Sic ꝛ hic.

¶ Expoſitio pſalmi.

B Enedixiſti domine terram tuam:]Tanq̃ iam fece- C
rit.[Auertiſti captiuitatem iacob.] Populus eſt an-
tiquus iacob. Iacob populus iſrael natus de ſemine abrae
in repromiſſione: futuris:aliquando heres dei erat. Qui-
dam ergo ille populus cui datum eſt teſtamentum vetus:
figurabat teſtamentum nouũ. Illa figura erat:hec expreſ-
ſio veritatis. In illa autem figura ſm quandam prenuncia-
tionem futurorum:data eſt illi populo terra quedam pro-
miſſionis in quadam regione vbi habitauit populus iudeo-
rum:vbi eſt etiam hieruſalem ciuitas: cuius nomẽ omnes
audiuimus.Hanc ergo terram cum accepiſſet ille populus
ab hoſtibus ſuis vicinis circũquaq̃ inimicantibus: multas
moleſtias patiebatur:Et cum peccabat in deum ſuum:da-
batur in captiuitatem:non ad interitum:ſed ad diſciplinã:
non damnante patre:ſed flagellante: ꝛ cum obſeſſa eſſet li-
berabatur: Et aliquotiẽs captiuata eſt : ꝛ liberata eſt illa
gens:ꝛ modo in captiuitate eſt: ꝛ hoc pro peccato magno
quod dominũ ſuũ crucifixit.Quid igitur ſcđm iſtos accipi-
mus quod ait:auertiſti captiuitatem iacob? An forte intel-
ligimus hic aliam captiuitatem de qua omnes nos volu-
mus liberari?Nam omnes pertinemus ad iacob:ſi pertine-
mus ad ſemen abrae.Hoc enim dicit apoſtolus:In iſaac vo-
cabitur tibi ſemen:id eſt non hi qui filij carnis hi filij dei: ſʒ
filij promiſſionis in ſemẽ deputantur.Si filij promiſſionis: Roma. 9.
in ſemen deputantur:offendendo dominũ iudei degenera-
uerũt:nos ꝓmerendo deum: de genere abrae facti ſumus
non pertinentes ad carnem:ſed pertinẽtes ad fidem. Imi-
tati enim fidem:filij facti ſumus:illi autem degenerando a
fide, exheredari meruerunt. Nam vt hoc noueritis: quia
perdiderunt illud quod nati erant de abraam: cum ſe arro-
ganter iactarent:audiente domino noſtro ieſu chriſto:glo-
riantes de ſanguine:ꝛ non de vita:ꝛ dicerent domino:Nos
patrem habemus abraam. Et ait illis domin⁹ tanq̃ dege- Joan.8.
nerantibus:Si filij abrae eſtis:facta abrae facite.Si ergo Ibidem
illi ꝓpterea iam nõ filij:quia nõ faciebant facta abrae: nos
propterea filij: quia facimus facta abrae. Que ſunt facta
abrae que facimus? Credidit autem abraam deo:et depu-
tatum eſt illi ad iuſtitiam.Ergo omnes ad iacob perti- Geñ.15
nemus: imitantes abrae fidem: qui credidit deo: depu- Galа.3.
tatum eſt illi ad iuſtitiam. Que eſt ergo illa captiuitas: D
vnde nos volumus liberari? Puto enim neminem noſtrũ
modo

modo eſſe apud barbaros:nec aliquam gentem irruiſſe ar-
matam:et captiuos duxiſſe nos. Sed modo oſtendo quã-
dam captiuitatem in qua gemimus: ⁊ vnde nos liberari cu-
pimus. Paulus apoſtolus procedat:et ipſe illam dicat:Sit
ipſe ſpeculum noſtrum: ille loquatur ⁊ nos ibi videamus.
Nemo eſt enim qui non ſe hic agnoſcat. Ait ergo ille bea-
Roma.7 tus apoſtolus:Cõdelector enim legi dei ſm interiorem ho-
minem. Intus me delectat lex dei. Uideo autem aliam le-
gem in membris meis repugnantem legi mentis mee. Iã
audiſti legem:audi pugnam:Captiuitatem necdum audie-
ras:audi que ſequuntur: Repugnantem inquit legi men-
tis mee:⁊ captiuum me ducẽtem in lege peccati que eſt in
membris meis. Agnouimus enim captiuitatem: Quis no-
ſtrum eſt qui nolit ſe de iſta captiuitate liberari? Et vnde
liberabimur? Quoniam hoc cantauit iſte pſalmus futurus:
Auertiſti captiuitatem iacob. Cui dixit? Chriſto: propter
in finem:propter filios chore: Ille enim auertit ⁊ captiuita-
tem iacob. Audi ⁊ ipſum paulum confitentem: Cum dice-
Ibidem ret ſe trahi captiuum a lege in membris ſuis repugnantem
legi mentis ſue:exclamauit ſub illa captiuitate ⁊ ait: Infe-
lix ergo homo:quis me liberabit de corpore mortis huius?
Queſiuit quis eſſet:⁊ ſtatim illi occurrit: Gratia dei per ie-
ſum chriſtum dominũ noſtrum. De hac gratia dei propheta
dicit huic domino noſtro ieſu chriſto: Auertiſti captiuita-
tem iacob. Attendite captiuitatem iacob:attendite: quia
hoc eſt: auertiſti captiuitatem noſtram:non liberando nos
a barbaris in quos non incurrimus: ſed liberando nos ab
operibus malis: a peccatis noſtris per que nobis ſatha-
nas dominabatur. Si quis enim liberatus fuerit a pecca-
tis ſuis: non habet vnde ei dominetur princeps peccato-
rum. Quomodo enim auertit captiuitatem iacob? Uidete
C quia iſta liberatio ſpiritalis eſt. Uidete quia intus agitur.
⌊Remiſiſti⌋ inquit ⌊iniquitatem plebis tue:operuiſti om-
peccata eorum.⌋ Ecce vnde auertit captiuitatem: quia re-
miſiſti iniquitatem. Iniquitas tenebat captiuum: remiſſa
iniquitate liberaris. Confitere ergo te eſſe in captiuitate
vt dignus ſis liberari. Nam qui hoſtem ſuum non intelli-
git:quomodo inuocat liberatorem? Operuiſti omnia pec-
cata eorum. Quid eſt operuiſti? Ut non illa videres. Quid
eſt:vt non illa videres? Ut non illa vindicares. Noluiſti vi-
Al.†Mitigaſti dere peccata noſtra:et ideo non vidiſti:quia ipſa videre no-
luiſti. Operuiſti omnia peccata eorum. ⌊†Sedaſti omnẽ
iram tuam: auertiſti ab ira indignationis tue.⌋ Et quo-
Al†ſalutaris noſter. niam de futuro iſta dicuntur:quare verba preterita ſonent.
Sequitur et dicit: ⌊Conuerte nos domine†ſanitatum no-
ſtrarum.⌋ Quomodo narrabat quaſi factum eſſet:et quo-
modo orat vt fiat:niſi quia voluit oſtendere preterita ver-
ba ſe in prophetia dixiſſe:nondum autem factum eſſe quod
dicebat iam factum? Hinc oſtendit quia orat vt fiat. Con-
uertere nos domine ſanitatum noſtrarum. ⌊Et auerte†ira-
Al†iram cundiam tuam a nobis.⌋ Nõne iam dudum dicebat:Auer-
tiſti captiuitatem iacob:operuiſti omnia peccata eorũ: Se-
daſti omnem iram tuam: auerſus es ab ira indignationis
tue:quomodo ⁊ hic eſt: Auerte iracundiam tuam a nobis?
F Reſpondet tibi propheta: Illa dico quaſi facta:quia video
Al.†nunquid †iraſceris futura:Quia vo nondum facta ſunt:oro vt veniant que iã
Geñ.3. vidi. Auerte iracundiam tuam a nobis. ⌊Non in eternum
†iraſcaris nobis.⌋ De ira enim dei mortales ſumus:et de
ira dei in iſta terra in egeſtate et labore vultus noſtri man-
ducamus panem. Hoc enim audiuit adam quando pecca-
uit:et adam ille omnes nos eramus: quia in adam omnes
moriuntur. Quod ille audiuit:ſecutum eſt et nos. Non eñi
eramus iam nos:ſed eramus in adam: Ideo quicquid eue-
nit ipſi adam:ſecutum eſt et nos:vt moreremur. Oẽs quip-
pe in illo fuimus. Ea enim peccata parentum non perti-
Concor.2. nent ad filios que faciunt parentes iam natis filiis. Iam
ſen.diſ.33. enim nati filii ad ſe pertinent:⁊ parentes ad ſe pertinent.
Sed vt ait Itaqꝫ illi qui nati ſunt ſi tenuerint vias parentum ſuorum
malas:neceſſe eſt vt portent et merita ipſorum. Si autem
mutauerint ſe et non fuerint imitati parentes malos:inci-
piunt habere meritum ſuum: non meritum parentum ſuo-
rum. Uſqꝫadeo autem nõ tibi obeſt peccatũ patris tui ſi te
mutaueris:vt nec ipſi patri tuo obſit ſi ſe mutauerit:ſꝫ iam

quod accepit ad mortalitatem: iſta radix noſtra duxit de
adam. Quid duxit? Iſtam fragilitatem carnis:hoc tormen-
tum dolorum:hanc domum paupertatis:hoc vinculum mor-
tis:et laqueos tentationũ. Portamus omnia iſta in carne
hac:et ira dei eſt iſta:quia vindicta dei eſt. Sed quia futu-
rum erat vt regeneraremur:et credendo noui efficeremur:
atqꝫ in reſurrectione omnis iſta mortalitas abſumeretur:⁊
nouitas totius hominis repararetur. Sicut enim in adam
omnes moriuntur: ſic et in chriſto omnes viuificabuntur. 1.Cor.15.
Hoc vidẽs propheta: ait: Non in eternum iraſcaris nobis. Al†Aut.
⌊†Uel†extendas iram tuam a generatione in generatio- †extẽdes.
nem.⌋ Fuit prima generatio mortalis de ira tua:erit alte- G
ra generatio immortalis de miſericordia dei. Quid ergo?
Hoc tibi preſtitiſti tu o homo:vt quia cõuerſus es ad deũ:
merearis miſericordiam ipſius? Qui autem conuerſi non
ſunt:non ſunt adepti miſericordiam: ſed inuenerunt iram.
Quid autem? Ut conuerteteris poſſes: niſi vocareris?
Nonne ille qui te vocauit auerſum: ipſe preſtitit vt con-
uerteteris? Noli ergo tibi arrogare nec ipſam conuerſio-
nem: quia niſi te ille vocaret fugientem: non poſſes conuer-
ti. Propterea et ipſius conuerſionis beneficium deo tribu-
ens propheta orat et dicit: ⌊Deus tu † conuertens viuifi- Al†conuerſus
cabis nos.⌋ Et non quaſi nosipſi noſtra ſponte ſine miſeri-
cordia tua conuertimur ad te: et tu viuificabis nos: ſed tu
conuertens viuificabis nos:vt non ſolum viuificatio noſtra
a te ſit:ſed etiam ipſa conuerſio vt viuificemur. Deus tu cõ-
uertens viuificabis nos. ⌊Et plebs tua letabitur in te.⌋
Malo ſuo letabitur in ſe: bono ſuo letabitur in te. Quan-
do enim voluit habere gaudia de ſe:inuenit planctum in ſe.
Nunc ergo quia totum gaudium noſtrum deus eſt:qui vult
ſecurus gaudere: in illo gaudeat qui non poteſt perire.
Quid enim fratres mei gaudere vultis in argento? Aut ar-
gentum perit:aut tu:et nemo ſcit quid prius: Uerumtamẽ
illud conſtat: quia vtrũqꝫ periturum eſt:quid prius: incer-
tum eſt. Nam nec homo hic poteſt manere ſemper: nec ar-
gentum hic poteſt manere ſemper: Sic aurum: ſic veſtis:
ſic domus:ſic pecunia: ſic lata predia: ſic poſtremo lux iſta.
Noli ergo velle gaudere in iſtis: ſed gaude in illa luce que
non habet occaſum. Gaude in illa luce quam non precedit
heſternus dies: nec ſequitur craſtinus. Quid eſt iſta lux?
Ego ſum inquit lux mundi. Qui tibi dicit: Ego ſum lux mũ- Ioan.8.
di:vocat te ad ſe. Cum vocat te: conuertit te: cum conuer-
tit te:ſanat te:cum ſanauerit te:videbis conuerſorem tuũ:
cui dicitur: Et plebs tua letabitur in te. ⌊Oſtende nobis
domine miſericordiam tuam.⌋ Hoc eſt quod cantauimus: H
⁊ iam hinc diximus: Oſtende nobis domine miſericordiam
tuam: ⌊Et ſalutare tuum da nobis.⌋ Salutare tuum: chri-
ſtum tuum. Felix eſt cui oſtendit deus miſericordiam ſuam.
Ipſe eſt qui ſuperbire non poteſt: cui deus oſtendit miſe-
ricordiam ſuam. Oſtendẽdo enim illi miſericordiam ſuam
perſuadet illi:quia quicquid boni habet ipſe homo: nõ ha-
bet niſi ab illo:quia omne bonum noſtrum ipſe eſt. Et cum
viderit homo quicquid boni habet non ſe habere a ſe: ſed
a deo ſuo:videt quia totum quod in illo laudatur: de miſe-
ricordia dei eſt:non de meritis ipſius. Et videndo iſta non
ſuperbit non ſuperbiendo non extollitur:non ſe extollen-
do non cadit: non cadendo ſtat:ſtando inheret: inherendo
manet:manendo perfruitur et letatur in domino deo ſuo.
Erunt illi delitie:ipſe qui fecit illum:et delitias ipſas nemo
corrumpit:nemo interpellat:nemo aufert. Quis potẽs mi-
nabitur auferre? Quis vicinus malus:quis latro:quis inſi-
diator tibi tollit deum? Et poteſt tibi tollere totum quod
poſſides corpore:non tibi tollit eum quẽ poſſes corde. Ipſa
eſt miſericordia quã vtinam deus oſtendat nobis. Oſtẽde
nobis domine miſericordiam tuam:⁊ ſalutare tuum da no-
bis. Chriſtũ tuũ da nobis. In illo eñi eſt miſericordia tua: I
dicamus illi ⁊ nos: da nobis chriſtum tuũ. Iam quidẽ de-
dit nobis chriſtũ ſuũ: Adhuc tamen illi dicamus: Da nobis Matth.6.
chriſtũ tuũ:quia dicim⁹ illi: Panẽ noſtrũ quotidianũ da no- Ioan.6.
bis hodie. Et quis eſt panis noſter:niſi ipſe qui dixit: Ego
ſum panis viuus qui de celo deſcendi? Dicamus illi:Da no-
bis chriſtum tuũ. Dedit eñi nobis chriſtũ: ſed hominẽ:quem
nouimus: Dedit hominem: eum ipſum nobis daturus eſt

deum. Hominibus enim hominem dedit: quia talem illum hominibus dedit: qualis poſſet capi ab hominibus. Deū enim chriſtum nullus hominū capere poterat. Factus eſt hominibus homo: ſeruauit ſe deum dijs. An forte arrogan-
Pſ. 81. ter dixi? Reuera arroganter: niſi ipſe dixiſſet. Ego dixi dij eſtis: et filij altiſſimi omnes. Ad hanc ipſam adoptionē re-uocamur: vt efficiamur filij dei. Iam quidem ſumus: ſed per fidem. Sumus quidem: ſed in ſpe: nondum ſumus in re.
Roma. 8 Spe enim ſalui facti ſumus: ſicut dicit apoſtolus. Spes autem que videtur non eſt ſpes. Quod enim videt quis: quid ſperat? Si autem quod non videmus ſperamus: per patientiam expectamus. Quid enim expectamus per pa-tientiam: niſi videre quod credimus? Modo enim credi-mus quod non videmus: permanendo in eo quod creden-tes nō videmus: merebimur videre quod credimus. Pro-
1. Joan. 3. pterea Joannes in epiſtola ſua: quid ait? Dilectiſſimi: filij dei ſumus: ſed nondum apparuit quid erimus. Quis non exultet ſi ſubito (neſcio cui peregrinanti et ignoranti gen⁹ ſuum) patienti aliquam egeſtatem et erumnam: et in labo-re conſtituto diceretur: Filius ſenatoris es: pater tuus am-plo patrimonio gaudet in re vera: reuoco te ad patrē tuū? Quali gaudio exultaret: ſi hoc non fallax promiſſor dice-ret? Venit ergo non fallax apoſtolus chriſti et ait: Quid eſt quod de vobis ſperatis? Quid eſt quod vos affligitis et me-rore conteritis? Quid eſt quod concupiſcentias veſtras ſe-quendo in egeſtate iſtarum voluptatum conteri vultis? Ha-betis patrem: habetis patriam: habetis patrimonium. Quis eſt iſte pater? Dilectiſſimi filij dei ſumus. Quare er-go nondum videmus patrem noſtrum? Quia nondum ap-
Vbi. s. paruit quid erimus. Iam ſumus: ſed in ſpe: Nam quid eri-mus: nondum apparuit. Et quid erimus? Scimus inquit: quia cum apparuerit: ſimiles ei erimus: quoniam videbim⁹ eum ſicuti eſt. Sed hoc de patre dixit: de filio autem domi-no noſtro ieſu chriſto non dixit: Et forte videndo patrem: non videndo filium erimus beati? Ipſum audi chriſtum:
Joan. 14. Qui me videt: videt et patrem. Cum enim vnus deus vide-tur: trinitas videtur: pater et filius et ſpiritusſanctus. Au-di expreſſius: quia ipſius filij viſio tribuet nobis beatitudi-nem: et nihil intereſt inter viſionem ipſius et viſionem pa-
Ibidem tris. Ipſe ait in euangelio: Qui diligit me, mandata mea cuſtodit: et ego diligam illum: et oſtendam meipſum illi. Loquebatur illis et dicebat: Oſtendā meipſum illi. Qua-re? Non erat ipſe qui loquebatur? Sed carnem caro vide-bat: diuinitatem caro non videbat. Ad hoc autem caro car-nem vidit: vt per fidem cor mundaretur vnde deus vide-
Act. 15. retur. Dictum eſt enim de domino: Fide mundans corda
Matth. 5. eorum. Et dixit dominus: Beati mundo corde: quoniam ipſi deum videbunt. Ergo ſi nobis promiſit oſtendere ſe nobis: qualis eſt pulchritudo eius? Fratres: cogitate om-nia iſta que videtis pulchra: que amatis ipſe fecit. Si hec pulchra ſunt: quid eſt ipſe? Si hec magna ſunt: quantus eſt ipſe? Ergo ex iſtis que hic amamus: illum magis deſi-deremus. Et contemnentes iſta: illum diligamus: vt ipſa dilectione per fidem cor mundemus: et mundatum cor noſtrum inueniat aſpectus illius. Lux que nobis oſtendit ſanos nos debet inuenire: Hoc agit modo fides. Hoc er-go modo diximus: Et ſalutare tuum da nobis. Da no-bis chriſtum tuum: nouerimus chriſtum tuum: videamus chriſtum tuum: Non quomodo illum viderunt iudei et cru-
R. cifixerunt: ſed quomodo illum vident angeli et gaudent. [Audiam quid loquatur in me dominus deus.] Pro-pheta dixit. Loquebatur in illo deus intus: et mundus fa-ciebat illi ſtrepitum foris. Cohibens ergo aliquantum a ſtrepitu mundi: et auertens ſe ad ſe: et a ſe in illum cuius vocem audiebat interius: quaſi obturans aures contra tu-
Sap. 9. multuantem vite humane inquietudinem: et contra animam corpore quod corrumpitur aggrauatam: et ſenſum terrena inhabitatione deprimentem multa cogitantem: et ait: Au-diam quid loquatur in me dominus deus. Et audiuit. Quid? [Quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. Et ſuper ſanctos ſuos.] Vox ergo chriſti: vox ergo dei pax eſt: ad pacem vocat. Eia dicit quicunque nondum eſtis in pace: amate pacem. Quid enim vobis melius de me-

inuenire poteſtis quam pacem? Pax quid eſt? Vbi nullum bel-lum eſt. Quid eſt vbi nullum bellum eſt? Vbi nulla contra-dictio: vbi nihil reſiſtit: nihil aduerſum eſt. Videte ſi iam ibi ſumus: videte ſi iam non eſt conflictus cum diabolo: videte ſi non omnes ſancti et fideles cum principe demoniorum luctantur. Et quomodo cum illo luctantur quem non vi-dent? Luctantur cum concupiſcentijs ſuis: quibus ille ſug-gerit peccata: et non conſentiendo quod ſuggerit: et ſi non vincunt tamen pugnant. Nondum eſt ergo pax vbi pugna eſt. Aut date mihi hominem qui nihil temptationis pati-tur in carne ſua: et poſſit mihi dicere: quia iā pax eſt. Nihil quidem temptationis forte patitur in illicitis voluptati-bus: ſaltem ſuggeſtiones ipſas patitur: vel ſuggeritur illi quod reſpuit: vel delectat vnde contineat. Sed ecce iam nihil delectat illicitum: vel contra famem et ſitim pugnat quotidie. Quis enim iuſtus hinc alien⁹? Pugnat ergo quo-tidie fames et ſitis: pugnat contra nos laſſitudo carnis: pugnat delectatio ſomni: pugnat oppreſſio. Vigilare vo-lumus: dormitamus: ieiunare volumus eſurimus et ſiti-mus: ſtare volumus defatigamur: querimus ſedere: Si et hoc diu facimus: deficimus. Quicquid nobis prouiderimus ad refectionem: illic rurſus inueniemus defectionem. Eſuris dicit tibi aliquis: Reſpondes: Eſurio. Ponit ante te cibum: Ad refectionem poſuerat: perſeuera in eo quod poſuit. Certe reficere te volebas: hoc age ſemper: Hoc agē-do in eo quod adhibueras ad refectionem: ibi inuenies laſ-ſitudinem. Multum ſedendo fatigatus eras: ſurgis deam-bulando reficeris. Perſeuera in eo quod reficeris: multum deambulando laſſaris: ſedere iterum queris. Inueni ali-quid mihi vnde te reficias: vbi ſi perſeueraueris iterum non deficias? Qualis eſt ergo iſta pax: quam hic habent homines tantis reſiſtentibus moleſtijs: cupiditatibus: in-digentijs: laſſitudinibus? Non eſt iſta vera: non eſt perfe-
cta pax. Que erit perfecta pax? Oportet corruptibile hoc Z
induere incorruptionem: et mortale hoc induere immor- 1. Corin. 15.
talitatem: Tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors aculeus tuus? Vbi eſt mors contentio tua? Vbi enim adhuc mortalitas: quomodo eſt plena pax? Etenim de morte venit laſſitudo iſta quam in-uenimus in omnibus refectionibus noſtris. De morte eſt: quia corpus mortale portamus: quod quidem mortuum dicit apoſtolus et ante anime reſolutionem. Corpus qui-
dem mortuū eſt propter peccatū. Nam ſi perſeueraue- Roma. 8
ris in eo quod reficis: etiam morieris. Perſeuera in mul-tum manducando: ipſa res te interficiet. Perſeuera in multum ieiunando: inde morieris. Sede ſemper vt nolis ſurgere: morieris inde. Ambula ſemper vt nolis quieſce-re: morieris inde. Vigila ſemper vt nolis dormire: morie-
ris inde. Dormi ſemper vt nolis vigilare: morieris inde. 1. Corin. 15.
Quando autem abſumpta fuerit mors in victoria: non erunt iſta: et erit pax plena et eterna. Erimus in quadam ciuitate fratres: quando de illa loquor: finire nolo: et ma-xime quando ſcandala crebreſcunt. Quis non deſideret illam pacem: vnde amicus non exit: quo inimicus non in-trat: vbi nullus temptator eſt: nullus ſeditioſus: nullus di-uidens populum dei: nullus fatigans eccleſiam in mini-
ſterio diaboli: quando ipſe princeps ipſorum mittitur in Mat. 25.
ignem eternum: et hi cum illo quicunque illi conſentiunt: et recedere ab eo nolunt? Erit ergo pax purgata in filijs dei omnibus amantibus et ſe videntibus plenos deo: cum erit deus omnia in omnibus. Communem pacem ſpectaculum
habebimus deum: communem poſſeſſionem habebimus 1. Corin. 15.
deum: communem pacem habebimus deum. Quicquid enim eſt quod modo nobis dat: ipſe nobis erit: pro omnib⁹ que dat: Ipſe erit perfecta et plena pax. Hanc loquitur in plebē ſuā. Hanc volebat audire ille qui ait: Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam: Et ſuper ſanctos ſuos: [Et in eos qui † conuertunt
cor ad ipſum.] Eia fratres: vultis vt ad vos pertineat ipſa Al. † conuer
pax quam loquitur deus? Conuertite cor ad ipſum: non ad tūt ad cor.
me aut ad illum aut ad illum: aut ad quēcunque hominem. Quiſ-quis enim homo voluerit conuertere ad ſe corda hominū: ca-dit cum ipſis. Quid eſt melius vt cadas cum illo ad quē cō-

uerteris: an

uerteris.an vt ſtes cum illo cum quo conuerteris? Gaudiũ
noſtrum:pax noſtra:requies noſtra: finis omniũ moleſtia-
rum:non eſt niſi deus.Beati qui conuertunt coꝛ ad ipſum.
M [Verũtamen ꝓpe timentes eum ſalutare ipſius.] Erãt
quidam qui iam timebant eum in gente iudeoꝝ.Per oẽm
terram vbiq; idola colebantur:demonia timebãtur nõ de⁹.
In illa gente timebatur deus. Sed propter quid timeba-
tur? In veteri teſtamẽto timebatur:ne daret illos in capti
uitatem:ne tolleret illis terram: ne grandine contunderet
vites ipſoꝛum: ne faceret ſteriles vxores eoꝛum: ne aufer-
ret ab eis filios ipſoꝛum.Hec eñ carnalia pꝛomiſſa dei tene
bant adhuc parue anime:⁊ propter hec timebãt deus. Sz
ꝓpe illis erat:qui vel propter hec ipſum timebant. Ter-
ram petebat paganus a diabolo: terram petebat iudeus a
deo.Unum erat quod petebant: ſed non vnus a quo pete-
bant. Petebat iſte quod paganus petebat: diſcernebatur
tamen a pagano:quia ab illo iſta petebat qui omnia fece-
rat:et ꝓpe illis erat deus magis q̃ gentibus ꝓpe erãt:
Tamen reſpexit ⁊ eos qui longe erant:et eos quippe erãt:
Ephe. 2. ſicut dicit apoſtolus: Et veniens euangelizauit pacem his
qui erãt longe:et pacem his qui ꝓpe.Quos dixit q̃ erãt
ꝓpe? Iudeos qui vnum deum colebant: Quos dixit qui
erant longe? Gentes qui dimiſerant deum a quo facti erãt:
et colebant illa que ipſi fecerant. Non enim regionibus lõ-
ge eſt quiſq; a deo: ſed affectibus. Amas deum: ꝓpe es:
odiſti deum longe es:Uno loco ſtans: ⁊ ꝓpe es:⁊ lõge es.
Ergo ſtagens reſpexit iſte ꝓpheta: q̃q̃ generalem vidit
miſericoꝛdiam dei ſuper omnes: tamen aliquid ſpeciale et
ꝓpꝛium vidit in gente iudea:et ait: Audiam quid loqua-
tur in me domin⁹ deus:quoniam loquetur pacem in plebẽ
ſuam.Et plebs ipſius non iudea ſola erit: ſed de omnibus
gentibus colligetur: quia ſuper ſanctos ſuos loquetur pa-
cem:⁊ in eos qui conuertunt coꝛ ad ipſum: ⁊ omnes qui cõ-
uerſuri ſunt coꝛ ad ipſum de omni oꝛbe terrarum: Uerũtã
men ꝓpe timẽtes eum ſalutare ipſius: [Ut inhabitet glo
ria in terra noſtra.] Id eſt in ea terra in qua natus erat ꝓ
pheta:vt inhabitet gloria maioꝛ: quia inde cepit pꝛedicare
chꝛiſtus: Inde apoſtoli: et illuc pꝛimo miſſi:inde ꝓphete:
Ibi pꝛimũ templum:ibi ſacrificabatur deo:ibi patriarche:
ibi ipſe etiã venit de ſemine abꝛahe:ibi manifeſtatus eſt chꝛi
ſtus:ibi apparuit chꝛiſtus. Inde enim virgo maria que pe-
perit chꝛiſtum:ibi ambulauit pedibus ſuis: ibi mirabilia fe
cit:Poſtremo tantũ honoꝛẽ illi gẽti detulit: vt cum eum in-
terpellaret quedam mulier chananea ſalutem querens fi-
Mat. 15. lie ſue:diceret ei: Non ſum miſſus niſi ad oues que perie-
rant domus iſrael.Hoc ergo videns ꝓpheta:ait:Uerũtã
men ꝓpe timentes eum ſalutare ipſius:vt inhabitet glo-
N ria in terra noſtra. [Miſericoꝛdia et veritas † occurrerunt
Al † obuia- ſibi.] Ueritas in terra noſtra ex perſona iudeoꝛum:miſeri-
uerunt coꝛdia in terra gentium. Ueritas enim vbi? Ubi erant elo-
quia dei. Miſericoꝛdia vbi? In illis qui dimiſerant deum
ſuum et conuerterant ſe ad demonia. Nunquid et ipſos de-
ſpexit? Quomodo ſi diceret: Uoca ⁊ iſtos longe fugitiuos:
qui multum a me receſſerunt voca: inuenient me querentẽ
Al † nõ hz ſe:quia ipſi nolebant querere me. Ergo miſericoꝛdia et ve
ritas occurrerunt ſibi. [Iuſtitia et pax oſculate ſunt † ſe.]
Fac iuſtitiam et habebis pacem:vt oſculentur ſe iuſtitia et
pax.Si enim non amaueris iuſtitiam:pacem non habebis.
Amant enim ſe duo iſta: iuſtitia ⁊ pax:⁊ oſculantur ſe: vt q̃
fecerit iuſtitiam:inueniat pacem oſculãtem iuſtitiam. Due
amice ſunt:tu foꝛte vnam vis: ⁊ alteram non facis. Nemo
eſt enim qui non vult pacem:ſed non omnes volunt opera
ri iuſtitiam. Interroga omnes homines:Uultis pacẽ? Uno
oꝛe tibi reſpondet totum genus hominũ: opto:cupio:volo:
amo.Ama et iuſtitiam:quia due amice ſunt iuſtitia et pax.
Iuſtitia ⁊ pax:ipſe ſe oſculantur.Si amicam pacis nõ ama
ueris:non te amabit ipſa pax:nec veniet ad te. Quid enim
magnum eſt deſiderare pacem? Quiuis malus deſiderat
pacem.Bona enim res eſt pax. Sed fac iuſtitiam: quia iu-
ſtitia ⁊ pax ſe oſculantur:non litigant. Tu quare litigas cũ
Exod. 20. iuſtitia? Ecce iuſtitia dicit tibi: Ne fureris:⁊ non audis. Ne
Math. 7 adulteres:et non vis audire: Non facias alteri quod tu pa
ti non vis:non dicas alteri quod et tibi dici non vis: Inimi

cus es amice mee: dicit tibi pax: Quid me queris? Amica
ſum iuſtitie. Quemcũq; inuenero inimicum amice mee:nõ
ad illum accedo.Uis ergo venire ad pacem? Fac iuſtitiam.
Ideo alius pſalmus dicit tibi: Declina a malo ⁊ fac bonũ: Ps. 36
hoc eſt ama iuſtitiam Et cum iam declinaueris a malo: et
feceris bonum:quere pacem ⁊ perſequere eam. Iam enim
non diu illam queres:quia ⁊ ipſa occurret tibi:vt oſculetur
iuſtitiam. [Ueritas de terra oꝛta eſt:et iuſtitia de celo ꝓ- O
ſpexit.] Ueritas de terra oꝛta eſt:chꝛiſtus de femina natus
eſt. Ueritas de terra oꝛta eſt: filius dei de carne proceſſit.
Quid eſt veritas? Filius dei. Quid eſt terra? Caro. Inter-
roga vnde natus eſt chꝛiſtus: et vides quia veritas de ter-
ra oꝛta eſt. Sed hec veritas que oꝛta eſt de terra: erat an-
te terram:⁊ per ipſum factum eſt celum ⁊ terra. Sed vt iu
ſtitia de celo pꝛoſpiceret: id eſt vt iuſtificarentur homines
diuina gratia: veritas nata eſt de maria virgine: vt poſſit
pꝛo illis iuſtificandis offerri ſacrificium: ſacrificium paſſio-
nis:ſacrificium crucis: Et vnde offerret ſacrificium ꝓ pec-
catis noſtris niſi moꝛeretur? Unde aũt moꝛeretur: niſi a no-
bis acciperet vbi moꝛeret? Id eſt niſi a nobis ſumeret car
nem moꝛtalem:chꝛiſtus moꝛi non poſſet:quia verbum non
moꝛitur:diuinitas non moꝛitur:virtus ⁊ ſapientia dei non
moꝛitur.Quomodo ergo offerret ſacrificiũ: victimã ſaluta
rem ſi nõ moꝛeretur? Quõ aũt moꝛeretur niſi carnẽ indue-
ret? Quomõ carnem indueret niſi veritas de terra oꝛiret?
[Ueritas de terra oꝛta eſt:⁊ iuſtitia de celo ꝓſpexit.] Poſ- P
ſumus hinc dicere alterum ſenſum: Ueritas de terra oꝛta de pe. di. 1.
eſt:confeſſio ab homine. Homo eñ peccatoꝛ eras. O terra: gr̃a dei
qui quãdo peccaſti audiſti: Terra es ⁊ in terrã ibis. Oꝛia- Gen. 3.
tur de te veritas: vt reſpiciat de celo iuſtitia. Quomõ er-
go oꝛietur a te veritas cum tu peccatoꝛ ſis:cũ tu iniqu⁹ ſis?
Confitere peccata tua:⁊ oꝛiet de te veritas. Si eñ cũ ſis
iniquus:dicis te iuſtuz quõ a te oꝛietur veritas? Si aũt cũ
ſis iniqu⁹ dicis te iniquũ: veritas de terra oꝛta eſt. Intẽde
illum publicanũ longe a phariſeo in templo oꝛantem: qui
neq; oculos ad celum audebat leuare:ſed percutiebat pe-
ctus ſuum dicens:Domine ꝓpitius eſto mihi peccatoꝛi. Ec Luce. 18.
ce veritas de terra oꝛta eſt:quia confeſſio peccatoꝝ ab ho-
mine facta eſt.Quid ergo ſequitur? Amen dico vobis: quia Ibidem
deſcendit iuſtificatus publican⁹ ille magis q̃ ille phariſe⁹:
Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur:⁊ qui ſe humiliat
exaltabitur. Oꝛta eſt veritas de terra in cõfeſſione pecca-
toꝝ:⁊ iuſtitia de celo ꝓſpexit: vt deſcenderet iuſtificat⁹ pu
blican⁹ ille magis q̃ ille phariſeus. Nam vt noueritis:q2 ve
ritas pertinet ad confeſſionem peccatoꝛum: ait Joannes 1. Joan. 1.
euangeliſta: Si dixerimus quia peccatum non habemus:
noſipſos ſeducimus ⁊ veritas in nobis non eſt. Quomodo
ergo veritas de terra oꝛietur:⁊ iuſtitia de celo pꝛoſpiciet?
Audi illum ſequentem ⁊ dicentem. Si confiteamur pecca Ibidem
ta noſtra:fidelis eſt et iuſtus et remittat nobis peccata: ⁊
purget nos ab omni iniquitate. Ueritas ergo de terra oꝛ-
ta eſt:⁊ iuſtitia de celo pꝛoſpexit. Que iuſtitia de celo ꝓſpe
xit? Tanq̃ dei dicentis: parcamus huic homini: quia ipſe
ſibi non pepercit: Ignoſcamus:quia ipſe agnoſcit. Conuer
ſus eſt ad puniendum peccatum ſuum:conuertar ⁊ ego ad
eum liberandum. Ueritas de terra oꝛta eſt:⁊ iuſtitia de ce
lo pꝛoſpexit. [Etenim dominus dabit † ſuauitatem:⁊ terra Q
noſtra dabit fructum ſuum.] Unus verſus reſtat: peto vt Al † beni
ſine tedio ſit quod dicturus ſum. Attendite rem neceſſariã gnitatem
fratres mei:attendite:percipite:ferte vobiſcum: et non ſit
inane ſemen dei in coꝛdibus veſtris. Ueritas inquit de ter
ra oꝛta eſt:confeſſio peccatoꝛum ab homine: et iuſtitia de
celo pꝛoſpexit: id eſt a domino deo data eſt iuſtificatio con
fitenti: vt ipſe agnoſcat impius: pium ſe fieri non poſſe:
niſi ille fecerit cui confitetur: credendo in eum qui iuſtifi
cat impium. Tua ergo peccata potes habere: fructum Roma. 4.
boni non potes habere niſi ille dederit cui ꝯfiteris. Ideo
cum dixiſſet: Ueritas de terra oꝛta eſt: et iuſtitia de celo
pꝛoſpexit:tanq̃ diceretur ei:quid eſt quod dixiſti: iuſtitia
de celo pꝛoſpexit: Etenim dominus inquit dabit ſuaui-
tatem: et terra noſtra dabit fructum ſuum. Nos ergo re-
ſpiciamus nos: et ſi nihil in nobis inuenerimus niſi pec-
cata: oderimus peccata: et deſideremus iuſtitiam. Cum

enim ceperimus odiſſe peccata:iam ipſum odium peccato
rum:ſimiles nos incipit facere deo:quia hoc odimus quod
odit et deus. Cum ergo ceperis odiſſe peccata et confiteri
deo:cum te delectationes illicite rapiunt:ꝛ ducūt te ad ea
que tibi nō proſunt:ingemiſce ad deum:ꝛ confitens illi pec
cata tua:mereberis ab illo delectationem : ꝛ ſuauitatem
iuſtitie faciendi dabit tibi vt incipiat te delectare iuſtitia:
quē primo delectabat iniq̄tas:vt q̄ p̄mo gaudebas in ebrie
tate:gaudeas in ſobrietate: Et qui p̄mo gaudebas de fur
tis vt tolleres homini quod non habebas:queras donare
non habenti quod habebas. Et quem delectabat rapere:
delectet donare:quem delectabat expectare:delectet ora
re:quem delectabant cantica nugatoria ꝛ adulterina:dele
ctet hymnū dicere deo:currere ad eccleſiā qui primo cur
rebas ad theatrū. Vñ nata eſt iſta ſuauitas:niſi quia domi
nus dabit ſuauitatem:et terra noſtra dabit fructuꝫ ſuum?
Ecce enī videte quod dico. Ecce locuti ſumus vobis verbū
dei:ſemen ſparſimus deuotis cordibus:tanq̄ ſulcata inue
nientes pectora veſtra aratro confeſſionis:deuotione ꝛ in
tentione ſuſcepiſtis ſemen: Cogitate de verbo quod audi
ſtis:tanq̄ glebas frangentes: ne ſemen rapiant volatilia:
vt poſſit ibi germinare quod ſeminatum eſt. Et niſi deus
plueris:quid prodeſt quod ſeminatur? Hoc eſt:dominus da
bit ſuauitatem:ꝛ terra noſtra dabit fructum ſuuꝫ. Ille enī
viſitationibus ſuis in ocio: in negocio:in domo:in lecto: in
cōuiuio:in collocatione:in deambulatiōe viſitet veſtra cor
da vbi nos non ſumus. Veniat imber dei:et fructificet qđ
ibi ſeminatum eſt: Et vbi non ſumus nos ꝛ ſecuri quieſci
mus:aut aliud agimus:deus det incrementum ſeminibus
que ſparſim⁹:vt attendentes poſtea bonos mores veſtros
B etiam de fructu gaudeamus. Quoniam domin⁹ dabit ſua
Al†ambu uitatem:et terra noſtra dabit fructum ſuum. ⌊Iuſtitia an
labit. te eum †preibit:ꝛ ponet invia greſſus ſuos.⌋ Iuſtitia illa
eſt que eſt in cōfeſſione peccatorum: Veritas enim iꝑa eſt.
Iuſtus enim debes eſſe in te:vt punias te: Ipſa prima eſt
hominis iuſtitia vt punias te malum:et faciat te deus bo
num: Quia ergo ipſa eſt prima hominis iuſtitia:ipſa fit via
deo:vt veniat ad te deus: Ibi illi fac viam in confeſſiōe pec
catorum. Ideo ꝛ ioannes cum baptizaret in aqua peniten
tie:ꝛ vellet ad ſe venire penitentes de ſuis prioribus factiꝭ:
Matth.3. dicebat hoc: Parate viam domino:rectas facite ſemitas
eius. Placebas tibi in peccatis tuis o homo:diſpliceat tibi
quod eras:vt poſſis eſſe quod non eras. Parate viam do
mino: Precedat iſta iuſtitia vt confitearis peccata: Veniet
ille ꝛ viſitabit te:quia ponet in via greſſus ſuos. Eſt enim
iam vbi ponat greſſus ſuos.eſt vbi ad te veniat. Ante autē
q̄ confitereris peccata: intercluſeras ad te viam dei: non
erat qua ad te veniret. Confitere vitam: ꝛ aperi viam: et
veniet chriſtus:et ponet in via greſſus ſuos:vt te informet
veſtigijs ſuis.

¶ Explicit tractatus de pš.lxxxiiij.
¶ Incipit Tractatus de ps.lxxxv.

A Nullum maius donū preſtare deus poſſet hominib⁹:
q̄ vt verbum ſuum per quod condidit omnia faceret
illis caput:ꝛ illos ei tanq̄ membra coaptaret: vt eſſet fili⁹
dei ꝛ filius hominis:ꝛ vnus deus cum patre:vnus hō cum
hominib⁹: Ut ꝛ quādo loquimur ad deum dep̄cantes: non
inde filium ſeparemus:ꝛ quando precamur corpus filij: nō
a ſe ſeparet caput ſuū: ſitq̄ vnus ipſe ſaluator corporis ſui
dñs noſter ieſus xp̄s fili⁹ dei:qui et oret ꝑ nobis: et oret in
nobis:ꝛ oretur a nobis. Orat pro nobis:vt ſacerdos noſter:
Orat in nobis vt caput noſtrū. Oratur a nobis:vt deus no
ſter. Agnoſcamus ergo ꝛ in illo voces noſtras:ꝛ voces eius
in nobis. Neq̄ cum aliquid dicit̄ de dño noſtro ieſu chriſto
maxime i pphetia qđ ꝑtineat velut ad quādam humilitatē
indignam deo: dubitemus illi eam tribuere qui nō dubita
uit ſe nobis adiungere. Ei quippe ſeruit vniuerſa creatu
ra:quia per ipm facta eſt vniuerſa creatura. Et propterea
cum eius ſublimitatem diuinitatēq̄ intuemur:quādo audi
Joan.1. mus: In principio erat verbū:ꝛ verbum erat apud deum:et
deus erat verbū: hoc erat in principio apud deum: omnia ꝑ
ipſum facta ſunt:ꝛ ſine ipſo factum eſt nihil:intuentes hāc
excelſam ꝛ ſupeminentiſſimā ꝛ excedentē oīa creaturarum
ſublimia diuinitatē filij dei: Audimus etiā in aliqua parte
ſcripturarū velut gementē:orantē: ꝯfitentē: ꝛ dubitamus
ei tribuere verba hec: et eo q̄ cogitatio noſtra de recēti eī⁹
ꝯtemplatione q̄ erat in diuinitate:pigreſcit deſcendere ad
eius humilitatē:ꝛ tanq̄ faciat illi iniuriā: ſi eius vba in ho
mine agnoſcat: ad quē verba dirigebat:cum deū depreca
retur. Heret plerūq̄ ꝛ conatur mutare ſententiā: ꝛ non ei
occurrit in ſcriptura:niſi q̄ ad ipm recurrat:ꝛ ab illo deuia
re nō ſinat. Expgiſcatur ḡ ꝛ euigilet in fide ſua:ꝛ videat q̄
ille quē ꝯtemplabat̄ pauloante in forma dei:formā ſerui ac Phil.2.
cepit:in ſimilitudine hominū factus:ꝛ habitu inuentus vt
hō:humiliauit ſe factus obediens vſq̄ ad mortē. Et verba
pſalmi voluit eſſe ſua in cruce pendēs ꝛ dicens: Deus me⁹ Pš.21.
deus meus:vt q̄d me dereliq̄ſti? Oratur ergo in forma dei:
orat in forma ſerui: Ibi creator:hic creatus: Creaturā mu
tandā nō mutatus aſſumēs:ꝛ ſecū nos faciens vnū hominē:
caput ꝛ corpus. Oramus ergo ad illū:per illū:in illo:ꝛ dici B
mus cū illo:ꝛ dicit nobiſcum. Cum dicim⁹ in illo:dicit in no
bis pſalmi hui⁹ orationē: Qui intitulat̄: ⌊Oratio dauid:⌋ ꝑ
quia dñs noſter ſm carnē filius dauid: ſm vero diuinitatē
dñs dauid:ꝛ creator dauid. Et nō ſolū ante dauid:ſed ante
abraam:ex quo dauid:ſed ꝛ ante adā:ex quo gēs homo: ſꝫ
ꝛ ante celū ꝛ terrā:in q̄ oīs creatura eſt. Nemo ḡ cū audit
hec vba:dicat:nō xp̄s dicit:aut rurſus dicat:non ego dico:
immo ſi ſe in chriſti corpore agnoſcat: vtrūq̄ dicat; ꝛ chriſt⁹
dicit:ꝛ ego dico. Non potes aliq̄d dicere ſine illo:ꝛ dicit ali
quid ſine te. Nōne habemus in euāgelio vbi certe ſcriptum
eſt: In principio erat verbum:ꝛ verbum erat apud deum:et Joan.1.
deus erat verbum:oīa per ipm facta ſunt? Ibi certe habe Mat. 26.
mus: Et contriſtatus eſt ieſus:ꝛ fatigatus eſt ieſus:et dor Joan. 4
miuit ieſus:ꝛ eſuriuit ꝛ ſitiuit ieſus:ꝛ orauit ꝛ pernoctauit Matth. 8
in orando ieſus. Pernoctabat inquit ieſus ꝛ ſtabat in oran Luce. 22
do:et globi ſanguinis decurrebant:per corpus eius. Quid
oſtendebat quando per corpus orantis globi ſanguinis di
ſtillabant:niſi quia corpus eius quod eſt eccleſia: martyrū
iam ſanguine deſluebat?

¶ Expoſitio pſalmi.

Inclina domine aurem tuam et exaudi me.⌋ Ille ex C
forma ſerui dicit:tu ſerue in forma domini tui: Incli
na domine aurem tuam. Inclinat aurē ſi tu non erigis cer
uicem. Humiliato enī approp̄inquat:ab exaltato longe di
ſcedit:niſi quē ipſe humiliatum exaltauerit. Inclinet ergo
domin⁹ aurem ſuam ad nos. Ille enī ſurſum eſt:nos deor
ſum. Ille in altitudine: nos in humilitate: ſed non relicti.
Oſtendit enim dilectionem ſuam deus in nobis. Etenī cū
adhuc peccatores eſſemus:xp̄s pro nobis mortuus eſt. Ut Roma.5
enim inquit pro iuſto quis moritur? Nam pro bono forſitan
quis audeat mori? Dominus autem noſter pro impijs mor
tuus eſt. Neq̄ enim merita noſtra precefferant pro quibus
filius dei moreretur:ſed magis quia nulla erāt merita:ma
gna erat miſericordia. Quā certa ergo q̄ firma ꝓmiſſione
ſeruat iuſtis vitam ſuam:qui donauit iniuſtis mortē ſuam.
Inclina domine aurem tuam ꝛ exaudi me. ⌊Quoniā †ege D
nus ꝛ inops ego ſum.⌋ Ergo non inclinat aurem ad diui Al†inops
tem:ſed ad inopem ꝛ egenū inclinat aurem:id eſt ad humi et pauper
lem ꝛ ad ꝯfitentem:ad indigentē miſericordia non ad ſatu
ratum ꝛ extollentem ſe ꝛ iactantem ſe:quaſi nihil ei deſit:
ꝛ dicentē: Gratias tibi:quia non ſum ſicut publicanus iſte.
Diues enī phariſeus iactabat merita ſua: inops publican⁹ Luce.18.
confitebatur peccata ſua. Nec ſic accipiatis fratres quod
dixi:ad diuitem nō inclinat aurem ſuam:tanq̄ nō exaudiat
deus eos qui habent aurum ꝛ argentum: ꝛ familiam ꝛ fun
dos:ſi ſic forte nati ſunt:aut cum locū rerum humanarum
tenent:tantū meminerint quod ait apoſtolus: Precipe diui 1.Timo.6.
tibus huius mūdi nō ſupbe ſapere. Qui enī nō ſuperbe ſa
piunt:in deo campes ſunt: Et pauperib⁹ atq̄ inopib⁹ ꝛ ege
nis inclinat aurem ſuā. Norit enī ſpem ſuam non eſſe in au
ro ꝛ argento:neq̄ in illis rebus q̄bus ad tempus circūflue
re videntur. Sufficit vt diuitie nō illos perdant:vt non ob
ſint ſatis eſt:nam ꝓdeſſe nihil poſſunt. Plane prodeſt op⁹
miſericordie ꝛ in diuite ꝛ in paupere: In diuite ex volun
tate ꝛ opere:

tate ⁊ opere: in paupere ex ſola voluntate. Cum ergo talis
eſt contemnens in ſe quicquid eſt vnde ſupbia ſolet inflare:
paup dei eſt: inclinat illi aurem ſuã: nouit em̃ contribulatũ
cor eius. Certe fratres ille pauper ante ianuam diuitis vl-
Luce.16. ceroſus qui iacebat: ab angelis ablatus eſt in ſinũ abrae:
ſic legimus: ſic credimus. Diues aũt ille qui induebat pur-
pura ⁊ byſſo: ⁊ epulabatur quotidie ſplendide: ablatus eſt
ad inferos ad tormenta. Nũquid vere ille pauper merito
illius inopie ablatus eſt ab angelis: diues aũt ille pctõ di-
uitiarum ſuarũ ad tormẽta miſſus eſt? In illo paupere hu-
militas intelligitur honorificata: in illo diuite ſupbia dam-
E ta. Breuiter pbo: q: nõ diuitie: ſed ſupbia in illo diuite cru-
Luce.16. ciabatur. Certe ille paup in ſinũ abrae ſublatus eſt. De ipſo
abraã dicit ſcriptura: q: habebat hic plurimũ auri ⁊ argen-
ti: ⁊ diues fuit in terra. Si quis diues eſt ad tormenta rapi-
tur: quõ abraam pceſſerat pauperẽ vt ablatũ in ſinũ ſuum
ſuſciperet? Sed erat abraam in diuitijs paup: humilis: tre-
mens: ⁊ oĩa pcepta obaudiens. Uſq; adeo aũt pro nihilo ha-
Gen.22. bebat illas diuitias: vt iuſſus a dño filium ſuũ immolaret:
cui ſeruabat diuitias. Diſcite ergo eſſe inopes ⁊ pauperes:
ſiue qui habetis aliquid in iſto ſeculo: ſiue qui nõ habetis.
Nam ⁊ hominẽ mendicũ inuenitis ſupbientem: ⁊ hominẽ
ſuperabundantẽ diuitijs inuenitis ꝯfitentem. Reſiſtit de⁹
Jaco.4. ſupbis ⁊ holoſericatis ⁊ pannoſis: humilibus aũt dat gra-
tiam: Et habentibus aliquã ſubſtantiã huius ſeculi: ⁊ non
habentibus: interior inſpector eſt deus. Ibi appendit: ibi
examinat. Staterã dei nõ vides: cogitatio tua in illam le-
uatur. Uidete q: meritũ exauditionis ſue: id eſt quo exau-
diretur in ea poſuit vt diceret: Quoniam egenus et inops
ego ſum. Obſerua ne nõ ſis egenus ⁊ inops: Si nõ fueris
nõ exaudieris. Quicqd eſt circa te vel in te vnde poſſis pre-
ſumere: abijce a te: ⁊ tota preſumptio tua deus ſit: Illius
indigens eſto: vt ipſo implearis. Quicquid em̃ aliud habue-
F ris ſine ipſo latius: inanis eris. ⌊Cuſtodi animam meam
quoniã ſanct⁹ ſum.⌋ Hoc vero: quoniam ſanctus ſum: ne-
ſcio vtrum potuerit forte alius dicere niſi ille qui ſine pecca-
to erat in hoc mundo: peccator omniũ non commiſſor: ſed
dimiſſor. Agnoſcamus vocem dicentis: quoniam ſanct⁹ ſum:
cuſtodi animã meam: vtiq; in illa forma ſerui quã aſſumpſe-
rat. Ibi em̃ caro: ibi et anima. Neq; em̃ vt nõnulli dixerũt:
caro ſola erat ⁊ verbum ſed ⁊ caro ⁊ anima ⁊ verbum: ⁊ to-
tum hoc vnus filius dei: vnus chriſtus vnus ſaluator: in for-
ma dei equalis patri: in forma ſerui caput eccleſie. Ergo quo-
niam ſanctus ſum cum audio: vocem eius agnoſco: ⁊ hic ſe-
paro meam. Certe inſeparabiliter a corpore ſuo loquit cũ
ſic loquitur: ⁊ audebo ego dicere. quoniam ſanctus ſũ? Si
ſanctus tanq̃ ſanctificans: ⁊ nullo ſanctificante indigens:
ſuperbus ⁊ mendax: ſi autem ſanctus ſanctificatus: ſm id
Leuit.19. quod dictum eſt: Sancti eſtote: quoniam ego ſanctus ſũ:
Pſ.60 audeat et corpus chriſti: audeat et vnus ille homo clamãs
a finibus terre cum capite ſuo: et ſub capite ſuo dicere: ſan-
ctus ſum. Accepit em̃ gratiam ſanctitatis: gratiã baptiſmi
⁊ remiſſionis peccatorum. Et hec quidem fuiſtis: ait aplũs:
enumerans multa peccata: ⁊ leuia: ⁊ grauia: ⁊ viſitata: ⁊ hor-
ribilia: Et hec quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis: ſed ſanctifica-
1.Cor.6. ti eſtis. Si ergo ſanctificatos dicit: dicat ⁊ vnuſquiſq; fide-
lium: ſanctus ſum. Non eſt iſta ſuperbia elati: ſed confeſſio
nõ ingrati. Si em̃ dixeris te ſanctum eſſe ex te: ſuperb⁹ es:
Rurſus fidelis in chriſto: ⁊ membrũ chriſti: ſi te non dixe-
ris eſſe ſanctum: ingratus es. Arguens em̃ ſuperbiam apo-
ſtolus: non ait: non habes: ſed ait: quid em̃ habes quod nõ
1.Cor.4. accepiſti? Non arguebaris: quia dicebas te habere qđ non
habebas: ſed quia ex te tibi volebas eſſe qđ habebas. Im-
mo ⁊ habere te agnoſce: ⁊ ex te nihil habere: vt nec ſuper-
bus ſis nec ingratus. Dic deo tuo: ſanctus ſum: quia ſancti-
ficaſti me: quia accepi: nõ quia habui: quia tu dediſti: nõ q:
ego merui. Etem̃ ex alio latere incipis iniuriam facere ipſi
domino noſtro ieſu chriſto. Si em̃ chriſtiani omnes et fide-
les ⁊ baptizati in illo: ipſum induerunt: ſicut apoſtolus di-
Gala.3. cit: Quotquot in chriſto baptizati eſtis: chriſtum indui-
ſtis: ſi membra ſunt facti corporis eius: ⁊ dicunt ſe ſanctos
non eſſe: capiti ipſi faciunt iniuriam: cuius membra ſancta
nõ ſunt. Jam vide vbi ſis: et de capite tuo dignitatem ca-

pe. Etenim eratis aliquando tenebre: nũc autem lux in do- Ephe.5.
mino: Fuiſtis aliquãdo inquit tenebre: ſed nũquid tenebre
remanſiſtis? Ad hoc illuminator venit vt ⁊ tenebre remane-
retis: an vt in illo lux fieretis? Ergo dicat ⁊ vnuſquiſq; chri-
ſtianus: immo dicat totum corpus chriſti: clamet vbiq; pa-
tiens tribulationes: diuerſas tentationes ⁊ ſcandala innu-
merabilia: dicat: Cuſtodi animam meam quoniam ſanctus
ſum. ⌊Saluũ fac ſeruũ tuum deus meus ſperãtem in te.⌋ G
Ecce ille ſanctus non eſt ſuperbus: quia ſperat in domino.
⌊Miſerere † mihi domie quoniã ad te clamaui tota die.⌋ Als † mei.
Non vna die: Tota die: omni tempore itellige: Ex quo cor-
pus chriſti gemit in pſſuris vſq; in finem ſeculi quo trãſeũt
preſſure: gemit iſte homo ⁊ clamat ad deum: Et vnuſqſq;
ſtrum pro portione habet clamorem ſuũ in toto iſto corpo-
re. Clamaſti tu diebus tuis: ⁊ tranſierunt dies tui: Succeſ-
ſit tibi alius: ⁊ clamauit diebus ſuis: ⁊ tu hic: ille alibi. Cor-
pus chriſti tota die clamat ſibi decedentibus ⁊ ſuccedenti-
bus membris. Unus homo vſq; ad finem ſeculi extenditur.
Eadem membra chriſti clamant: ⁊ quedam membra iam in
illo requieſcunt: quedam modo clamant: quedam vero cũ
ipſi nos requieuerimus clamabunt: ⁊ poſt illa alia clama-
bunt. Totius corporis chriſti hic attendit vocem dicentis:
Ad te clamaui tota die. Caput autem noſtrum ad dexterã Roma.8.
patris interpellat pro nobis. Alia membra recipit: alia fla-
gellat: alia mundat: alia conſolatur: alia creat: alia vocat: H
alia reuocat: alia corrigit: alia reintegrat. ⌊† Jocunda ani- Als † Leti
mam ſerui tui: quoniam ad te domine animam meam leua- fica.
ui.⌋ Jocunda eam: quia ad te leuaui eam. In terra enim
erat: et in terra amaritudinem ſentiebat: Nec in amaritu-
dine contabeſceret: ne omnem tue gratie ſuauitatem amit-
teret: Leuaui eam ad te: iocunda eam apud te. Solus em̃
tu es iocunditas: amaritudine plenus eſt mundus. Certe
recte admonet membra ſua: vt ſurſum corda habeant. Au-
diant ergo ⁊ faciant: leuent ad celum quod male eſt in ter-
ra. Ibi enim non putreſcit cor: ſi leuetur ad deum. Frumẽ-
tum ſi haberes in inferioribus: ne putreſceret leuares ad ſu-
periora: Frumento tuo queris mutare locum: et cor per-
mittis in terra putreſcere? Frumentum leuares in ſuperio-
ra: cor leua in celum. Et vnde inquis poſſum? Qui funes:
que machine: que ſcale opus ſunt? Gradus effectus ſunt:
iter tuum voluntas tua eſt. Amando aſcendis: negligendo
deſcendis. Stans in terra: in celo es ſi diligas deum. Non
enim ſic leuatur cor: quomodo leuatur corpus. Corpus vt le-
uetur locum mutat: cor vt eleuetur voluntatẽ mutat. Quo-
niam ad te domine animam meam leuaui. ⌊† Quia tu do- I
mine ſuauis es † ac mitis:⌋ Ideo iocunda. Tanq̃ tedio af- Al † Quo-
fectus ex amaritudine terrenorum indulcari voluit: ⁊ queſi- niam † ex
uit fontem dulcedinis: ⁊ in terra non inuenit. Quacũq; em̃ Johel.2.
ſe vertebat: ſcandala: tribulationes: timores: tentationes
inueniebat: In quo homine ſecuritas? De quo certum gau-
dium? Nec de ſeipſo vtiq;: q̃to magis de alio? Aut mali ſunt
⁊ neceſſe eſt eos pati: ſed ſperare: quia mutari poſſunt. Aut
boni ſunt: et ſic eos oportet diligere vt timeamus quia poſ-
ſunt mutari ne mali ſint. Ibi malitia eorum facit amaritu-
dinem anime. hic ſollicitudo et timor ne labatur qui bene
ambulat. Quocũq; ergo cor ſe conuerterit in terrenis re-
bus amaritudinem inuenit: Unde dulceſcat non habet: niſi
leuet ſe ad deum. Quoniã tu domine ſuauis ⁊ mitis. Quid
eſt mitis: Portas me: donec pficias me. Uere enim fratres
mei dicam tanq̃ homo in hominibus: et ex hominibus: Fe-
rat quiſq; cor ſuum: et intueatur ſe ſine adulatione: et ſine
palpatione. Nihil eſt enim ſtultius q̃ ſeipſum quiſq; pal-
pet atq; ſeducat. Attendat ergo et videat quanta aguntur
in corde humano: quemadmodum ipſe plerumq; oratio-
nes impediantur vanis cogitationibus: ita vt vix ſtet cor
ad deum ſuum: et vult ſe tenere vt ſtet: ⁊ quodammodo fu-
git a ſe: nec inuenit cancellos quibus ſe includat: aut obi-
ces quoſdam quibus retineat auolationes ſuas: et vagos
quoſdam motus: ſed ſtet iocundari a deo ſuo. Uix eſt vt oc- K
currat talis oratio inter multas orationes. Diceret vnuſ-
quiſq; ſibi ꝯtingere: et alteri non contingere: niſi inuenire-
mus in ſcripturis dei dauid orantem quodam in loco et di-
centem: Quoniã inueni domine cor meum vt orarẽ ad te. 2.Regũ.7

Inuenire ſe dixit cor ſuum:quaſi ſoleret ab eo fugere:et il-
le ſequi quaſi fugitiuum:⁊ non poſſe comprehendere ⁊ cla-
Pſ.39 mare ad dominū:Quoniam cor meū dereliquit me. Itaqꝫ
fratres mei attendentes quod hic ait: Suauis es tu ⁊ mi-
tis:videor mihi videre hic qḋ ait mitis: Iocūda animā ſer
ui tui:quoniam ad te domine leuaui animā meam:quoniā
tu ſuauis ⁊ mitis es: videor mihi videre ad hoc dixiſſe mi-
tem deum: quia patitur iſta noſtra: ⁊ expectat tamen a no
bis orationem:vt pficiat nos:Et quādo illi eam dederim⁹:
accipit grate ⁊ exaudit:nec meminit tantas quas incondi-
te fundimus:⁊ accipit vnam quā vix inuenimus. Quis enī
eſt fratres mei homo cum quo ſi amicus eius ceperit collo-
qui:⁊ noluerit ille reſpondere collocutioni eius:⁊ viderit eū
auerti a ſe:⁊ aliud loqui ad alium:quis hoc ferat? Aut ſi for
te interpellas iudicem ⁊ cōſtituas eum loco vt te audiat: ⁊
ſubito cum ad eum loquaris:dimittas eū: ⁊ incipias fabu
lari cum amico tuo:quādo te tolerat? Et tolerat de⁹ tot cor
da precantium:⁊ diuerſas res cogitantium:Omitto dicere
⁊ noxias:omitto dicere aliquando puerſas ⁊ inimicas deo:
ipſas ſupfluas cogitare iniuria eſt eius cum quo loqui cepe
ras. Oratio tua locutio eſt ad deum. Quādo legis: deus ti
bi loquitur:quādo oras:cū deo loqueris. Sed quid? Deſpe
randum eſt de genere humano: ⁊ dicendum iam ad dāna-
tionē pertinere omnem hominē cui ſurrepſerit aliqua cogi
tatio orānti:⁊ interrūperit orationē ipſius? Si hoc dixeri-
mus fratres:que ſpes remaneat nō video. Porro quia eſt
aliqua ſpes ad deum:quia magna eſt eius miſericordia:Di
camus ei: Iocūda animā ſerui tui:quoniā ad te dn̄e animā
meam leuaui. Et quō eam leuaui? Quō potui:quō tu vires
dediſti: Quō eam fugiētem apprehendere valui: ⁊ exaudit
tibi? Quia quotienſcūqꝫ ante me ſtetiſti (puta deū dicere)
tanta vana ⁊ ſupflua cogitaſti: ⁊ vix mihi fixam ⁊ ſtabilem
orationem fudiſti. Quia tu ſuauis es dn̄e ac mitis. Mitis
es:tolerans me. Ex egritudine defluo:cura ⁊ ſtabo:Cōfir-
ma ⁊ firmus ero. Donec autem facias:toleras me: quia tu
Al' multe miſcdie ſuauis es dn̄e ⁊ mitis: Et multum miſericors. Non enī
ſolum miſericors. ſꝫ ⁊ multū miſericors. Abundat enī iniq̄-
Z tas noſtra:abundat ⁊ tua miſericordia. Et multum miſeri-
cors es: Omnibus inuocantibus te. Et quid eſt qḋ di-
Prouer. 1. cit multis locis ſcriptura:q̄ inuocabunt:⁊ nō exaudiā eos?
Certe miſericors omnibus inuocantibus ſe:ni ſi quia qdā
Pſ. 52. inuocantes:nō ipſum inuocant: De q̄bus dicitur:Deū non
inuocauerunt. Inuocant:ſed non deum. Inuocas quicq̄d
amas:inuocas quicquid in te vocas:inuocas quicquid vis
vt veniat ad te. Porro ſi deum ppterea inuocas vt veniat
ad te pecunia:vt veniat ad te hereditas:vt veniat ad te ſe
cularis dignitas:illa inuocas que vis vt veniant ad te:ſed
deum tibi adiutorem ponis cupiditatum:non exauditorē
deſideriorum. Deus bonus ſi det quod vis: Quid ſi male
vis? Nonne erit tibi magis nō dando miſericors? Porro ſi
non dederit:iam nihil tibi deus eſt. Et dicis: Quātum ro-
gaui. quā ſepe rogaui:⁊ non ſum exauditus. Quid enim pete
bas? Forte mortem inimici tui. Quid ſi et ille petat tuam?
Qui te creauit ipſe ⁊ illum:homo es: homo eſt ⁊ ille: deus
autem iudex eſt: Audit ambos:ſed nō exaudit ambos. Tri
ſtis es:quia non es exauditus contra illum: gaude q: non
eſt exauditus contra te. Ego inquis nō hoc petebam: non
inimici mei petebam mortem:ſed vitam petebam filii mei.
Quid mali petebam? Nihil mali petebas: ſicut tu ſentie-
Sap. 4. bas: Nam quid ſi ille raptus eſt:ne malitia mutaret intel-
lectum illius? Sed peccator inquis erat :⁊ ideo volebam
eum viuere vt corrigeretur. Tu nolebas eum viuere:
vt melior eſſet:quid ſi deus nouerat ſi viueret peiorem fu-
turum? Unde ergo noſti quid illi prodeſſet: mori an viue-
M re? Si ergo non noſti: redi ad cor tuum:dimitte deo con-
ſilium ſuum. Quid ergo inquis faciam? Quid orem? Quid
orem? Quod te docuit domin⁹:quod te docuit celeſtis ma-
giſter. Inuoca deum tanqꝫ deum:ama deum tanqꝫ deum.
Illo melius nihil eſt: ipm deſidera:ipſum concupiſce. Ui-
Pſ.26 de inuocantem deum in alio pſalmo: Unam petii a domi-
no hanc requiram. Quid eſt quod petit? Ut inhabitem in
domo domini per omnes dies vite mee. Ut quid hoc? Ut
contēpler delectationem domini. Si ergo amator dei eſſe

vis: ſinceriſſimis medullis caſtiſqꝫ ſuſpiriis ipſum dilige:
ipſum ama:illi flagra:illi inhia quo iocūdius nihil inuenis:
quo melius:quo letius:quo diuturnius. Quid enī tam diu-
turnū:qꝫ id quod eſt ſempiternū? Non times ne aliquando
s te pereat:qui facit ne tu pereas? Si ergo tu inuocas deū
tanqꝫ deum:ſecurus eſto:exaudiris: pertines ad iſtum ver
ſum: Et multum miſericors omnib⁹ inuocantibus ⁊c. Noli
ergo dicere: Illud mihi nō dedit. Redi ad cor tuū:⁊ conſci
entiam tuam libra:interroga. parcere illi noli. Si vere deū ×
inuocaſti:certus eſto quia id forte quod volebas tempora
liter:ideo non dedit:quia nō tibi proderat. Edificet in hoc N
cor veſtrum fratres:cor chriſtianū:cor fidele: ne incipiatis
triſtes facti velut fraudati deſideriis veſtris:ire in indi-
gnationem contra deum:⁊ nō expediat aduerſus ſtimulū Actuū.9
calcitrare. Recurrite ad ſcripturas. Exauditur diabolus:
⁊ non exauditur apoſtolus. Quid vobis videtur:quō exau- Matth.8.
ditur demones? Petierunt ſe ire in porcos:⁊ cōceſſum eſt Iob.1.
eis. Quomodo exauditus eſt diabolus? Petiit Iob tentā-
dum:⁊ accepit. Quomodo nō eſt exauditus apoſtolus? In 2. Cor. 12.
magnitudine inquit reuelationū ne extollar: dat⁹ eſt mihi
ſtimulus carnis mee angelus ſathane qui me colaphizet:
propter quod ter dominū rogaui vt auferret eum a me :⁊
dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea:nam virtus in infirmi-
tate perficitur. Exaudiuit eum quē diſponebat dānare: et
non exaudiuit eum quem volebat ſanare. Nam eger petit
multa a medico:non dat medic⁹: nō exaudit ad voluntatē:
vt exaudiat ad ſanitatem. Ergo medicum tuū pone deū:
pete ab illo ſalutem:⁊ ſalus tua ipſe erit: Non quaſi ſalutē
extrinſecus:ſed vt ſalus ipſe ſit: Ne rurſus ameo aliam ſa-
lutē preter ipm:iſꝫ quō habes in pſalmo: Dic aīe mee ſalus Pſ.34
tua ego ſum. Quid ad te:quid tibi dicat vt ſe tibi det? Uis vt
det ſe tibi? Quid ſi qḋ vis habere:non vult ipſe vt habeas:
vt ſe tibi det? Impedimenta remouet:vt intret ad te. Bo- O
na cogitate ⁊ conſiderate fratres que dat deus peccatori-
bus:et hinc intelligite quid ſeruet et ſeruis ſuis. Peccatori
bus blaſphemantibus eum quotidie dat celum et terram:
dat fontes:fructus:ſalutem:filios:copias:vbertatem. Hec
omnia bona non dat niſi deus. Qui talia peccatoribus dat:
quid eum putas ſeruare fidelibus ſuis? Hoc ne de illo ſen-
tiendū eſt:quia qui talia malis dat:nihil ſeruat bonis? Im
mo vero ſeruat:non terram:ſed celum. Uilius forte aliquid
dico cum dico celum:ſed ſeipſum qui fecit celum. Pulchrū
eſt celū:ſed pulchrior eſt fabricator celi. Sed video celum:
⁊ illum nō video. Oculos enim habes ad videndum celū:
cor nondum habes ad videndum fabricatorem celi. Ideo
venit de celo in terram:vt mundet cor quo videatur qui fe-
cit celum ⁊ terram. Sed plane cum patientia ſalutem expe
cta: Quibus te medicamentis curet:ille nouit:q̄bus ſectio-
nibus:q̄bus vſtionibus ille nouit. Tu tibi egritudinem cō
paraſti peccando:ille venit nō ſolum fouere:ſed ⁊ ſecare et
vrere. Non vides quāta homines patiantur ſub medicorū
manibus:ſpem incertam homini promittētes? Sanaberis
dicit medicus:ſanaberis ſi ſecuero: Et homo dicit:⁊ homi-
ni dicit. Nec qui dicit certus eſt:nec qui audit: quia ille di-
cit homini:qui nō fecit hominem:⁊ non perfecte ſcit quid aga
tur in homine: ⁊ tamen ad verba hominis plus neſcientis
quid agatur in homine credit homo:ſubdit membra:ligari
ſe patitur:aut plerūqꝫ etiam non ligatus ſecatur,⁊ vritur:
⁊ accipit forte ſalutem paucorū dierū: iam ſanatus quando
moriatur ignorās: ⁊ fortaſſe dū curatur moritur: ⁊ fortaſſe
curari non poterit. Cui autem promiſit deus aliquid: ⁊ fe-
fellit? Auribus infige dn̄e orationē meā. Manus orantis Al' percipe
affectus. Auribus infige dn̄e orationē meā: id eſt nō exeat
de auribus tuis oratio mea:fige illā ibi in aurib⁹ tuis. Quo-
modo parturiuit vt figeret orationem ſuam in auribus dei?
Reſpondeat deus: et dicat nobis: Uis: figam orationem
tuam in auribus meis? Fige in corde tuo legem meam. Au
ribus infige domine orationem meam. Et intende voci Al' deprecationis.
orationis mee. In die tribulationis mee clamaui ad te Al' quia
quoniam exaudiſti me. Cauſa vt exaudires me:quia in
die tribulationis mee clamaui ad te. Paulo ante dixerat:
tota die clamaui:tota die tribulatus ſum. Nullus ergo chri
ſtianus dicat eſſe diem quo non ſit tribulatus: Totā diem:
totum tempus

totū tēpus intelligim⁹. Tota die tribulat. Quia ergo tribu-
2.Cor.5. latio eſt: ⁊ qſi bene eſt vtiq; tribulatio. Unde tribulatio? Q:
q̄diu in corpore ſumus: peregrinamur a domino. Quodli-
bet hic abūdet: nondū ſumus in illa patria quo redire feſti-
namus. Cui peregrinatio dulcis eſt: non amat patriam. Si
dulcis eſt patria: amara eſt peregrinatio: Si amara eſt pe-
regrinatio: tota die tribulatio. Quando non eſt tribulatio?
Quādo in patria delectatio. Delectationes in dextera tua
Ps̄.15. vſq; in finem. Implebis me leticia ait cum vultu tuo: vt cō-
templer delectationem domini. Ibi tranſiet labor ⁊ gemi-
tus: ibi non oratio: ſed laudatio: ibi alleluia: amē: ibi vox cō-
ſonat cum angelis: ibi viſio ſine defectu: ⁊ amor ſine faſtidio
Quandiu ergo non ibi: videtis quia non in bono: Sed abū-
dant omnia: Abūdent omnia: vide ſi ſecurus es quia nō pe-
reunt omnia. Sed habeo qḋ non habebā: acceſſit pecunia
que non erat. Forte acceſſit ⁊ timor qui non erat: Forte tan-
to ſecurior eras: q̄to pauperior. Poſtremo ſint copie: reddi-
det affluentia huius ſeculi: detur ſecuritas qḋ non pereat:
Dicat deus deſuper: eternus in his eris: eterna tecum erūt
iſta: ſed meam faciem non videbis. Nemo carnem conſulat:
ſpiritum conſulite: Reſpondeat vobis cor veſtrum: reſpon-
deat ſpes: fides: charitas: que in vobis eſſe cepit. Ergo ne ſi
acceperimus ſecuritatem nos in affluentia bonorū ſecularium
ſemper futuros: ⁊ diceret nobis deus: Faciem meam nō vi-
debitis: gauderemus in illis bonis? Eligeret forte aliquis
gaudere: dicere: Abundāt mihi iſta: bene mihi eſt: nihil am-
plius quero: Nondū cepit eſſe amator dei: nondū cepit ſuſ-
pirare tāq̄ peregrinus. Abſit: abſit: Recedant omnia ſedu-
ctoria: recedant blandimenta falſa: recedant ea que nobis
quotidie dicunt: Ubi eſt deus tuus? Effundamus ſuper nos
Ps̄.41. animam noſtram: confiteamur in lachrymis: gemamus in
confeſſionib⁹: in miſeris ſuſpiremus. Quicquid nobis adeſt
preter deū noſtrū: non eſt dulce: Nolum⁹ omnia que dedit:
ſi non dat ſeipſum qui omnia dedit. Auribus infige domine
orationem meam: ⁊ intende voci orationis mee: In die tri-
bulationis mee clamaui ad te: quoniā exaudiſti me. ⌊ Nō
Q. eſt ſimilis † tibi in diis domine. ⌋ Et quid dixit? Non eſt ſi-
Alis † tui. milis tibi in diis domine. Fingant ſibi deos quos volunt pa-
gani: adducant fabros argentarios: aurifices: expolitores:
ſculptores: faciant deos. Quales deos? Oculos habentes ⁊
Ps̄.95. non videntes: ⁊ cetera que dicit pſalmus cōſequenter. Sed
iſta non colimus ait: non colimus: hec ſigna ſunt. Et quid co-
litis? Aliud aliquid peius: quoniam dii gētium demonia. Et
quid? Nec demonia inquiunt colimus. Plane nihil aliud ha-
betis in tēplis: nihil aliud in pietvates veſtros q̄ demonia.
Sed quid dicitis? Angelos colimus: angelos habem⁹ deos.
Non plane: noſtis angelos. Angeli enim vnum deum colunt:
nec fauent hominibus qui volunt colere angelos ⁊ non deū.
Nam inuenimus honoratos angelos prohibentes homines
ne ſe adorarent: ſed verum deum. Sed angelos dicant: ho-
apoca.19. mines dicant: quia dictum eſt: Ego dixi dii eſtis: ⁊ filii altiſſi-
Ps̄.81. mi omnes: Non eſt ſimilis tibi in diis domine. Quodlibet
aliud cogitet homo: non eſt ſimile qḋ factum eſt illi qui fecit
Excepto deo quicquid aliud eſt in natura rerum: factum eſt
a deo. Quantum intereſt inter eum qui fecit: ⁊ illud qḋ fa-
ctum eſt: quis digne cogitet? Iſte ergo dixit: Nō eſt ſimilis
tibi in diis domine. Quantū autē ſit diſſimilis deus: non di-
xit: q: dici non poteſt. Intendat charitas veſtra: Deus inef-
fabilis eſt: Facilius dicimus quid non ſit: q̄ quid ſit. Terrā
cogitas: non eſt hoc deus: mare cogitas: non eſt hoc deus.
Omnia que ſunt in terra homines et animalia: non eſt hoc
deus: Omnia que ſunt in mari: que volant per aerem: nō eſt
hoc deus. Quicquid lucet in celo: ſtelle: ſol ⁊ luna: nō eſt hoc
deus. Ipſum celū nō eſt deus. Angelos cogita: virtutes: po-
teſtates: archangelos: thronos: ſedes: dominationes: nō eſt
hoc deus. Et quid eſt hoc? Solū potui dicere: quid non ſit.
Queris quid ſit? Qḋ oculus non vidit: nec auris audiuit: nec
1.Cor.2. in cor hominis aſcendit. Quid queris vt aſcendat in linguā:
qḋ in cor non aſcendit? Non eſt ſimilis tibi in diis dn̄e. ⌊ Et
R. non eſt ſecūdum opera tua. Omnes gentes † quotquot fe-
Al† quaſ- ciſti venient ⁊ adorabunt coram te domine. ⌋ Annunciant
cunq;. eccleſiam omnes gentes quotquot feciſti. Si eſt gens quā
non fecit deus: non adorabit eum. Nulla eſt autem gens

quam non fecit deus: quia ſolum enim omnium gentium adam
et euā fecit deus: inde propagate ſunt omnes gentes. Om-
nes ergo gentes fecit deus. Omnes ergo gentes quotquot
feciſti venient ⁊ adorabunt coram te domine. Quādo dictū
eſt? Quando coram eo non adorabant: niſi pauci ſancti in
vno populo hebreorum: tūc dictum eſt hoc: ⁊ modo videtur
qḋ dictum eſt: Omnes gentes quotquot feciſti venient et
adorabunt coram te domine. Quando dicebantur hec: nō vi-
debantur ⁊ credebantur. Quando videntur: quare negātur?
Omnes gentes quotquot feciſti venient ⁊ adorabunt corā
te domine: ⌊ Et glorificabunt nomen tuum. Quoniam ma-
gnus es tu: ⁊ faciens mirabilia: tu es deus ſolus † magn⁹. ⌋ S
Nemo ſe dicat magnū. Futuri erāt qui ſe dicerēt magnos. Al† nō hz.
Contra hos dicitur: Tu es deus ſolus magnus. Nam quid
magnum dicit deo: quia ipſe eſt ſolus deus magnus? Quis
hoc neſcit: quia ipſe eſt deus magnus? Sed quia futuri erāt
qui ſe dicerent magnos: ⁊ deum facerent paruum: contra il-
los dicitur: Tu es ſolus deus magnus. Etenim qḋ tu dicis
impletur: non qḋ illi dicunt qui ſe dicunt magnos. Quid di-
xit deus per ſpiritū ſuum? Omnes gentes quotquot feciſti
venient ⁊ adorabūt corā te domine. Quid dicit: neſcio quis:
qui ſe dicit magnū? Abſit. Non adoratur deus in omnibus
gentibus: Perierunt omnes gentes: ſola aphrica remanſit.
Hoc tu dicis qui te dicis magnum: aliud dicit qui eſt ſolus
deus magnus. Quid dicit: qui eſt ſolus deus magnus? Om-
nes gentes quotquot feciſti venient ⁊ adorabunt coram te
domine. Video qḋ dixit ſolus deus magnus: taceat homo
falſo magnus. Ideo fallaciter magnus: quia dedignat eſſe
paruus. Quis paruus eſſe dedignatur? Iſte qui hoc dicit:
Quicunq; vult inter vos maior eſſe (dixit dominus) erit ve- Mat.20.
ſter ſeruus. Ille ſi ſeruus vellet eſſe fratrum ſuorū: nō eos
ſepararet a matre ipſorū. Sed cum vult eſſe magnus: ⁊ non Iaco.4.
vult eſſe ſalubriter paruus: deus qui ſuperbis reſiſtit: humi-
libus autem dat gratiam: quia ſolus eſt magnus: implet om-
nia que predixit: ⁊ contradicit maledicētibus. Chriſto enim
tales maledicunt qui dicunt: quia periit eccleſia de toto or-
be terrarum: ⁊ remanſit in ſola aphrica. Si diceres illi: per-
des villam tuam: forte non a te temperaret manum: ⁊ dicis
chriſtum perdidiſſe hereditatem ſuam redemptam ſangui-
ne ſuo? Quam autem facias iniuriam videte fratres: ſcriptu-
ra dicit: In lata gēte gloria regis: in diminutione populi cō-
tritio principis. Ergo hanc iniuriā facio chriſto: vt dicas po-
pulum eius ad iſtam exiguitatem diminutum. Ideo natus Prouer.14.
es: ideo chriſtianum te dicis: vt inuideas glorie chriſti: cuius
ſignum te in fronte portare aſſeris: et de corde perdidiſti?
In lata gente gloria regis. Agnoſce regē tuū: da illi gloriā:
da illi latam gentem. Quā latam gentem dabo inquis? No-
li ex tuo corde dare: ⁊ recte dabis. Unde do inquies? Ecce
hinc da: Omnes gentes quotquot feciſti venīēt ⁊ adorabūt
corā te domine. Dic hoc: cōfitere hoc: ⁊ dediſti latam gentē:
q: omnes gentes in vno: vna ipſa eſt vnitas. Quō enim ec-
cleſia ⁊ eccleſie: ille eccleſie que eccleſia: ſic illa gens que gē-
tes. Antea gentes: multe gentes: modo vna gēs. Quare vna
gens? Quia vna fides: q: vna ſpes: q: vna charitas: q: vna ex-
pectatio. Poſtremo quare non vna gens: ſi vna patria? Pa-
tria celeſtis eſt: patria hieruſalē eſt: quiſquis inde ciuis non
eſt: ad iſtā gentē non pertinet. Quiſquis aūt inde ciuis eſt:
in vna gente dei eſt: Et hec gens ab oriente in occidentem:
ab aquilone ⁊ mari diſtendit per quatuor partes totius or-
bis. Hoc deus dicit: Ab oriente ⁊ occidēte: ab aquilone ⁊ ma-
ri date glorias deo. Hoc predixit: hoc impleuit qui ſolus eſt
magnus. Deſinat ergo hoc dicere contra ſolum magnū: qui
noluit eſſe paruus: q: nō poſſunt eſſe duo magni: deus ⁊ do-
natus. ⌊ Deduc me domine in via tua: ⁊ † ambulabo in ve- T
ritate tua: ⌋ Uia tua: veritas tua: vita tua: chriſt⁹. Ergo cor- Al† ingrediar.
pus ad illum: ⁊ corpus de illo. Ego ſum via ⁊ veritas ⁊ vita.
Deduc me domine in via tua. In qua via? Et ambulabo in Ioan.14.
veritate tua. Aliud eſt vt ducat ad viam: aliud vt deducat in
via. Uide homines vbiq; pauperes; vbiq; adiutorio egētes.
Qui preter viam ſunt: chriſtiani non ſunt: aut catholici non-
dum ſunt: deducantur ad viam. Sed cum perducti fuerint
ad viam: ⁊ catholici in chriſto facti fuerint: ab ipſo deducan-
tur in ipſa via ne cadant. Certe iam ambulāt in via. Deduc

me domine in via tua. Certe iam in via tua ſum: deduc me
ibi: ⁊ ambulabo in veritate tua. Deducente te: non errabo: ſi
dimiſeris errabo. Ora ergo vt non te dimittat: ſed vſq; in fi
Eſa. 53. nem deducat. Quomodo deducit? Semper monendo: ſem
per dando tibi manum ſuam. Et brachium domini cui reue
latum eſt? Dando enim chriſtum ſuum: dat manū ſuam: Dā
do manum ſuam: chriſtum ſuum dat. Ad viam ducit perdu-
cendo ad chriſtum ſuū. In via deducit: deducendo in chriſto
ſuo. Chriſtus autem veritas. Deduc me ergo domine in via
tua: et ambulabo in veritate tua. In illo vtiq; qui ait: Ego
Joan. 14. ſum via ⁊ veritas ⁊ vita. Nam qui in via ⁊ veritate deducis:
quo niſi ad vitam perducis? Deducis ergo in illo: ⁊ ad illū
V Deduc me domine in via tua: et ambulabo in veritate tua.
al† letet. ⌊ † Jocundetur cor meum vt timeat nomē tuum. ⌋ Ergo
timor in iocunditate eſt. Et quomō iocūditas: ſi timor? Nō-
ne timor amarus ſolet eſſe? Erit ergo aliquando iocunditas
ſine timore: modo iocūditas cum timore. Nondum eſt enī
plena ſecuritas: nec perfecta iocunditas. Si nulla iocundi-
tas: deficimus: Si plena ſecuritas: male exultamus. Ergo ⁊
iocunditatem aſpergat: ⁊ timorem incutiat: vt de dulcedine
iocunditatis perducat nos ad ſedem ſecuritatis. Dando ti
morem nō nos faciat male exultare ⁊ recedere devia. Ideo
Pſ. 2. ſic dicit pſalmiſta. Seruite domino in timore: et exultate ei
Phil. 2. cum tremore. Sic ⁊ apoſtolus paulus dicit: Cum timore et
tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini. Deus enim
eſt qui operatur in vobis. Quicquid ergo proſperum venit
fratres: magis metuendum eſt: Que putatis proſpera: ma-
gis temptationes ſunt. Venit hereditas: venit copia rerū:
abundat circumfluentia: neſcio cuius felicitatis: temptationes
ſunt iſte: cauete ne vos iſta corrumpant. Quicquid etiā pro
ſperum eſt ſecundum chriſtum: ⁊ germanam charitatē chri
ſti: Si forte lucratus es vxorem tuam que fuit in parte do
nati: ſi forte crediderunt filij tui qui fuerunt pagani: ſi forte
lucratus es amicum tuum qui te volebat ſeducere ad thea-
trum: ⁊ tu eum duxiſti ad eccleſiam: ſi forte contradictor
neſcio quis inimicus tuus: ⁊ rabide ſeuiens: depoſita illa ra
bie factus eſt mitis: ⁊ agnouit deum: nec oblatrat aduerſus
te: ſed clamat tecum aduerſus malū: iſta iocunda ſunt. Vn-
de enim gaudemus: ſi de his non gaudemus? Aut que ſunt
alia gaudia noſtra: niſi iſta? Sed quia abundant ⁊ tribula-
tiones ⁊ temptationes: ⁊ diſſenſiones: ⁊ ſchiſmata ⁊ cetera
mala: ſine quibus non poteſt eſſe hoc ſeculum: donec tran-
ſeat iniquitas: exultatio illa non nos faciat ſecuros: ſed ita
iocundetur cor noſtrum vt timeat nomen domini: ne aliun-
de iocundetur: aliunde feriatur. Securitatem non expecte-
tis in peregrinatione: quando hic illam volueritis: viſcum
erit corporis: non ſecuritas hominis. Jocundetur cor meū
X vt timeat nomen tuū. ⌊ Cōfitebor tibi domine deus meus
in toto corde meo: ⁊ glorificabo nomen tuum in eternum.
Al† quia. † Quoniam miſericordia tua magna eſt ſuper me: ⁊ eruiſti
animam meam ex inferno inferiori. ⌋ Quod dicimus fra-
tres: hoc ſi non vobis tanq̄ certus expoſuero: ne ſuccenſea
tis: Homo enim ſum: ⁊ quantū conceditur de ſcripturis ſan
ctis: tantum audeo dicere: nihil ex me. Infernū nec ego ex-
pertus ſum adhuc nec vos: ⁊ fortaſſis alia via erit: et nō per
infernum erit. Incerta ſunt enim hec. Verū quia dicit ſcri-
ptura cui contradici non poteſt: Eruiſti animam meam ex
inferno inferiori: Intelligimus tanq̄ duo inferna eſſe: ſupe
rius ⁊ inferius. Nam vnde infernum inferius niſi quia eſt in
fernum ſuperius? Aliud non diceretur inferius niſi in com-
paratione illius ſuperioris partis. Videtur ergo fratres eſſe
quedam habitatio celeſtis angelorum: vbi vita ineffabilium
gaudiorum: vbi immortalitas ⁊ incorruptio: vbi omnia ſecū
dum dei donum ⁊ gratiam permanentia: Illa pars rerū ſu
perna eſt. Si ergo illa ſuperna eſt: hec terrena vbi caro ⁊ ſan
guis: vbi corruptibilitas: vbi natiuitas ⁊ mortalitas: vbi de
ceſſio atq; ſucceſſio: vbi mutabilitas ⁊ incōſtantia: vbi timo
res: cupiditates: errores: letitie incerte: ſpes fragilis: cadu-
ca ſubſtantia: pars quia omnis iſta pars non poteſt compa-
rari illi celo de quo loquebar paulo ante. Si ergo illi parti
Y hec pars nō comparatur: illa ſuperna eſt: hec inferna. Et poſt
Ro. 8. mortem quo hinc niſi ſit infernum inferius hoc inferno in
quo ſumus in carne ⁊ in iſta mortalitate? Corpus enim mor
tuum eſt: ait apoſtolus: propter peccatum. Ergo et hic ſunt
mortui: vt non mireris: quia infernū dicitur ſi mortuis abun
dat. Non enim ait: corpus moriturum: ſed corpus mortuum 2. ſent. diſ.
eſt. Adhuc habet vitam vtiq; corpus noſtrum: ⁊ tamen com 19. vē: hō
paratum corpori illi qđ futurum eſt: qualia ſunt angelorum
corpora: inuenitur corpus hominis mortuum: quāuis adhuc
habens animam. Sed rurſus ab hoc inferno: id eſt ab hac
parte inferni eſt aliud inferius quo eunt mortui: vnde voluit
deus eruere animas noſtras: etiam illuc mittendo filiū ſuū.
Etenim fratres propter iſta duo inferna miſſus eſt filius dei
vndiq; liberans. Ad hoc infernum miſſus eſt naſcendo: ad il
lud moriendo. Propterea vox eius eſt in illo pſalmo: nō quo Pſ. 15.
q̄ homine conijciente: ſed apoſtolo exponente: vbi ait: Quo Act. 2.
niam non derelinquiſti animam meam in inferno. Ergo aut
ipſius vox eſt hic: Et eruiſti animam meam ab inferno infe
riori: Aut noſtra vox per ipſum chriſtum dominū noſtrū: qui
ideo ille peruenit vſq; ad infernum: ne nos remaneremus
in inferno. Aliam etiam opinionem dicam. Fortaſſis enim Z
apud ipſos inferos eſt aliqua pars inferior: qua truduntur 2. Retrac.
impij qui plurimum peccauerunt. Etenim apud inferos verū 24. c.
in locis quibuſdam fuiſſet iam abraam. non ſatis poſſumus
definire. Nondum enim dominus venerat ad infernum vt
erueret inde omnium ſanctorum precedentiū animas: ⁊ ta-
men abraam in requie ibi erat. Et quidam diues cū torque Luce. 16.
retur apud inferos: cū videret abraam: leuauit oculos. Nō
enim poſſet leuatis oculis videre: niſi ille eſſet ſuperius: ille
inferius. Et quid ei reſpondit abraam cum diceret: Pater
abraam mitte lazarum vt intingat digitum ſuum: ⁊ ſtillet in
linguam meam: quoniam crucior in hac flamma? Fili ait:
memento quia recepiſti bona in vita tua: lazarus autē ma
la: Nunc autem hic requieſcit: tu vero torqueris. Et ſuper
hoc ait: Inter nos ⁊ vos magnum chaos firmatū eſt: vt nec
nos poſſimus venire ad vos nec inde aliquis venire ad nos.
Ergo inter iſta fortaſſe duo inferna: quorum in vno quieue-
runt anime iuſtorum: in altero torquerentur anime impio-
rum: attendens quidam orans hic iam in corpore chriſti po
ſitus: ⁊ orans in voce chriſti: eruiſſe deum animam ſuam ab
inferno inferiori dixit: quia liberauit ſe a talibus peccatis
per que poſſet deduci ad tormenta inferni inferioris. Quē-
admodum ſi medicus videat tibi imminentem egritudinē
forte ex aliquo labore: ⁊ dicat: parce tibi: ſic te tracta: requie-
ſce: his cibis vtere: nam ſi non feceris egrotabis: tu autem ſi
feceris: ſaluus eris: recte dicis medico: liberaſti me ab egri-
tudine: nō in qua iam eras: ſed in qua futurus eras. Neſcio
quis habens cauſam moleſtam: mittendus erat in carcerē:
Venit alius defendit eū: gratias agens: quid dicit? Eruiſti
animam meam de carcere. Suſpendendus erat debitor: ſo
lutum eſt pro eo: liberatus dicitur de ſuſpendio. In his om
nibus non erant: ſed quia talibus meritis agebantur: vt niſi
ſubuentum eſſet: ibi eſſent: inde ſe recte dicunt liberari: quo
per liberatores ſuos nō ſunt permiſſi perduci. Ergo fratres
ſiue illud ſiue iſtud ſit: hic me ſcrutatorem verbi dei: non te
merarium affirmatorem teneatis: Et eruiſti animam meā ⁊
ex inferno inferiori. ⌊ Deus † pretereuntes legem inſurre- al† iniqui.
xerunt ſuper me. ⌋ Quos dicit pretereuntes legem? Nō pa
ganos: qui non acceperunt legem. Nemo enim preterit qđ
non accepit. Dicit apoſtolus definite: Vbi enim lex non eſt: Ro. 4.
nec preuaricatio. Pretereuntes legem: preuaricatores legis
dicit. Quos ergo intelligimus fratres? Si ab ipſo domino
accipiamus hanc vocem: pretereuntes legem iudei erant.
Inſurrexerunt ſuper me pretereuntes legem: non ſeruaue-
runt legem: ⁊ accuſauerunt chriſtum: quaſi ipſe preteriret le
gem. Pretereuntes legem inſurrexerunt ſuper me: ⁊ paſſus
eſt dominus que nouimus. Putas nihil tale patitur modo
corpus eius? Vnde fieri poteſt? Si patremfamilias beelze- Mat. 10.
bub vocauerunt: quāto magis domeſticos eius? Non eſt diſci
pulus ſuper magiſtrum: nec ſeruus ſuper dominum ſuū. Pa
titur ⁊ corpus pretereuntes legem: ⁊ inſurgūt ſuper corpus
chriſti. Pretereuntes legem qui ſunt? Nunquid forte iudei
audent inſurgere ſuper chriſtum? Non. Nam nec ipſi nobis
valde faciunt tribulationes. Nondum enī crediderunt: non
dum ſalutem cognouerunt. Inſurgunt ſuper corpus chriſti
mali chriſtiani: de quibus quotidie tribulationem patitur cor
pus chriſti.

pus chriſti. Omnia ſchiſmata: omnes hereſes: omnes intus
peſſime viuentes: ⁊ mores ſuos bene viuentibus imponen-
tes: ⁊ ad ſua trahentes: ⁊ malis colloquijs bonos mores cor-
1.Cor.15. rumpentes: ipſi pretereuntes legē inſurrexerunt ſuper me.
Dicat omnis anima pia: dicat omnis anima chriſtiana: Que
hoc non patitur non dicat. Si autem chriſtiana anima eſt: no-
uit quia patitur. Si agnoſcit in ſe paſſionē ſuā: agnoſcat hic
vocem ſuam. Si autem extra paſſionem eſt: ⁊ extra vocem
Mat.7. ſit: neceſſe eſt. Ut autem non ſit extra paſſionē: ambulet per
viā anguſtā: ⁊ incipiat pie viuere in chriſto: et neceſſe eſt vt
2.Timo.3. hanc perſecutionem patiatur. Omnes enim (inquit apoſto-
lus) qui volunt pie viuere in chriſto ieſu perſecutionem pa-
Al's † que- tiuntur. Deus: pretereuntes legem inſurrexerunt ſuper me.
ſierunt. ⌊ Et ſynagoga potentium † inquiſierunt animā meam. ⌋
Synagoga potentiū: congregatio eſt ſuperborum. Synagoga
Joan.19. potentiū inſurrexit ſuper caput: id eſt ſuper dominū noſtrū
Pſ.66. ieſum chriſtum clamantiū ⁊ dicentiū vno ore: Crucifige cru-
cifige: De quibus dictum eſt: Filij hominum dentes eorum ar-
ma ⁊ ſagitte: ⁊ lingua eorum gladius acutus. Non percuſſe-
runt: ſed clamauerunt: Clamando ferierunt: clamando cru-
cifixerunt: Voluntas clamantium impleta eſt quando domi-
nus crucifixus eſt. Et ſynagoga potentium inquiſierūt ani-
mam meam. ⌊ Et non propoſuerunt te in conſpectu ſuo. ⌋
Quomodo non propoſuerunt? Non intellexerunt deum: vt
homini parcerent: ad quod videbant: ad hoc ambularent. Pu-
ta quia deus non erat: homo erat. Ideo occidendus erat: quia
homo erat. Parce homini: ⁊ agnoſce deum. ⌊ Et tu domine
Al's † pa- deus miſerator ⁊ miſericors † longanimis ⁊ multum miſe-
tiens ⁊ mi- ricors ⁊ verax. ⌋ Quare longanimis ⁊ multum miſericors ⁊
te miſerie. miſerator? Quia in cruce pendens ait: Pater ignoſce illis:
Luce.23. quia neſciunt quid faciunt. Quem petit? Pro quibus petit?
Quis petit? Ubi petit? Patrē filius: pro impijs crucifixus:
Inter ipſas iniurias: non verborum: ſed mortis illate: pen-
dens in cruce tanquam ad hoc extentas manus habuerit: vt ſic
Pſ.140. pro illis oraret: vt dirigeretur oratio eius tanquam incenſum in
AA conſpectu patris: ⁊ eleuatio manuum eius ſacrificiū veſper-
al's † impe- tinum. Longanimis ⁊ multū miſericors ⁊ verax. Si ergo tu
rium tuū. verax: ⌊ Reſpice in me ⁊ miſerere mei: da † poteſtatē pue-
ro tuo. ⌋ Quia verax: da poteſtatē puero tuo. Tranſiet tem-
Joan.5. pus patientie: veniet tempus iudicij. Quomodo? Da pote-
ſtatem puero tuo. Pater nō iudicat quenquam: ſed omne iudiciū
dedit filio. Ille reſurgens: ⁊ in terram ipſe veniens iudica-
turus: ipſe videbitur terribilis qui viſus eſt contemptibilis.
Demonſtrabit potentiā: qui demōſtrauit patientiā. In cru-
Act.1. ce potentia erat: in iudicio potentia erit. Apparebit enī ho-
1.Cor.4. mo iudicans: ſed in claritate: quia ſicut eum vidiſtis ire: dixe-
ſent. diſt. runt angeli: ſic veniet. Forma ipſa veniet ad iudicium: ideo
48.Sz cū videbunt illum ⁊ impij: nā formam dei non videbunt: Bea-
Mat.5. ti enim mundo corde: quoniam ipſi deum videbūt. Apparēs
Mat.25. in hominis forma: dicet: Ite in ignem eternum: vt impleatur
Phil.2. quod dicit eſaias: Tollatur impius vt non videat claritatem
Joan.1. domini. Formam ergo videbunt hominis: Qui cū in forma
dei eſſet equalis deo: hoc non videbunt impij. In principio
erat verbum: ⁊ verbum erat apud deum: ⁊ deus erat verbū:
Mat.5. hoc non videbunt impij. Si enim deus verbū: Et beati mun-
do corde: quoniam ipſi deū videbunt: Impij autem immun-
Job.19. di ſunt corde: procul dubio deum non videbunt. Et vbi eſt.
Videbunt in quem pupugerunt: niſi quia apparet formā ho-
minis eos viſuros vt iudicentur: formam dei non viſuros: ni-
ſi eos qui ad dexteram ſeparabuntur? Etenim cum ſepara-
Mat.25. ti fuerint ad dexteram: hoc eis dicetur: venite benedicti pa-
tris mei: percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine
BB mundi. Impijs vero ad ſiniſtram quid? Ite in ignem eter-
Ibidem. num: quem parauit pater meus diabolo ⁊ angelis eius. Fini-
to autē iudicio: quomodo concludit? Sic ibunt impij in com-
buſtionem eternam: iuſti autem in vitam eternam. Iam a
Joan.17. viſione forme hominis pergunt illi ad viſionem forme dei.
Hec eſt enim vita eterna: vt cognoſcant te vnum verum deū:
et quem miſiſti ieſum chriſtum: ſubaudis et ieſum chriſtum
vnum verum deum: quia pater ⁊ filius vnus verus deus: vt
iſte ſit ſenſus: Te ⁊ quem miſiſti ieſum chriſtum: cognoſcant
vnum verum deum. Non enim illi ibunt ad viſionem patris:
et nō ibi videbunt ⁊ filij. Si non eſſet filius in patris ſin vi-
ſione: non diceret ipſe filius diſcipulis ſuis: quia filius in pa-
tre eſt: ⁊ pater in filio. Dicunt illi diſcipuli: Oſtende nobis
patrem et ſufficit nobis. Ait illis: Tanto tempore vo-
biſcum ſum: et non me noſtis? Philippe: qui videt me: vi-
det ⁊ patrem: Videtis: quia in viſione patris ⁊ filij viſio eſt: Joan.14.
et in viſione filij ⁊ patris viſio eſt. Ideo conſequenter ſubie- Ibidem.
cit ⁊ dixit: Neſcitis: quia ego in patre: ⁊ pater in me eſt? Id
eſt: ⁊ me viſo videtur ⁊ pater: ⁊ patre viſo videtur et filius:
Patris ⁊ filij ſeparari non poteſt viſio. Ubi non vnius ſepa-
ratur natura ⁊ ſubſtantia: viſio ſeparari non poteſt. Nam vt
noueritis illuc debere preparari cor ad videndam diuinita-
tem patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti: in quā non viſam credimus
et credendo cor vnde videri poſſit mūdamus: ipſe dominus
alio loco dicit: Qui audit mandata mea: ⁊ ſeruat ea: ille eſt Ubi ſupra.
qui diligit me: qui autem diligit me: diligetur a patre meo:
et ego diligam eum ⁊ manifeſtabo ei meipſum. Nūquid nō
eū videbant cum quibus loquebatur? Et videbant ⁊ nō videbāt:
Aliquid videbant: aliquid credebant. Videbāt hominem:
credebant deum. In iudicio autem eundem dominum no-
ſtrum ieſum chriſtum videbunt hominem cum impijs: poſt
iudicium videbunt deum preter impios. Da poteſtatē pue-
ro tuo. ⌊ Et ſaluum fac filiū ancille tue. ⌋ Dominus filius CC
ancille tue. Dominus filius ancille: cuius ancille? Cui naſci-
turus quando nunciatus eſt: reſpondit ⁊ ait. Ecce ancilla do- Luce.1.
mini: fiat mihi ſecundū verbum tuum. Saluū fecit filiū an- Phil.2.
cille ſue: ⁊ filium ſuum. Filium ſuum in forma dei: filium an- Phil.2.
cille ſue in forma ſerui. De ancilla dei natus eſt ergo domi-
nus in forma ſerui: ⁊ dixit. Saluū fac filiū ancille tue: Et ſal-
uatus eſt a morte ſicut noſtis: reſuſcitata carne ſua que mor-
tua erat: Sed vt videatis quia deus eſt: et non a patre ſic eſt
ſuſcitatus: vt a ſe nō ſit ſuſcitatus: quia ⁊ ipſe carnem ſuā ſuſci- Joan.2.
tauit: habes in euangelio dictū: Deſtruite templum hoc: et
in triduo ſuſcitabo illud. Ne autē nos aliud ſuſpicaremur:
euangeliſta ſecutus ait: Hoc autem dicebat de templo cor-
poris ſui. Saluus ergo factus eſt filius ancille. Dicat ⁊ vnuſ-
quiſque chriſtianus in corpore chriſti poſitus: Saluum fac fi-
lium ancille tue. Forte non potes dicere: Da poteſtatē pue-
ro tuo: quia ille filius accepit poteſtatem. Sed quare non di- Mat.19.
cit ⁊ hoc? An non ſeruis dictum eſt: Sedebitis ſuper duode-
cim ſedes iudicantes duodecim tribus iſrael? Et ſerui dicūt 1.Cor.6.
Neſcitis quia angelos iudicabimus? Accipit ergo ⁊ vnuſquiſ-
que ſanctorum poteſtatem: ⁊ eſt vnuſquiſque ſanctorum filius ancille
eius. Quid ſi de pagana natus eſt: ⁊ chriſtianus factus eſt?
Filius pagane quomodo poteſt eſſe filius ancille ipſius? Eſt
quidem pagane filius carnaliter: ſed filius ancille ſpirituali-
ter. Et ſaluum fac filium ancille tue. ⌊ Fac mecū ſignum in DD
† bono. ⌋ Quod ſignū niſi reſurrectionis? Dominus dicit: Ge- al's † bonū.
neratio hec praua ⁊ amaricans ſignū querit: ⁊ ſignū non da- Mat.12.
bitur ei niſi ſignum ione prophete: Sicut enim ionas fuit in
ventre ceti tribus diebus ⁊ tribus noctibus: ſic erit et filius
hominis in corde terre. Fac mecū ſignum in bono: Ergo cū
capite noſtro iam factū eſt ſignum in bono. Dicat ⁊ vnuſquiſ- 1.Cor.15.
que noſtrum: Fac mecū ſignum in bono: quia in nouiſſima tu-
ba: in aduentu domini: ⁊ mortui reſurgent incorrupti: ⁊ nos
immutabimur: erit hoc ſignum in bono. Fac mecum ſignum
in bono. ⌊ Ut videant qui oderunt me et confundantur. ⌋
In iudicio confundentur pernicioſe: qui modo nolunt confun-
di ſalubriter. Modo ergo confundantur: accuſent vias ſuas
malas: teneant viam bonam: quia nemo noſtrum viuit ſine cō-
fuſione: niſi prius confuſus reuiuiſcat. Prebet illis deus mo-
do aditum ſalubris confuſionis. ſi non contemnāt medicinā
confeſſionis. Si autem modo nolunt confundi: tunc confun-
dentur quando deducent eos ex aduerſo iniquitates eorum. Sap.5.
Quando confundentur? Quando dicent: Hi ſunt quos aliquā-
do habuimus in deriſum ⁊ ſimilitudinē improperij: Nos in-
ſenſati vitam illorum eſtimabamus inſaniam: Quomodo cō-
putati ſunt inter filios dei? Quid nobis profuit ſuperbia: tūc
dicent: modo dicant ⁊ ſalubriter dicant. Conuertatur enim
vnuſquiſque humilis ad dominum: ⁊ modo dicat: Quid mihi
profuit ſuperbia: ⁊ audiat ab apoſtolo: Quam enim gloriā Ro.6.
habuiſtis in his in quibus nunc erubeſcitis? Videtis eſſe et
modo confeſſionem ſalubrem in loco penitentie: tunc autē
ſeram: inutilē: infructuoſam. Quid nobis profuit ſuperbia:

aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Tranſierunt
omnia tanꝗ̄ vmbra. Quid enim? Quando hic viuebas: non
videbas: quia tranſierunt iſta omnia tanꝗ̄ vmbra: tu ne re
linqueres vmbram vt eſſes in luce: non poſtea diceres: trā
ſierunt omnia velut vmbra: quando ab vmbra in tenebras
iturus es? Fac mecum ſignum in bono: vt videant qui me
oderunt ⁊ confundantur. ⌊ Quoniam tu domine adiuuiſti
EE me: ⁊ conſolatus es me. ⌊ Adiuuiſti me in certamine: ⁊ con
ſolatus es me in triſtitia. Nemo enim cōſolationem querit:
niſi qui eſt in miſeria. Non vultis conſolari: dicite quia feli
ces eſtis: ⁊ auditis populus meus. Iam reſpondetis: ⁊ au
dio murmur bene tenentiū ſcripturas. Deus qui hoc ſcri
pſit in cordibus veſtris: confirmet ⁊ in factis veſtris. Vide
tis fratres: quia qui vobis dicunt: Felices eſtis: ſeducunt
Eſa.3. vos. Populus meus qui vos felices dicūt: in errorē vos mit
Iacob.4. tunt: ⁊ turbant ſemitas pedū veſtrorum. Sicut de epiſto
la iacobi apoſtoli. Miſeri eſtote inquit ⁊ lugete: riſus veſter
in luctum conuertatur. Videtis que audiſtis: quando vobis
hec dicerentur in regione ſecuritatis. Vtiꝗ̄ regio iſta ſcan
dalorum eſt ⁊ temptationum ⁊ omnium malorum: vt gema
mus hic: ⁊ mereamur gaudere ibi: hic tribulari: ⁊ conſolari
Pſ.55. ibi ⁊ dicere. Quoniam eripuiſti oculos meos a lachry
mis: pedes meos a ruina: quoniam placebo domino in regio
ne viuorum. Iſta regio mortuorum eſt. Tranſit regio mor
tuorum: venit regio viuorum. In regione mortuorū: labor:
dolor: timor: tribulatio: tēptatio: gemitus: ſuſpirium. Hic fal
ſi felices: vere infelices: quia falſa felicitas vera miſeria eſt.
Qui vero ſe agnoſcit in vera eſſe miſeria: erit etiam in vera
Mat.5. felicitate. Et tamen nūc q̄ miſer es: dominū audi dicentē:
Beati lugentes. O beati lugētes. Nihil tam coniunctū mi
ſerie ꝙ̄ luctus: Nihil tam remotum ⁊ contrarium miſerie ꝙ̄
beatitudo. Tu dicis lugentes: ⁊ tu dicis beatos? Intelligite
ſiquidē qd̄ dico: Beatos dico lugentes. Quare beati? In ſpe.
Quare lugentes? In re. Etenim lugent in morte iſta: in tri
bulationibus iſtis: in peregrinatione ſua: Et quia agnoſcūt
ſe eſſe in iſta miſeria: ⁊ gemunt: beati ſunt. Quare lugent?
Cyprian⁹. Contriſtatus eſt beatus cyprianus in paſſione: modo cōſo
Ro.8. latus eſt in corona. Modo ⁊ cōſolatus adhuc triſtis eſt. Do
minus enim noſter ieſus chriſtus adhuc interpellat pro no
bis. Omnes martyres qui cum illo ſunt interpellant pro no
bis. Non tranſeunt interpellationes ipſorum: niſi cum tranſ
FF ierit gemitus noſter. Cū autem tranſierit gemitus noſter
omnes vna voce: in vno populo: in vna patria conſolabimur
millia milium coniuncta pſallentibus angelis: choris celeſtiū
poteſtatum in vna ciuitate viuentium. Quis ibi gemit? Quis
ibi ſuſpirat? Quis ibi laborat? Quid ibi eget? Quis ibi mori
tur? Quis ibi miſericordiā prebet? Quis ibi frangit panem
Mat.25. eſurienti: vbi omnes pane iuſtitie ſaginantur? Nemo tibi
dicet: Hoſpitem ſuſcipe: Peregrinus ibi nemo erit: omnes
in patria ſua viuunt. Nemo tibi dicit: Cōcorda amicos tuos
litigantes: in pace ſempiterna dei vultu perfruūtur. Nemo
tibi dicit: Viſita egrotum: ſanitas immortalitaſq̄ permanet
Nemo tibi dicit: Sepeli mortuū: omnes in vita eterna erūt.
Ceſſant opera miſericordie: quia miſeria ibi non inuenitur.
Et quid ibi faciemus? Dormiemus fortaſſe. Si mō pugna
mus contra nos: quia geramus domum ſomni carnem iſtā:
et euigilamus in his luminaribus: ⁊ ſolennitas iſta dat no
bis animum vigilandi: dies illa quales vigilias nobis dabit?
Ergo vigilabimus: non dormiemus. Quid agemus? Opera
miſericordie? Iſta non erunt: quia nulla miſeria erit. Forte
opera neceſſitatis erunt iſta que hic ſunt modo: ſeminandi:
arandi: coquendi: molēdi: texendi? Nihil horum: quia neceſ
ſitas non erit. Sic non erunt opera miſericordie: quia tranſ
it miſeria. Vbi neceſſitas nō erit nec miſeria: opa neceſſita
tis ⁊ miſericordie nō erūt. Quid ibi erit? Quod negociū no
ſtrum? Que actio noſtra? Nulla actio: q̄ quies. Sedebimus
ergo ⁊ torpebimus: ⁊ nihil agemus? Si refrigeſcit amor no
ſter: refrigeſcit et actio noſtra. Amor ergo quietus in vultu
dei: quem modo deſideramus: cui ſuſpiramus: cum ad eum
venerimus: quomodo nos accendet: in quem nondum viſū
ſic ſuſpiramus? Cum ad eum venerimus: quomodo nos illu
minabit? Quomō nos mutabit? Quid de nobis faciet? Quid
Pſ.83. ergo agem⁹ fratres? Pſalmus nobis indicat: Beati qui ha

bitant in domo tua. Vnde? In ſecula ſeculorū laudabunt te.
Hec erit actio noſtra: laus dei. Amas ⁊ laudas. Definis lau
dare ſi definis amare. Nō autem defines amare: quia talis
eſt quē video qui nullo te offendat faſtidio: ⁊ ſatiat te: ⁊ nō
te ſatiat. Mirum eſt qd̄ dico. Si dicam quia ſatiat te: timeo
ne quaſi ſatiatus velis abſcedere: quomodo de prādio: quo
modo de cena. Ergo qd̄ dico: non te ſatiat: timeo rurſus ne
ſi dixero non te ſatiat: indigens videaris: ⁊ quaſi inanior exi
ſtas: ⁊ minus in te ſit aliquid qd̄ debeat impleri. Quid ergo
dicam niſi qd̄ dici poteſt: cogitari vix poteſt? Et ſatiat te ⁊ et
non te ſatiat: quia vtrumq̄ inuenio in ſcriptura. Nam cū di
ceret: Beati eſurientes: q̄ ipſi ſaturabuntur. Et rurſum de
ſapientia dictum eſt: Qui te manducant: iterum eſurient: ⁊ Mat.5
qui te bibunt iterum ſitient. Immo vero non dixit iterum: Eccl.24.
ſed dixit adhuc. Nā iterū ſitiet quaſi primo ſaginatus diſ
ceſſerit ⁊ digeſſerit ⁊ redierit bibere. Tale eſt: Qui te edunt
adhuc eſurient: ſic cum edunt eſurient: ⁊ qui te bibunt: ſic bi
bendo ſitient. Quid eſt bibendo ſitire? Nūꝗ̄ faſtidire. Si er
go iſta ineffabilis et ſempiterna dulcedo erit modo: quid a
nobis petit fratres niſi fidem non fictam: ſpē firmam: cha
ritatem puram: vt ambulet homo in via quam dominus de
dit? Ferat temptationes ⁊ ſuſcipiat conſolationes.

¶ Explicit Tractatus de pſ. lxxxv.
¶ Incipit Tractatus de pſ. lxxxvj.
¶ Prefatio.

PSalmus iſte qui modo cantatus eſt: breuis eſt nume A
ro verborum: magnus eſt pondere omnium ſentētia
rum. Nam totus lectus eſt: ⁊ videtis ꝙ̄ exiguo tempore ad
terminum vſq̄ perductus. Hic nobis quantū dominus do
acquiramus:qḋ nobis promiſit deus in eternū. Norūt iſta:
ſed quando ceperit perſecutor inſtare vehementius: agita-
re minis: penis:tormētis:aliquando cedunt:ꝛ ſcientes tan-
ꝙ in diem cadunt. Quare aūt in meridie? Quia multū fer-
B uet perſecutio. Maiores eſtus dixit meridiē. Attendat hoc
charitas veſtra de ſcripturis me probantē. Quādo de ſemi-
nante dicebat dñs:q: exijt ſeminans ſeminare:et aliud ceci-
Mat. 13. dit in via:aliud in petroſa:aliud inter ſpinas : dignatus eſt
ipſe exponere ſimilitudinē. Et cū veniſſet ad petroſam:hoc
ait:Hi ſunt qui audiunt verbum ꝛ ad horam gaudēt adver-
bum:ꝛ in tribulatione que fit propter verbū continuo ſcan-
dalizantur. Quid enim dixerat de his qui exierant in petro-
Ibidem. ſis? Exorto ſole inquit aruerūt:q: nō habebāt altam radicē.
Hi ſunt ergo qui ad horā gaudent ad verbū:ꝛ cū perſecutio
facta fuerit propter verbū:areſcunt. Quare areſcunt? Quia
Ephe. 3. non habebant firmā radicē. Que eſt radix? Charitas. Hoc
1. Timo. 6. eñi dicit Apoſtolus:vt in charitate radicati ꝛ fundati. Quo-
modo enim radix omniū malorum eſt cupiditas: ſic ꝛ radix
omnium bonorum eſt charitas. Noſtis hoc:ꝛ ſepe dictū eſt:
Sed quare hoc volui cōmemorare? Ut intelligatis pſalmū:
quia demoniū meridianū propter eſtū vehementis perſecu-
Mat. 13. tionis poſitum eſt. Sic eñi dominus dicit: Ortus eſt ſol: et
aruit herba:q: radicē non habebat. Et exponēs nobis quid
eſt a ſole areſcere herbā:dixit:q: perſecutione facta non ma-
nent illi in fide:q: altam radicē non habebant. Recte hic in-
telligimus demonium meridianū perſecutionē vehementē.
Qualis fuit illa perſecutio aliquādo fratres cōmemorē: vn-
de dominus liberauit eccleſiā ſuam:digneť attendere cha-
J ritas veſtra. Primo ꝙ imperatores et reges ſeculi putaue-
runt ſe perſequendo tollere poſſe de terra nomen chriſti et
nomen chriſtianorū:iuſſerunt vt quiſquis ſe confiteretur chri-
ſtianum:feriretur. Quicūqꝫ noluit feriri:negauit ſe chriſtia-
num:ſciens qḋ malum faceret:peruenit ad illum ſagitta vo-
lans per diem. Quicunqꝫ autem nō curauit preſentem vitā:
ſed certus ſperauit futurā:declinauit ſagittam volantē per
diem:confeſſus eſt ſe chriſtianum:percuſſus carne:liberatus
eſt ſpiritu:expectare cepit poſitus apud deū in quiete etiā
redemptionē corporis ſui in reſurrectione mortuorū. Euaſit
aūt temptationem illam a ſagitta volante per diem. Ergo
quicunqꝫ ſe confeſſus fuerit chriſtianū:feriatur. Quomodo
ſagitta volans per diē fuit? Nōdum erat demoniū meridia-
num flagrans vehementi perſecutione: et faciens magnos
eſtus:etiam fortibus. Audite enim quid ſecutū ſit. Cum vi-
diſſent inimici ꝙ multi feſtinarent ad martyriū:ꝛ tanto plu-
res crederent in chriſtum:quanto plures patiebantur:dixe-
runt apud ſe: Nos occiſuri ſumus genus humanū: tot milia
qui credunt in hoc nomine. Si occiderimus omnes: prope
nullus in terra remanebit. Cepit feruere ſol:cepit ferueſce-
re eſtus. Audite eñi quid iuſſerint. Quomodo aūt iuſſerāt?
Quicunqꝫ cōfeſſus ſe fuerit chriſtianū:feriať. Iuſſerūt poſt
ea:quicunqꝫ ſe confeſſus fuerit chriſtianū torqueatur:ꝛ tan-
diu torqueatur:donec neget ſe eſſe chriſtianū. Comparate
ſagittam volantem per diem: ꝛ demoniū meridianū. Sagit-
ta volans per diē:quid erat? Qui ſe confeſſus fuerit chriſtia-
num:feriatur. Quo fidelis eam mortis celeritatē nō decli-
naret? Illud aūt:qui ſe confitetur chriſtianū:nō occidať:ſed
torqueatur donec neget:ſed ſi ſe negauerit:dimittať:demo-
nium meridianum erat. Multi ergo non negantes:in tormē-
tis deficiebant: Tandiu enim torquebanť donec negarent.
Perſeuerantibus autem in non negando chriſtum:quid fa-
cturus erat gladius? Uno ictu occidendo corpus: animas ad
deū mittendo:hoc faciebant diuturna tormenta. Sed quis
tandem inueniretur qui duraret aduerſus tantos ꝛ tam lon-
gos cruciatus? Multi defecerūt. Et credo illi defecerūt qui
de ſe preſumpſerunt:qui non habitabant in adiutorio altiſſi-
mi ꝛ in protectione dei celi:qui non dixerunt dño: ſuſceptor
meus es tu:qui nō ſub vmbra alarū eius ſperauerunt:ſed vi-
ribus ſuis multū dederunt. Deiecti ſunt a deo vt oſtenderet
illis:q: ipſe protegit:ipſe tēperat tēptationes: ipſe tantū ve-
nire permittit:quantū pōt ferre cui venit. Multi ergo ceci-
derunt a demonio meridiano. Quāmulti:vultis noſſe? Se- R
quitur ꝛ dicit: ⌊ Cadēt a latere tuo mille:ꝛ † dena milia a Alī decē.
dextris tuis:ad te aūt non appropinquabit. ⌋ Cui dicit hoc
fratres? Cui:niſi dño noſtro ieſu chriſto? Dño enim ieſus nō
ſolū in ſe:ſed ꝛ in nobis. Recordamini verba illa:Saule ſau- Act. 9.
le quid me perſequeris. Quando ipſum nemo tangebat et
dicebat:quid me perſequeris:nunquid nō in nobis ſeipſum
cōputabat? Quādo dicebat: Qui fecit vni ex minimis meis : Mat. 25.
mihi fecit:nonne in nobis ſeipſum computabat? Non eñi di-
uiſa ſunt abinuicē mēbra:caput ꝛ corpus. Quid eſt caput et
corpus? Saluator ꝛ eccleſia. Quomodo ergo dictū eſt:cadēt
a latere tuo mille ꝛ dena milia a dextris tuis? Cadent enim
a demonio meridiano. Magnus terror fratres a latere chri-
ſti cadere:a dextris xpī cadere. Quō cadent a latere? Qua-
re illi a latere. illi a dextris? Quare mille a latere: et dena
milia a dextris? Quid eſt a latere mille? Q: pauciores ſunt
mille:ꝙ dena milia que a dextris cadēt. Qui ſunt iſti? Mo-
do planum erit in nomine chriſti:modo apertū erit. Quibuſ-
dam promiſit chriſtus:quia cum illo iudicabunt:apoſtoli ſcꝫ
et qui dimiſerunt omnia:ꝛ ſecuti ſunt eum. Nam petrus ait Mat. 19.
illi: Ecce nos dimiſimus omnia:ꝛ ſecuti ſumus te: Et hoc il-
lis promiſit: Sedebitis ſuper duodecim ſedes : iudicantes
duodecim tribus iſrael. Nolite putare: q: ipſis ſolis promi- 4. ſent. diſ.
ſit dñs:Ubi eñi ſedebit Paulus apoſtolus qui plus illis om- 47. nō āt.
nibus laborauit:ſi non ibi ſedebunt niſi duodecim? Ille eñi 1. Cor. 15.
tertiuſdecimus ē: Nam ex duodecim cecidit iudas. In locū
autem iude traditoris:matthias ordinatus eſt:vt in actibus Act. 1.
apoſtolorum legimus. Implete ſunt duodecim ſedes: Non
ibi ſedebit qui plus omnibus illis laborauit? An duodecim ſe-
des perfectio eſt tribunalis? Nam milia ſedebunt in duode-
cim ſedibus. Sed vnde mihi probas ait aliquis:q: ꝛ paulus
inter iudices erit? Audi illum dicētem: Neſcitis q: angelos 1. Cor. 6.
iudicabimus? Iudicabimus inquit. Et ipſe non dubitauit in
preſumptione:q: credidit cōputari ſe inter illos qui iudica-
bunt cū chriſto. Quid ergo iudicabunt cū chriſto : principes
eccleſiarum ſunt:perfecti ſunt. Talibus dixit: Si vis eſſe per- Mat. 19.
fectus:vade vende omnia tua:ꝛ da pauperibus. Quid eſt ſi
vis eſſe perfectus? Uis mecū iudicare ꝛ nō iudicari. Ille eñi
contriſtatus abſceſſit. Sed multi hoc fecerunt:et multi hoc L
faciunt. Ergo iſti cum illo iudicabunt Sed multi promittūt Ibidem.
ſibi q: iudicabūt cū chriſto q: dimittunt omnia ſua ꝛ ſequū-
tur chriſtū: Sed habent preſumptionē de ſe:habēt quendā
typū ꝛ ſuperbiam quā deus ſolus pōt noſſe:ꝛ nō poſſunt eui-
tare demoniū meridianū:ideſt caſum feruentis caloris nimie
perſecutionis. Tales multi cum eſſent illo tēpore qui diſtri-
buerunt omnia ſua pauperibus:ꝛ ſibi iam promittebant:q:
ſeſſuri erāt cū chriſto ꝛ iudicaturi gētes:feruente calore per-
ſecutionis tanꝙ a demonio meridiano defecerunt in tormē-
tis:ꝛ negauerunt chriſtum: Ipſi ſunt qui a latere ceciderūt
tanꝙ ſeſſuri cum chriſto ad mundū iudicandum ceciderūt.
A dextris autem dicam qui cadunt. Noſtis q: cū apparuerit
ipſum tribunal vbi cum chriſto domino iudicabunt: qui vo-
luerunt eſſe ꝛ vere fuerunt perfecti:radicati ꝛ fundati in cha-
ritate:vt non areſcerent de ſole ꝛ demonio meridiano. Hoc Ephe. 3.
enim ait dominus: Congregabuntur ante eum omnes gen- Mat. 13.
tes:ꝛ diuidet illos abinuicē ſicut paſtor diuidit oues ab he-
dis:ꝛ oues ponet a dextris:hedos autem a ſiniſtris et iudi- Mat. 25.
cabuntur. Multi erunt qui iudicabunt:ſed pauciores erunt
ꝙ illi qui ante tribunal ſtabūt:q: illi tanꝙ mille: illi tanꝙ de-
na milia. A dextris poſitis:quid dicturus eſt? Eſuriui enim Ibidem.
et dediſtis mihi manducare : hoſpes fui et ſuſcepiſtis me.
Manifeſtum eſt quia his dicet qui habent ſubſtantiam hu-
ius ſeculi:vnde iſta humana faciant: Tamen ꝛ ipſi cum illis
regnabunt:quia illi tanꝙ milites:illi tanꝙ annonam prebē-
tes prouinciales: Sub vno tamen imperatore:ꝛ miles ꝛ pro-
uincialis in regno eſt: Miles fortis : prouincialis deuotus:
Miles fortis orationibus: pugnat aduerſus diabolum : de-
uotus prouincialis annonam tribuit militibus . Intelligat
charitas veſtra. Et audiūt in fine ad dexterā poſiti : Uenite Mat. 25
benedicti patris mei:percipite regnū quod vobis paratum
eſt ab origine

eſt ab origine mūdi. Erant ergo illo tp̄e multi q̄ grauiter
inferbuerat ſol ꝑſecutionis: ⁊ demoniū meridianū: erant q̄
ſibi ꝓmittebāt q: iudicaturi erant cū xp̄o: nō potuerūt fer-
re eſtū ꝑſecutiōis: ⁊ ceciderūt a latere ipſius. Erāt ibi aliq̄
qui nō ſibi ꝓmittebant ſedes iudicantiū: ſed ꝑ elemoſynas
ꝓmittebant ſibi: q: ad dexterā futuri erant: q̄bus dicturus
M erat xp̄s: Venite benedicti patris mei percipite regnū qđ
vobis paratū eſt ab origine mūdi. Et q: multi de ſpe illa iu
dicandi ceciderūt multi potentiꝰ: et multo plures de ſpe illa
dextere ceciderūt: ideo dictū eſt xp̄o: Cadent a latere tuo
mille: ⁊ dena milia a dextris tuis. Et q: multi erunt cū illo
qui oīa illa nō curarūt: cū q̄bus tanq̄ mēbris vnus eſt xp̄s:
ad te aūt inquit nō appropinquabit. Nūquid ad ſolum ca-
put dixit: nō appropinquabit? Nō vtiq̄: ſed nec ad petrum:
nec ad paulū: nec ad oēs apl̄os: nec ad oēs martyres: qui in
tormētis nō de ecerūt. Quō ergo nō appropinquabit? Cur
ſic torti ſunt? Propinquauit carni tormentū: ſed nō ꝑuenit
ad locū fidei. Itaq̄ longe erat fides ipſorū a terrore torquē
tium. Torquebant: nec appropinquauit terror: torquebant:
ſed irridebāt tormentū: ꝑſumētes in illo q̄ prior vicit: vt ce-
teri vincerent. Et q̄ vincūt: niſi q̄ de ſe nō ꝑſumpſerūt? Intē
dat charitas vr̄a. Ad hoc eñ dixit oīa ſuperiora: Dicet dño
ſuſceptor meus es tu ⁊ refugiū meū: ⁊ ſperabo in eum: q̄
ipſe eruet me de muſcipula venantiū. Ipſe eruat me: non
ego me. Inter ſcapulas ſuas obūbrabit tibi. Sz q̄? Quan-
du ſub alis eius ſperabis: ſcuto circūdabit te veritas eius.
Quia ergo in illo ꝑſumpſiſti: ⁊ totā ſpem tuam in illo poſui
ſti: ſequit. Quid? Nō timebis a timore nocturno: a ſagitta
volante ꝑ diem: a negocio ꝑambulāte in tenebris: a ruina
⁊ demonio meridiano. Quis nō timebit? Qui in xp̄o preſu
mit. Qui aūt de ſe preſumūt: etſi iam ſibi ſperabāt latꝰ xp̄i
Mat. 25 tanq̄ iudicaturi: ⁊ ſi futuros ſe iam ſperabāt a dextris xp̄i
quaſi diceret illis: Venite benedicti pr̄is mei: percipite re-
gnū qđ vobis paratū eſt ab origine mūdi: venit demonium
meridianū: id eſt feruēs eſtus ꝑſecutionis vehemēter ter-
rens: ⁊ ceciderūt multi a ſpe ſedis iudiciarie: de q̄bus dictū
eſt: Cadent a latere tuo mille: ⁊ multi a ſpe remunerationis
obſequiorū ſuorū: de q̄bus dictū eſt: Et dena milia a dextris
N tuis: ad te aūt: id eſt ad caput ⁊ corpus nō appropinquabit
ruina ⁊ demoniū meridianū: q̄ nouit dñs q̄ ſunt eiꝰ. Ve-
rūtamen oculis tuis conſiderabis: ⁊ retributionē peccato-
rū videbis. Quid eſt hoc? Quare verūtamen? Quia licuit
impiis ſupbire in ſeruos tuos: licuit impiis ꝑſequi ſeruos
tuos. Impune ergo erit ipſis: q: ꝑſecuti ſunt ſeruos tuos?
Non erit impune. Quāuis enim tu ꝑmiſeris: ⁊ magis inde
tui coronati ſint. verūtamen oculis tuis cōſiderabis: ⁊ retri
butionē peccatorū videbis. Malū ergo qđ voluerunt: non
bonū qđ ꝑ neſcientes actū eſt: eis retribuet. Modo opus
eſt vt oculos fidei habeamus ⁊ videamus: q: ⁊ exaltant ad
Ibidem tēpus ⁊ plāgēt in eternū: ⁊ q̄bus dat poteſtas i ſeruos dei
tp̄aliter: dicet eis: Ite in ignē eternū qui paratꝰ eſt diabo
lo ⁊ angelis eius. Sed ſi habeat quiſq̄ oculos ſicut dixit:
oculis tuis conſiderabis: nō eſt leue videre impiū florentē
in hoc ſeculo: ⁊ habere ad illū oculos vt conſideres ſide q̄d
ille paſſurus eſt in fine ſi ſe nō correxit: quia qui modo to-
nare volunt: poſtea fulminātur. Verūtamen oculis tuis cō-
ſiderabis: ⁊ retributionē peccatorū videbis. Quoniam tu
es dñe ſpes mea. Ecce venit ad illud: quare non cadat a
ruina ⁊ demonio meridiano. Quoniam tu es domine ſpes
mea: Altiſſimū poſuiſti refugiū tuū. Quid eſt hoc q̄ in
alto eſt refugium tuū? Multi eñ ſic ſibi faciūt refugiū dei:
quo fugiant a tēporalibus eſtibus. In alto eſt eñ refugiū
Alſ† acce det malū. dei: valde in occulto eſt quo fugias ab ira vētura. Intus al
tiſſimū poſuiſti refugiū tuū. Non† accedet ad te† malū:
Mat. 4. ⁊ flagellū nō appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniā
Luce. 4 angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiant te in oībus viis
Alſ† portabunt. tuis. In manibus †tollent te: ne† quādo offendas ad lapi-
dem pedē tuū: Iſta ſunt verba que dixit diabolus dño ieſu
†forte chriſto: quādo illū tentauit. Sed q: diligentius cōſiderāda
ſunt: ne vos fatigemus: differamus in craſtinū: q: ⁊ craſti-
no ſi dñs voluerit: inde vobis erit ſermo: vt ab iſto loco pſal
mi rurſus incipiamus ꝓpter tedium veſtrum: ne cum volu
mus finire res obſcuras: precipitemus: ⁊ nō perueniant ad
intelligentiam veſtram.

¶ Sermo ſecūdus de ſcđa parte eiuſdem pſalmi. A

Sicut nō dubito meminiſſe charitatē veſtrā qui heſter
no die ſermoni affuiſtis: pſalmū quē ceperamus expo-
nere: ne ad terminū perueniret: anguſtia tp̄is impedimur: et
dilata eſt pars eius in hodiernū diem. Hoc q̄ heri affuiſtis
recordamini: q̄ nō audiſtis agnoſcite. Propterea fecimus
ipſam lectionem euāgelii recitari: vbi dñs tentatus eſt per Mat. 4.
verba pſalmi que hic audiſtis. Ideo tentatꝰ eſt xp̄s: ne vin
catur a tentatore xp̄ianus. Ille quippe magiſter in omnibꝰ
tentari voluit q: tentamur: ſicut mori voluit q: morimur: ſi
cut reſurgere voluit: q: reſurrecturi ſumus. Illa eñ q̄ oſtē
dit in hoīe q̄ factus eſt ꝓpter nos homo cū eſſet deus per
quē facti ſumus: ꝓpter nos oſtendit. Et ſepe cōmendaui-
mus charitati veſtre q̄ nos ſepe iterare nō piget: vt q: for
te multi veſtrū legere nō poſſunt: q: non eis vacat legere:
aut lr̄as nō norunt: ſaltem aſſidue audiendo nō obliuiſcan-
tur ſalubrem fidē ſuam. Certe eā repetendo quibuſdā mo-
leſti videamur: dum tamen quoſdā edificemus. Nouimus
eñ multos eſſe ⁊ memoria ꝑualentes ⁊ lectionis diuine ſtu
dioſos: qui ea que dicturi ſumus nouerūt: ⁊ forte nos exo
lumus dicere que nō nouerunt. Sed ſi celeriores ſunt: tus
tineantur q: cū tardioribus ambulant viam. Quādo autem
duo comites vnā viam ambulant: quorū eſt vnus celerior: al
ter tardior: in poteſtate celerioris eſt: vt cū illo ambulet tar
dior: non in poteſtate tardioris: q: ſi velit celerius: tantū fa
cere quātum pōt: tardior illum nō ſequit. Opus eſt ergo vt
celerior refrenet celeritatem ſuā: ⁊ nō relinquat comitē tar
diorem. Hoc eſt ergo qđ dixi me ſepe dixiſſe: ⁊ nūc iterū di Phil. 3.
co: ſicut dicit Apl̄s. Eadē ſcribere vobis mihi quidē non pi B
grum: vobis aūt tutū. Dñs aūt noſter ieſus xp̄s: tanq̄ totꝰ Colo. 3.
ꝑfectus vir ⁊ caput ⁊ corpus: Caput in illo hoīe agnoſcimꝰ: Lu. 2. ⁊. 23
qui natus eſt de maria virgine: paſſus ſub pontio pilato: ſe Marci. 16
pultus: reſurrexit: aſcēdit in celū: ſedet ad dexterā patris:
inde illum expectamus iudicem viuorū atq̄ mortuorū: hoc
eſt caput eccleſie. Corpus huius capitis eccleſia eſt: non q̄
que hoc loco eſt: ſed que hoc loco ⁊ per totum orbem ter- Gen. 4.
rarum: nec illa que hoc tempore: ſz ab ipſo abel vſq̄ ad eos
qui naſcituri ſunt vſq̄ in finē: ⁊ credituri in chriſtum: totus
populus ſanctorū ad vnā ciuitatem ꝑtinentium: que ciuitas
corpus eſt chriſti: cui caput eſt xp̄s. Ibi ſunt ⁊ angeli ciues
noſtri: ſed q: nos peregrinamur: laboramus: illi autē in ciuita
te expectant aduentū noſtrū. Et de de illa ciuitate vnde pe
regrinamur littere nobis venerunt: ipſe ſunt ſcripture que
nos hortantur vt bene viuamus. Quid dicam veniſſe lr̄as?
Ipſe rex deſcendit ⁊ factus eſt nobis via in peregrinatio-
ne: vt in illo ambulantes: nec erremus: nec deficiamus: nec
in latrocinantes incidamus: nec in laqueos irruamus qui
ponūtur iuxta viam. Talem ergo ſcimꝰ chriſtū totū atq̄ vni Luce. 2.
uerſum ſimul cū eccleſia: ipm̄ autem ſolū natū de virgine: I. Timo. 2.
caput eccleſie: mediatorē ſcz inter deū ⁊ hoīes xp̄m ieſum:
ad hoc mediatorē: vt eos q̄ receſſerāt: ꝑ ſe reconciliet: Me
dius eñ nō eſt niſi inter duos. Receſſeramus a maieſtate
dei: ⁊ pctō noſtro offenderamus eū: miſſus eſt filius media
tor: q̄ ſanguine ſuo ſolueret pctā noſtra: q̄bus ſepabamur a
deo: ⁊ interpoſitus redderet nos ei ⁊ recōciliaret a q̄ auerſi
in pctis noſtris ⁊ delictis tenebamur. Ipſe eſt caput no-
ſtrū: ipſe eſt deus equalis patri: verbū dei ꝑ qđ facta ſunt Joan. 1.
oīa: ſed deus vt crearet: hō vt recrearet: deus vt faceret: hō
vt reficeret. Hūc intuentes: ſic audiamus pſalmū: Intēdat
charitas vr̄a: Diſciplina eſt iſta ⁊ doctrina ſchole huius: que C
vobis valeat nō ad vnū pſalmū intelligendū: ſed ad mul-
tos ſi teneatis hāc regulā. Aliq̄ pſalmus nō ſolū pſalmus:
ſed ⁊ oīs ꝓphetia: aliq̄ ſic loquitur de xp̄o vt caput ſolum
cōmendet: ⁊ aliq̄ a capite it ad corpus: id eſt ad eccl̄iam:
⁊ nō videt mutaſſe ꝑſonā: q: nō ſeparatur caput a corpore:
ſed tanq̄ de vno loquit. Videat eñ charitas veſtra qđ di-
co. Manifeſtus eſt certe pſalmus oībus vbi de paſſiōe dñi
dicitur: Foderūt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauē Ps̄. 21.
runt oīa oſſa mea: Diuiſerūt ſibi veſtimenta mea: ⁊ ſup ve-
ſtem meā miſerūt ſortem. Hoc ⁊ iudei quādo audiunt eru-
beſcūt. Euidentiſſime eñ prophetia de paſſione dñi noſtri
ieſu chriſti prolata eſt. Delicta aūt non habebat dñs noſter

Ibidem ieſus chriſtus: ⁊ tamen in capite ipſius pſalmi dicit: Deus
deus meus vt quid me dereliquiſti:longe a ſalute mea ver
ba delictoꝝ meoꝝ. Videtis ergo quid dicatur ex pſona ca
pitis:qd ex pſona corporis. Delicta ad nos ptinent: paſſio
p nobis ad caput ptinet:ſed pp̄ter paſſionē illius p nobis:
⁊ qđ ad nos ptinet delictoꝝ debitū ſoluit. Sic ⁊ in iſto pſal
mo iam iſtos verſus heſterna die tractauimus: ⁊ breuiter
illos commemoremus.

¶ Cōmemoratio verſuū prius tractatoꝝ cum expo
ſitione ſequentium.

D Qui habitat in adiutorio altiſſimi:in protectione dei
celi cōmorabitur. Hoc cōmendauim⁹ charitati veſtre
in iſtis verſibus: ne quiſq̄ in ſe ſpem ponat: ſed totā ſpem
ſuā in illo ponat in quo ſunt vires noſtre. Ex adiutorio em̄
eius vincimus:nō ex noſtra p̄ſumptiōe. Protegit ḡ nos de⁹
celi:ſi dicam⁹ dn̄o qđ ſequit̄: Dicet dn̄o ſuſceptor meus es
tu:⁊ refugiū meū:deus meus ſperabo in eū. Qm̄ ipſe eruet
me de muſcipula venantiū:⁊ a verbo aſpero. Diximꝰ quia
multi timētes verbū aſperū incidūt in muſcipulā venātiū.
Inſultat̄ hoi q: chriſtian⁹ eſt. ⁊ penitet illū q: xp̄ianus fa
ctus eſt:⁊ ab aſpero verbo incidit in muſcipulam diaboli.
Inſultat̄ etiā hoi q̇ inter multos xp̄ianos melius viuit: et
timens aſpera verba inſultatoꝝ:incidit in laqueos diabo
li:vt nō ſit triticū in area:ſed paleā ſequat̄. Qui aūt in dn̄o
ſperat:erui̊t a muſcipula venantiū ⁊ a verbo aſpero. Quō
aūt te ptegit deus? † Inter ſcapulas ſuas obūbrabit ti
bi: Id eſt ante pectus ſuū te ponet:vt alis ſuis te prote
Ephe.2. gat:ſi mō agnoſcas infirmitatē tuā:vt q̄ſi pullus infirmus
fugias ſub alas matris:ne a miluo rapiaris. Milui ſunt em̄
aeree ptātes:diabolus ⁊ angeli ei⁹:rapere volūt infirmita
Joan.1. tem noſtrā. Fugiam⁹ ſub alas matris ſapientie.q: ⁊ ipſa ſa
Mat.23 pientia infirmata eſt pp̄t nos:q: verbū caro factum eſt.
Phil.2. Sicut infirmat̄ gallina cum pullis ſuis vt ptegat eos alis
ſuis:Sic dn̄s noſter ieſus xp̄s:q̇ cū in forma dei eſſet: non
rapinā arbitratus eſt eſſe ſe equalem deo:vt infirmaretur
E nobiſcū:⁊ alis ſuis ptegeret nos:ſemetipſm exinaniuit for
mā ſerui accipiens:in ſimilitudinem hoim factus:⁊ habitu
inuentus vt hō. Et ſub alis eius ſperabis. Scuto circun
dabit te veritas ei⁹:nō timebis a timore nocturno. Ten
tationes ignorantie timor nocturn⁹: peīā ſcientie ſagitta
volās p diē. In nocte em̄ ignorātia intelligit̄: in die mani
feſtatio. Sūt q̇ ignorātes peccāt ſūt q̇ ſciētes peccāt. Qui
ignorātes peccant: a timore nocturno ſupplātant̄:q̇ ſciētes
peccāt:a ſagitta volante p diem pcuſſi ſunt. Hec autē cū in
grauioribus pſecutiōibus fiunt: quouſq̄ pueniat̄ tanq̄ ad
meridiē:q̇cūq̄ illo calore ceciderit: tanq̄ a demonio meri
diano cadet. Et multi calore iſto ceciderūt:ſicut ia; heſter
no die expoſuim⁹ charitati veſtre:q: feruente pſecutione di
ctum eſt:torqueātur chriſtiani donec negent ꝙ xp̄iani ſunt:
Cū antea ſolerent cōfeſſi pcuti:ad hoc poſtea torquebātur
vt negarēt. Et cum ois reus tādiu torqueaturq̄diu neget:
xp̄ianoꝝ cōfeſſio torquebat̄:negatio dimittebatur. Erat er
go tūc magn⁹ eſtus pſecuentiū. Quicūq̄ in illa tentatione
ceciderūt:tanq̄ a demonio meridiano ceciderūt. Et quāti
ceciderūt? Multi q̇ ſe ſperabant ſeſſuros cū dn̄o ⁊ iudicatu
ros:illi a latere ceciderūt. Itē multi q̇ ſe ſperabāt ad dexte
ram futuros: in plebe ſancta ſtipēdiaria tanq̄ pūinciales:
Mat.25 qui annonā militibus p̄bent:q̇bus dici habet: Eſuriui em̄ ⁊
dediſtis mihi manducare:ad dexteram em̄ erunt:multi: et
de ipſa ſpe ceciderūt:⁊ plures hic:q: plures ibi. Pauciores
em̄ qui cū dn̄o iudicabunt:⁊ plures qui ſtabunt ante illum:
ſed non vna conditio eoꝝ:alij ad ſiniſtrā: alij ad dexteram:
Ibidem alij vt regnent:alij vt puniantur:alij vt audiant:Venite be
nedicti patris mei pcipite regnum: Alij vt audiant: Ite in
ignem eternū:qui parat⁹ eſt diabolo ⁊ angelis eius. Ergo.
A ruina ⁊ demonio meridiano: Cadent mille a latere:et
dena milia a dextris: ad te autem non appropinquabit.
Quid? Demoniū meridianū te nō deijcit. Quid mirū ſi ca
put non deijcit? Sed nō deijcit ⁊ illos qui ſic herent capiti:
2.Timo.2. quomodo ait Apoſtolus: Nouit domin⁹ qui ſunt eius. Sūt
em̄ quidam ita predeſtinati vt nouerit domin⁹ qui pertine
ant ad corpus ipſius. Cum ergo ad hos nō accedet illa ten

tatio vt deijciat eos:iſti intelliguntur in eo quod ſcriptum
eſt:ad te autem non appropinquabit. Sed ne illi peccato
res quibus tanta licuit exercere in chriſtianos attendātur
a quibuſdā infirmis ⁊ dicatur:ecce quid voluit deus vt tan
tū impijs et ſceleratis liceat in ſeruos dei:modicum conſi
dera oculis tuis:oculis fidei:et videbis retributionem pec
catorum in finem:quibus modo tanta permittuntur vt ex
erceaeris. Hoc em̄ ſequitur: Verūtamen oculis tuis conſi
derabis:⁊ retributionem peccatorum videbis. Quoniā tu F
es domine ſpes mea: altiſſimum poſuiſti refugium tuum.
Non accedent ad te mala: Domino dicit: Quoniam tu es
domine ſpes mea:altiſſimū poſuiſti refugium tuū: nō acce
dent ad te mala. Et flagellū non appropinquabit taber
naculo tuo. Et deinde verba que audiſtis iam dicta a dia
bolo. Quoniam angelis ſuis mandauit de te:vt cuſtodiāt Matth.4
te in omnibus vijs tuis. In manibus tollent te: nequando
offendas ad lapidem pedem tuū. Cui hoc dicit? Cui illud
dixit:quoniam tu es domine ſpes mea. Iam puto non eſſe
exponendum chriſtianis q̇s ſit domin⁹: Si deū patrem in
telligunt:Quomodo illum tollent angeli in manibus:ne of
fendat ad lapidem pedem ſuū? Videtis ergo quia ⁊ chriſt⁹
domin⁹ dum loqueret̄ de corpore:ſubito cepit loqui de capi
te. Caput noſtrum appellatum eſt modo:cū diceretur: qm̄
tu es dn̄e ſpes mea:altiſſimū poſuiſti refugium tuū. Ideo
poſuiſti altiſſimū refugium tuum:quoniam tu es dn̄e ſpes
mea. Quid ſibi hoc vult? Attēdat charitas veſtra: Quoniā
tu es domine ſpes mea: altiſſimū poſuiſti refugium tuum:
Iam non eſt mirandum: Propterea enim ſequitur: Nō ac
cedent ad te mala:quia altiſſimum poſuiſti refugium tuū:
Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo:quoniā
altiſſimum poſuiſti refugium tuū. Non autem legimus in
euangelio:quia alicubi angeli portauerunt dominū: ne of
fenderet ad lapidem:⁊ tamen intelligimus. Hinc enim iam
facta ſunt:⁊ nō ſine cauſa pphetata ſunt:niſi q: futura erāt:
Et non poſſumus dicere: poſtea venturus eſt chriſtus: vt
non offendat ad lapidem pedem ſuum: Iudicaturus enim
veniet. Ubi ergo completum eſt? Attēdat charitas veſtra.
Primo hos verſus audite: Quoniam tu es domine ſpes
mea altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Genus humanū
mori hominem nouerat: reſurgere non nouerat: ideo quid
timeret habebat: quod ſperaret non habebat. Ut ergo ille
qui propter diſciplinam fecit timorem mortis:propter pre
miū future vite eterne daret ſpem reſurrectionis prior re
ſurrexit dominus noſter ieſus chriſtus: Mortuus eſt poſt
multos:reſurrexit ante omnes. Hoc paſſus eſt moriendo:
quod iam multi paſſi erāt: Hoc iam fecit reſurgendo:quod
nullus ante illum. Quando enim hoc accipiet eccleſia niſi
in fine? Preceſſit in capite quod membra ſperēt. Nouit em̄
charitas veſtra:quomodo inter ſe dicant. Dicat ergo eccle
ſia domino ſuo ieſu chriſto:dicat corpus capiti ſuo: Quoniā
tu es domine ſpes mea:altiſſimum poſuiſti refugium tuū:
id eſt ideo reſurrexiſti a mortuis et in celum aſcendiſti: vt Marci.16.
altum poneres refugium tuum: aſcendens vt fieres ſpes
mea:qui in terra deſperabam:et me reſurrecturum eſſe nō
credebam: Modo iam credo:quia aſcendit in celum caput
meum:quo caput preceſſit et membra ſecutura ſunt. Pu
to iam manifeſtum eſſe quod dictum eſt: quoniam tu es do
mine ſpes mea: altiſſimū poſuiſti refugium tuum. Hoc pla
nius dixerim: Ut ergo haberem ſpem reſurrectionis quam
non habebam: ideo prior reſurrexiſti:vt quo pceſſiſti: illuc
me ſecuturum ſperarem. Uox enim eſt eccleſie ad dominū
ſuum: vox eſt corporis ad caput ſuum. Noli ergo mirari:
Non accedent ad te mala:et flagellum non appropinqua
bit tabernaculo tuo. Tabernaculum dei: caro eſt. In car G
ne inhabitauit verbum: et caro factum eſt tabernaculum
deo. In ipſo tabernaculo imperator militauit pro nobis: Joan.1.
in ipſo tabernaculo ab hoſte tentatus eſt: ne miles defi
ceret. Et quia ipſam carnem oſtendit oculis noſtris: quia
oculi noſtri iſta luce gaudent:et viſibili lumine iſto delectā
tur:quia in manifeſtatione poſuit carnem ſuam vt omnes
viderent:ideo pſalmus dicit: In ſole poſuit tabernaculum Pš.18
ſuum. Quid eſt in ſole? In aperto:in manifeſto:in luce ter
rena: id eſt in luce que terras de celo perfundit: ibi poſuit

tabernaculum ſuum. Sed quomodo ſibi poneret taberna-
culum ſuum: ſi nō tāq̄ ſpōſus procederet de thalamo ſuo?
Hoc enim ſequitur. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Et
quaſi diceretur et quō: et ipſe inquit: Tanq̄ ſpōſus pcedēs
Ibidem. de thalamo ſuo: Exultauit vt gigas ad currēdā viā: Quod
eſt tabernaculū? Ipſa eſt ſponſa: Verbum ſpōſus: caro ſpō
ſa: et thalamus vterus virginis. Et quid dicit Apoſtolus?
Eph. 5. Et erūt duo in carne vna. Sacramētum hoc magnū eſt: ego
autem dico in xp̄o et in eccleſia. Et quid ipſe domin' in euā
Math. 19. gelio? Igitur iā nō ſunt duo: ſed vna caro. Ex duobus vnū
et verbo et carne: vnus homo: vnus deus. Hoc autē taber-
naculum eius ſenſit flagella in terra: Manifeſtum eſt: quia
Mat. 27. flagellat' eſt dñs: Nūquid in celo ſenſit flagella? Nequaq̄.
Quare? Quia altiſſimum poſuit refugiū ſuum: vt eſſet ſpes
noſtra: et nō ad eum accedāt mala nec flagellum ppinquabit
tabernaculo ei'. Longe eſt ſup omnes celos: ſed pedes ha-
bet in terra. Caput in celo eſt: corpus in terra. Cum nūt pe-
des ipſius flagellarētur et calcarētur a ſaulo: clamauit: caput
Saule ſaule qd me pſequeris? Ecce nemo caput perſequit:
Act. 9. et ecce caput in celo: qr xp̄s reſurgēs a mortuis: iam nō mo
Ro. 5. ritur: et mors illi vltra nō dominabitur. Non accedēt ad te
mala: et flagellū nō appropinquabit tabernaculo tuo. Sed
ne putemus qr ſepatum eſt caput a corpe: diſcretum eſt enī
locis: ſed iunctum eſt affectu: ipſa affectus cōiunctio clama
uit de celo: Saule ſaule quid me pſequeris? Proſtrauit enī
eum voce obiurgāte: et leuauit dextera miſerante. Qui cor-
pus xp̄i pſequebatur: factus eſt mēbrum xp̄i: vt qđ faciebat
ipſe ibi patereť. Quid ergo ibi fratres: de capite noſtro qđ
dictum eſt? Qm̄ tu es dñe ſpes mea: altiſſimū poſuiſti refu-
gium tuum. Non accedēt ad te mala: et flagellum nō appro
H pinquabit tabernaculo tuo. Dicta ſunt hec: Qm̄ āgelis ſuis
Math. 4 mādauit de te: vt cuſtodiāt te in oīb' vijs tuis. Audiſtis mo
do cū euāgelium recitaretur: attēdite: Baptizatus eſt dñs:
ieiunauit. Quare baptizatus? Ut non aſpernaremur bapti-
Math. 3. zari. Nam cum ipſe ioannes diceret domino: Tu ad me ve-
nis baptizari: ego a te debeo baptizari. Et dominus: Sine
modo: ſic enim oportet adimplere omnem iuſtitiā: Voluit
impleri: humilitatem: vt ablueretur qui ſordes nō habebat
Ut quid hoc? Propter ſupbiam futurorū. Exiſtit enī aliqs
cathecumin': qui forte doctrina et moribus vincit multos fi-
deles: Attēdit iam baptizatos multos imperitos: nō ſic vi-
uentes quō ipſe viuit: nō in tāta cōtinētia: nō in tāta caſtita
te: Iā ille nec vxorem querit: et videt aliquādo fidelem ſi nō
fornicātem: tamē vxore intemperātius vtētem: pōt erigere
ceruicē ſupbie et dicere: quid mihi iam opus eſt baptizari:
vt hoc accipiam quod iſte habet: quē iam et vita et doctrina
precedo? Huic dñs. Quid preceſſiſti. Quātum preceſſiſti? Tā
Mat. 10. tūne quātum ego te? Non eſt ſeru' ſup dominū ſuum: neq̄
diſcipulus ſup magiſtrum ſuū. Sufficit ſeruo vt ſit ſicut do-
minus ei': et diſcipulo vt ſit ſicut magiſter eius. Noli extol-
li: vt nō queras baptiſmum. Baptiſmū queres domini: ego
I ſerui queſiui. Baptizatus eſt ergo dominus: et poſt bapti-
ſmum temptatus eſt: ieiunauit quadraginta diebus in my-
ſterio: quod ſepe vobis commemoraui. Non omnia vno
Mat. 4. tempore dici poſſunt: ne occupēt neceſſaria tempora. Poſt
quadraginta dies eſuriuit: qui poterat et nūq̄ eſurire. Sed
quō temptaretur? Aut ſi ille nō vinceret temptatorem: quō
diſceres tu cum temptatore pugnare? Eſuriuit etiam tem-
Ibidem. ptatus audiuit: dic lapidib' iſtis vt panes fiant: ſi filius dei
es. Quid magnum erat dño ieſu xp̄o de lapidibus panem
facere: qui de quinq̄ panibus tot milia ſatiauit? De nihilo
fecit panem. Tāta enī fuerat multitudo eſce: que ſaturaret
Mat. 14. tot milia? Unde pceſſit? Fōtes panes erāt in manibus dñi:
Non eſt mirū: nam ipſe fecit de quinq̄ panibus multos pa
nes vnde ſaturaret tot milia: qui facit quotidie in terra de
paucis granis meſſes ingētes. Ipſa enim ſunt miracula do
mini: ſed aſſiduitate viluerunt. Quid ergo fratres? Impoſſi
bile erat domino de lapidibus panes facere? Homines fe-
Mat. 3. cit de lapidibus: dicente ipſo ioāne baptiſta: Potēs eſt de'
de lapidibus iſtis ſuſcitare filios abrahe. Quare ergo non
fecit? Ut te doceret reſpondere temptatori: vt ſi forte in ali-
qua anguſtia poſitus fueris: et ſuggeſſerit tibi tēptator: ſi
chriſtianus eſſes et ad chriſtum pertineres: deſereret te mo

do vt non dediſſet tibi auxiliū? Et forte adhuc medicus ſe
cat: et ideo deſerit: Sed non deſerit: Quomodo paulum ip
ſum ideo non exaudiuit? Nam dicit paulus non ſe exauditū 2. Corin. 12
de ſtimulo carnis ſue angelo ſathane: a quo colaphiſari ſe
dixit: Proper qđ dominum ter rogaui vt auferret eū a me.
et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmi
tate perficitur. Tāq̄ medico diceretur poſito forte epithe-
mate: moleſtum eſt mihi hoc emplaſtrū: rogo te tolle illud:
Et medicus: Non opus eſt: diu ibi ſit: non enī aliter ſanare
poterit. Egrotum nō exaudiuit medicus ad volūtatem: qr
exaudiuit ad ſalutem. Ideoq̄ fortes eſtote fratres: et quā-
do aliqua inopia temptamini deo flagellante et erudiente
vos: quibus et parat et ſeruat eternam hereditatem: nō vo
bis ſuggerat diabolus: Si iuſtus eſſes: nōne tibi per coruū 3. Regū. 17
mitteret panem: quō miſit helie? Ubi eſt quod legiſti: Nūq̄ Ps. 36.
vidi iuſtum derelictum: nec ſemē eius querens panē? Tu re
ſponde diabolo: Verū dicit ſcriptura: nūq̄ vidi iuſtum dere
lictum: nec ſemē eius querēs panē. Habeo enim panē meū
quem tu nō noſti. Quem panem? Audi dominum: Non in ſo
lo pane viuit homo: ſed in omni verbo dei. Putas ne verbū Mat. 4.
dei nō ſit panis? Si nō eſſet panis: nō diceret verbū dei p
quod facta ſunt omnia: Ego ſū panis viuus qui de celo de Ioā. 6.
ſcendi. Didiciſti ergo quid reſpondeas temptatori in angu K
ſtia famis. Quid ſi te ſic temptat vt dicat tibi: ſi chriſtianus
eſſes: faceres miracula quomodo fecerūt multi chriſtiani?
Tu iam ſuggeſtione mala deceptus: temptares dominum
deum tuum: et diceres domino deo noſtro: Si chriſtianus
ſum: et ſum ante oculos tuos: et in aliquo numero tuorū me
computas: faciam et ego aliquid qualia multa fecerunt ſerui
tui: Temptaſti deum quaſi nō ſis chriſtianus ſi hoc facias.
Multi talia deſiderantes ceciderūt. Nam ſymon ille mag' Act. 8.
talia deſiderauit ab apoſtolis: qui ſpiritūſanctū p pecuniā
voluit comparare. Amauit potentiam miraculorum: et nō
amauit imitationem humilitatis. Ideo quidam diſcipul':
vel quidam de turba: cum vellet ſequi dominum: attendēs
miracula que faciebat: vidit illum dominus ſuperbum non
querere viam humilitatis: ſed typum potētie: et ait: Uulpes Mat. 8.
foueas habent: et volucres celi nidos: filius autē hominis
non habet vbi caput reclinet. Uulpes in te foueas habent:
volucres celi in te nidos habēt. Uulpes dolus eſt: volucre
celi ſuperbia eſt. Sicut enim volucres alta petūt: ſic ſupbi:
Et vt vulpes cauernas habent doloſas: ita omnes inſidia
tores. Quid ergo reſpondit dominus? Poteſt in te habita-
re ſuperbia et dolus: chriſtus non habet vbi in te habitet:
vbi reclinet caput ſuum: Quia reclinatio capitis: humilitas
chriſti eſt: Niſi reclinaret caput non iuſtificareris. Talia de
ſiderantes et diſcipuli: et volentes iam appetere ſedē regni
anteq̄ viam humilitatis caperent: quando illi ſuggeſtum Mat. 20.
eſt a matre diſcipulorum: Dic vt vnus ſedeat ad dexteram:
et alius ad ſiniſtram tuam: potentiam querebāt: ſed p paſ-
ſionem humilitatis venitur ad potētiā regni. Ait domin':
Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Quid Ibidem.
cogitatis altitudinem regni: et non imitamini humilitatem
meam? Ergo quid ſi ſic te temptet: fac miracula? Ne et tu
temptes deum: quid debes reſpondere? Quod reſpondit
dominus. Ait illi diabolus: Mitte te deorſum: quia ſcriptū Mat. 4.
eſt: Angelis ſuis mandauit de te: vt in manibus tollant te
ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Si te miſeris:
angeli te ſuſcipient. Et poſſet quidem fieri fratres: vt ſi ſe
miſiſſet dominus: obſequia angelorum ſuſciperent carnem
domini. Sed quid illi ait? Iterum ſcriptum eſt: Non tem- Deut. 6.
ptabis dominū deum tuum. Hominem me putas. Ad hoc
enim acceſſit diabolus vt temptaret vtrum filius dei eſſet:
Ipſe videbat carnem: ſed maieſtas in operibus appare-
bat: Angeli teſtimonium dixerunt: Ille videbat mortalem
vt temptaret: vt chriſto temptato doceretur chriſtianus.
Quid ergo ſcriptum eſt? Non temptabis dominum deum
tuum. Itaq̄ non temptemus dominum vt dicamus: ſi ad L
te pertinemus: miracula faciamus. Redeamus ergo pro-
pter verba pſalmi: Angelis ſuis inquit mandauit de te: vt
cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus tollent te:
ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Sublatus Marci. 16.
eſt chriſtus in manibus angelorum: quando aſſumptus Act. 1.

eſt in celum:non quia ſi non poꝛtarent angeli ruiturus erat:
ſed quia obſequebantur regi:ne foꝛte dicatis:melioꝛes ſunt
qui poꝛtabant ꝙ ille qui poꝛtabatur. Ergo melioꝛa ſunt iu-
menta ꝙ homines?Sed quia infirmitatem dominū poꝛtāt
iumenta. Nec hoc debemus dicere:Etenī iumenta ſi ſe ſub
trahant:cadunt qui ſedent. Sed quomodo debemus dice-
re? Nam et de deo dictū eſt:Celum mihi ſedes eſt. Quia er
Eſa.66. go celum poꝛtat:et deus ſedet:ideo melius eſt celum? Sic
Act.7. ergo et de obſequio angeloꝛū in hoc pſalmo intelligere po
terimus. Nam non ad infirmitatē domini pertinet:ſed ad
illoꝛum honoꝛificentiam:ad illoꝛum ſeruitutē. Reſurrexit
Ro.4. autem dominus ieſus chꝛiſtus. Propter quid? Apoſtolū au
dite. Moꝛtuus eſt propter delicta noſtra:et reſurrexit pro-
Joā.7. pter iuſtificationem noſtram. Item de ſpiritusancto euan-
gelium:Spiritus quidem inquit nondum erat datus:quia
ieſus nondū erat clarificatus. Que eſt clarificatio ieſu? Re
Act.2. ſurrexit et aſcendit in celum. A deo clarificatus aſcenſione
Exo.12.et in celum:miſit ſpiritum ſuum ſanctum die pentecoſtes. In
19. lege autem in libro moyſi Exodo:a die agni occiſi et māda
cati quinquaginta dies numerantur:et data eſt lex in tabu-
Exo.31. lis lapideis ſcripta digito dei. Quid ſit digitus dei:euange
lium nobis exponit:quia digitus dei ſpiritusſanctꝰ eſt. Quo
Mat.12. modo pꝛobamus? Dominus reſpondens eis qui illum dice-
Luce.11. bant in nomine beelzebub eijcere demonia:ait: Si ego in
ſpiritu dei eijcio demonia. Alius euangeliſta cum hoc nar-
raret: Si ego inquit in digito dei eijcio demonia. Quod er
go poſitum eſt in vno apte:poſitū eſt in altero obſcure. Ne
ſciebas quid ſit digitus dei:exponit alius euangeliſta dicēs
Act.2. eum eſſe ſpiritū dei. Digito ergo dei ſcripta lex data eſt die
quinquageſimo ab occiſione agni:et ſpiritusſanctus venit
Exo.12.et die quinquageſimo a paſſione domini noſtri ieſu chꝛiſti. Oc
19. ciſus eſt agnus:factum eſt paſca:impleti ſunt quinquagin-
ta dies:data eſt lex:Sed data eſt illa lex ad timoꝛem:nō ad
amoꝛem. Ut autem timoꝛ conuerteretur in amoꝛē:occiſus
eſt iuſtus iam in veritate:cuius typus erat ille agnus quem
occidebant iudei. Reſurrexit:et a die paſche domini ſicut a
die paſche agni occiſi numerantur quinquaginta dies:et ve
nit ſpiritusſanctus iam in plenitudine amoꝛis:non in pena
Act.2. timoꝛis. Quare hoc dixi? Ad hoc ergo reſurrexit dominus
M et gloꝛificatus eſt:vt mitteret ſpiritumſanctum. Et dixerā
iam dudū:quia caput in celo eſt:pedes in terra. Si caput
in celo:pedes in terra:quid eſt pedes domini in terra:niſi
ſancti domini in terra? Qui ſunt pedes dn̄i? Apoſtoli miſſi
per totum oꝛbem terrarum. Qui ſunt pedes domini? Om-
nes euangeliſte in quibus paragrat dominus vniuerſas gē
tes. Metuendum erat ne euangeliſte offenderent in lapi-
Exo.3. dem. Illo enim in celo poſito capite:pedes qui in terra la-
boꝛabant poſſent offendere in lapidē. In quē lapidē? In
legē i tabulis lapideis datā. Ne ergo legis rei fierēt:nō ac-
cepta grā et in lege rei tenerētur: ipſa eſt enī offenſio reatꝰ
quos lex tenebat reos:abſoluit dn̄s:vt iā in legē nō offen-
derēt. Ne pedes huiꝰ capitꝭ incurrerēt in legis reatū:miſſus
eſt ſpūſſanctꝰ vt amoꝛē faceret:et ſolueret a timoꝛe. Timoꝛ
legem non implebat:amoꝛ implebit. Timuerunt homines
et non impleuerunt:amauerunt et impleuerūt. Quomodo
timuerunt et non impleuerunt:amauerunt et impleuerūt?
Timebant homines:et rapiebant res alienas:amauerunt:
Marci.26. et donauerunt ſuas. Ergo non eſt mirandum:quia ideo in
manibus angeloꝛum aſſumptus eſt dominus in celum:ne
offenderet ad lapidem pes eius:ne illi qui in terra laboꝛa-
bant in coꝛpoꝛe eius:peragrantes totum oꝛbem terrarum
Mat.16. fierent rei legis:ſubtraxit ab eis timoꝛem:et impleuit eos
amoꝛe. Timoꝛe petrus ter negauit:nōdū enī accepera ſpi-
ritumſanctum. Accepto poſtea ſpiritusancto:cum fiducia
cepit predicare. Qui ad vocem ancille ter negauit:accepto
Act.5. ſpiritusancto inter flagella pꝛincipum confeſſus eſt quem
negauerat. Non mirum:quia dominus ipſum trinum timo
Joā.21 rem trino amoꝛe diſſoluit. Reſurgens enim a moꝛtuis ait
petro: Petre amas me? Non dixit times me. Nam ſi adhuc
timeret:offenderet ad lapidem pedem ſuum. Amas me in-
quit? Et ille. Amo. Sufficiebat ſemel. Foꝛte mihi ſufficeret
qui coꝛ non video:quanto magis ſufficeret domino:qui vi
debat quibus medullis viſcerum ſuoꝛum dicebat petrus:
amo. Nō ſufficit domino reſpōderet ſemel:interrogat ite-
rum:et ille reſpōdet:amo. Interrogat tertio: Et iam tedio
affectus petrus:quaſi dubitaret dominus noſter de amoꝛe
ipſius: Dn̄e tu inquit ſcis omnia:tu ſcis quia amo te. Sed
dominus cumulo ſic egit:et tanꝙ diceret: Ter me negaſti
timendo:ter me confitere amando. Iſto amoꝛe ⁊ iſta chari
tate repleuit diſcipulos ſuos. Quare: Quia altiſſimum po- Act.2.
ſuit refugium ſuum:quia clarificatus miſit ſpiritumſanctū
Soluit credentes a reatu legis:ne in lapidem offenderent
pedes eius. Iam cetera manifeſta ſunt fratres:quia ſepe
tractata ſunt. ⌊ Super aſpidem ⁊ baſiliſcum ambulabis: N
et conculcabis leonem et dracoꝛem. ⌋ Qui ſit ſerpēs noſter:
quomodo ſuper illum calcet eccleſia que non vincitur:quia
cauet aſtutias ipſius. Quemadmodū autem ſit leo ⁊ draco:
puto et hoc noſſe charitatem veſtrā. Leo ſeuit aperte:dra
co occulte inſidiaṫ. Utramqꝫ vim ⁊ poteſtatē habet diabo-
lus: Quando martyꝛes occidebanṫ:leo erat ſeuiens: Quā
do heretici inſidiatur:draco eſt ſurrepens. Uiciſti leonem:
vince et draconem. Non te fregit leo:non te decipiat draco.
Pꝛobemus quia leo erat quādo aperte ſeuiebat. Exhoꝛtās
martyꝛes petrus ait: Neſcitis quia aduerſarius veſter dia 1.Pet.5.
bolus tanꝙ leo rugiens circuit querens quem deuoꝛet
Aperte ſeuiens leo querebat quē deuoꝛaret. Draco quo-
modo inſidiatur? Per hereticos. Tales timens paulꝰ ne ab
illis coꝛrūperetur eccleſia a virginitate fidei quā geſtabat 2.Coꝛin.11.
in coꝛde:ait: Deſponſaui enim vos vni viro virginē caſtā ex
hibere chꝛiſto: et timeo ne ſicut ſerpens euam ſeduxit aſtu-
tia ſua:ita ⁊ mentes veſtre coꝛrumpātur a caſtitate que eſt
in chꝛiſto. Uirginitatem coꝛpoꝛis pauce femine habēt in ec-
cleſia:ſed virginitatem coꝛdis:omnes fideles habent. In
ipſa fide virginitatem coꝛdis timebat coꝛrumpi a diabolo:
quā qui perdiderint:ſine cauſa ſunt virgines coꝛpoꝛe. Coꝛ-
rupta coꝛde quid ſeruat in coꝛpoꝛe? Ideo mulier catholica
pꝛecedit virginem hereticā. Illa enim nō eſt virgo in coꝛpo
re:iſta mulier facta eſt in coꝛde:⁊ mulier nō a marito deo:
ſed a ſerpente. Quid autem eccleſie? Super aſpidem ⁊ baſi
liſcum ambulabis. Rex eſt ſerpentum baſiliſcus:ſicut ⁊ dia
bolus rex eſt demonioꝛū. Et cōculcabis leonē ⁊ draconē. Iā
verba dei ad eccleſiā. ⌊ Quoniā in me ſperauit eruā eū. ⌋ O
Non ſolū ergo caput eſt:quod modo ſedet in celo:quia altiſ
ſimum poſuit refugium ſuū:ad quod nō accedūt mala:⁊ fla
gellū nō appꝛopinquabit tabernaculo eius:ſed ⁊ nos qui la
boꝛamus in terra:⁊ adhuc in tēptationibꝰ viuimus quoꝛum
greſſus timentur ne in laqueos incidant:audiamus vocē do
mini dei noſtri cōſolātis nos ⁊ dicētis nobis: Quoniā in me
ſperauit:eruam eū: ⌊ Protegā eū quoniā cognouit nomen
meum. † Inuocauit me ⁊ ego exaudiā eū:cū ipſo ſum in tri- Al.† clama
bulatione. ⌋ Noli timere quādo tribularis:ne quaſi non ſit uit ad me.
tecū deꝰ: Fides ſit tecū:⁊ tecū eſt deus in tribulatione. Flu
ctus ſunt maris:turbaris in nauigio:quia doꝛmit chꝛiſtus. Mat.8.
Doꝛmiebat in naui chꝛiſtus:perierant homines. Si fides Sup ioā.
tua doꝛmit in coꝛde tuo:tanꝙ in naui tua doꝛmit chꝛiſtus: tract.49.k
quia chꝛiſtus per fidē in te habitat. Cum turbari ceperis:
excita chꝛiſtū doꝛmientē:erige fidē tuā:⁊ noueris quia te nō
deſerit. Sed ideo putas te deſeri:quia nō quādo vis eripit.
Eripuit tres pueros de igne. Qui eripuit tres pueros:de- Dan.3.
ſeruit machabeos? Abſit. Et illos eripuit:⁊ illos. Illos coꝛ 1.Mach.7.
poꝛaliter:vt infideles confunderentur:iſtos ſpiritualiter:vt
fideles imitarentur. Cum ipſo ſum in tribulatione: ⌊ † Et Al.† nō hꝫ
† eximā eū ⁊ gloꝛificabo eū. Lōgitudine dierū replebo eū. ⌋ Al.† eripiā
Que eſt lōgitudo dierū? Uita eterna eſt. Fratres:nolite pu P
tare lōgitudinem dierum dici:ſicut ſunt hyeme dies mino-
res:eſtate dies maioꝛes. Tales dies nobis habet dare: Lō-
gitudo illa eſt que nō habet finē:eterna vita:que nobis pꝛo
mittitur in diebus longis. Et vere quia ſufficit:non ſine cau
ſa dixit:replebo eū. Non nobis ſufficit quicquid longum eſt
in tēpoꝛe ſi habet finē:⁊ ideo nec longū dicendū. Et ſi aua-
ri ſumus:vite eterne debemus eſſe auari:talem vitam de-
ſiderare que non habet finē. Ecce vbi extēdatur auaricia ve
ſtra. Argētū vis ſine fine? Uitā eternā deſidera ſine fine. Nō
vis vt habeat finē poſſeſſio tua? Uitā eternā deſidera. Que
eſt? Longitudine dierum replebo eum. ⌊ Et oſtendam illi Q
ſalutare meum. ⌋ Nec hoc fratres breuiter pꝛetereundum
eſt:oſtendam

eſt:oſtendā illi ſalutare meū:hoc dixit: oſtendā illi ipſm xp̄z:
Quare? Nō ē viſus in terra? Quid nobis magnū hz oſtdere?
Sed nō eſt viſus tali viſu quali videbim⁹. Tali viſu viſus eſt:
quali viderūt qui crucifixerūt. Ecce qui viderūt crucifixerūt
nos non videmus ꝛ credimus. Illi oculos habebant: ꝛ nos
nō habemus? Immo ꝛ nos cordis oculos habemus:ſed per
1. Cor. 13. fidem adhuc videmus non per ſpeciē. Quādo erit ſpecies?
Quando videbimus eum facie ad faciē:qḋ dicit apoſtolus:
qḋ nobis pmittit deus in magno pmio omniū laboꝝ noſtro
rum. Quicquid laboras:ad hoc laboras vt videas. Neſcio
quid magnū eſt qḋ viſuri ſumus:quādo tota merces noſtra
viſio eſt:ꝛ ipſum magnū viſum:hoc eſt dn̄s noſter ieſus chri
Joan. j. ſtus: Ipſe qui humilis viſus eſt:ipſe videbit magnus:ꝛ leti
ficabit nos quō videtur modo ab angelis: In principio erat
Joan. 14. verbū:ꝛ verbū erat apud deū:ꝛ deus erat verbū. Attendite
qui hoc promiſit ipſum dn̄m in euangelio dicentē:Qui dili
git me:diligetur a patre meo:ꝛ ego diligā eum. Et quaſi dice
retur ei:ꝛ quid ei dabis qui diligit te? Oſtendā inquit meip
ſum illi. Deſideremus ꝛ amemus: Flagremus ſi ſponſa ſu
mus. Sponſus abſens eſt:ſuſtineamus: veniet quē deſide
ramus. Tantū pignus dedit:non timeat ſponſa ne deſeratur a
ſponſo:non dimittit pignus ſuū. Qḋ pignus dedit? Sangui
nem ſuum fudit. Qḋ pignus dedit? Spiritūſanctum miſit.
R Talia pignora dimittet ille ſponſus? Si nō amaret:talia pi
Joan. 15. gnora non daret. Iam amat. O ſi ſic amaremus. Maiorem
dilectionem nemo habet: ꝙ vt animā ſuam ponat pro ami
cis ſuis. Et nos quomodo ponimus animas noſtras pro il
lo? Quid illi prodeſt:quando iam altiſſimū poſuit refugium
ſuum:ꝛ flagellū non appropinquat tabernaculo eius? Sed
1. Joan. 3. quid dicit ioannes? Sicut chriſtus pro nobis animā ſuā po
ſuit:ſic ꝛ nos debem⁹ pro fratrib⁹ animas ponere. Uniuſquiſ
ꝙ ponens pro fratre animam:pro chriſto ponit. Qui modo
Mat. 25. paſcit fratrem:chriſtum paſcit. Cū uni ex minimis meis fe
ciſtis:mihi feciſtis. Amemus ꝛ imitemur:curramus poſt vn
Cant. j. guenta eius:quomodo dicit in Canticiſcanticoꝝ: Poſt odo
rem vnguentorum tuorum currimus. Uenit enim et oleuit:
et odor ipſius impleuit totum mundū. Unde odor? De celo.
Sequere ergo ad celū:ſi non falſum reſpondes qḋ dicitur:
Surſum cor:ſurſum cogitationem:ſurſu amorē:ſurſum ſpē.
Ne putreſcat in terra triticum:nō audes ponere in humida
terra ne putreſcat:q: laboraſti ꝛ meſſuiſti: trituraſti ꝛ venti
laſti. Queris locum tritico tuo:ꝛ non queris locū cordi tuo:
et non queris locum theſauro tuo? Fac quicquid poteris in
terra:eroga:nō perdes ſed recondes. Et quis ſeruat? Chri
ſtus qui ꝛ te ſaluat. Te nouit ſaluare: theſaurū tuū non no
uit ſeruare? Quare aūt vult vt locū mutes theſauro tuo:niſi
vt locū mutes cordi tuo? Nemo eni cogitat niſi de theſauro
ſuo. Quāmulti hic ſunt qui me modo audiunt: ꝛ non eſt cor
Mat. 6. eoꝝ niſi in ſaccellis ſuis. In terra eſtis:q: l terra eſt qḋ ama
tis. Mittatur in celū ꝛ ibi erit corveſtrū. Ubi eni fuerit the
ſaurus tuus:ibi erit ꝛ cor tuum.

¶ Explicit Tractatus de ps̄.xc.
¶ Incipit Tractatus de ps̄.xcj.

A Attendite ad pſalmū:det nobis dn̄s aperire myſteria
que hic continentur:q: propter faſtidiū animoꝝ: eadez
diuerſe varieꝗ tractantur. Nam nullū aliud canticū nos do
cet deus:niſi fidei:ſpei:ꝛ charitatis:vt fides noſtra firma ſit
in ipſo ꝗdiu illum nō videmus:credentes in eū quem nō vi
demus vt gaudeamus cū viderimus:ꝛ fidei noſtre ſuccedat
ſpecies lucis eius:vbi iam nō nobis dicetur:crede qḋ non vi
des:ſed gaude q: vides. Spes etiam noſtra incōmutabilis
ſit:ꝛ figatur in illo:ꝛ nō mutet ꝛ fluctuet: Non agitetur ſicut ip
ſe deus in quo figitur non poteſt agitari. Spes enim que mo
do vocatur: tunc non ſpes ſed res erit. Tandiu enim vocatur
ſpes:ꝗdiu non videtur quod ſperatur dicēte apoſtolo:Spes
Ro. 8. autem que videtur non eſt ſpes. Qḋ enim videt quis:quid
ſperat? Si aūt qḋ nō videm⁹ ſperam⁹:per patientiā expecta
mus. Modo ergo patiētia neceſſaria eſt ꝗdiu veniat quod
promiſſum eſt. Nemo aūt patiens eſt in bonis. Quādo exi
gitur de homine patientia:in malis agit:quando dicitur:pa
tiens eſto:tolera: ſuſtine: moleſtia eſt:ſub qua te deus vult
eſſe fortem:tolerantem:longanimem: patientem. Sed nun
quid decipit qui promiſit? Medicus exerit ferrum ad ſecan
da vulnera:ꝛ dicit ei quez ſecturus eſt: Patiens eſto:ſuſtine:
tolera. In doloribus exigit patiētiam:ſed poſt dolores pro
mittit ſalutem. Et ipſe qui tolerat dolores in ferro medici:
niſi ſibi proponat ſanitatē quā nondū habet:deficit in dolo
re quem patitur. Multa ergo mala ſunt in iſto ſeculo:intus
foris:prorſus nō ceſſant: Abundant ſcandala:nemo illa ſen
tit:niſi qui graditur viam dei. Et dicitur in omnibus diuinis
paginis vt toleret preſentia:ſperet futura:amet que non vi
det:vt amplectatur cum viderit. Charitas enim que tertia
nobis adiungitur ad fidem ꝛ ad ſpem:maior eſt ſupra fidez 1. Cor. 13.
et ſpem:q: fides eſt rerum que non videntur: erunt aūt ſpe
cies cum viſe fuerint:ꝛ ſpes rei eſt que non tenetur: adueniē
te ipſa re: non erit iam ſpes:q: tenebimus non ſperabimus
Charitas aūt non nouit creſcere niſi magis magiſꝗ. Si eni
amamus quē nō videmus:quomodo amaturi ſumus cū vide
rimus? Deſideriū ergo noſtrum creſcat:chriſtiani non ſumus
niſi propter futurum ſeculum. Nemo preſentia bona ſperet
nemo ſibi promittat felicitatem mundi q: chriſtianus eſt:ſed
vtatur felicitate preſenti vt poteſt:quomodo poteſt: quādo
poteſt:quantum poteſt. Cū adeſt: conſolationi dei gratias
agat:cū deeſt:iuſtitie dei gratias agat. Ubiꝗ ſit gratus:nō
ꝙ ſit ingratus. Et patri conſolāti ꝛ blandienti gratus ſit:et B
patri emendanti ꝛ flagellanti ꝛ diſciplinam danti gratus ſit
Amat enim ille ſemper ſiue blandiatur ſiue minetur:ꝛ dicat
qḋ audiſtis in pſalmo: Bonū eſt confiteri domino : ꝛ pſalle
re nomini tuo altiſſime. Titulus pſalmi habet: Pſalmus
cātici in die ſabbati. Ecce ꝛ hodiernus dies ſabbati ē: Hūc Exod. 20.
in preſenti tempore ocio quodam corporaliter lāguido ꝛ flu
xo ꝛ luxurioſo celebrant iudei. Uacant enim ad nugas: Et cū
deus preceperit obſeruari ſabbatū:illi in his que deus pro
hibet exercent ſabbatum. Uacatio noſtra a malis operibus
vacatio illorum a bonis operibus eſt. Melius eſt enim ara
re ꝙ ſaltare. Illi enim a bono opere vacant:ab opere nuga
torio non vacant. Nobis ſabbatum indicit deus. Quare? Pri
mo vbi ſit videte. Intus eſt:in corde eſt ſabbatum noſtruz.
Multi enim vacant membris: ꝛ tumultuantur conſcientia.
Omnis homo malus:ſabbatum habere non poteſt. Nuſꝗ
enim illius conquieſcit conſcientia:ꝛ neceſſe eſt vt in pertur
bationibus viuat. Cui autem bona eſt conſcientia:tranquil
lus eſt:et ipſa tranquillitas: ſabbatum eſt cordis. Attendit
enim promiſſorem dominum:ꝛ ſi laborat in preſenti:extēdi Ro. 12.
tur ſpe futuri:ꝛ ſerenatur omne nubilum triſtitie:ſicut dicit
apoſtolus:Spe gaudentes. Ipſum autem gaudium in trā
quillitate ſpei noſtre:ſabbatum noſtrum eſt. Hoc cōmenda
tur: hoc cantatur in iſto pſalmo:quomodo ſit homo chriſtia
nus in ſabbato cordis ſui:ideſt in vaccatione ꝛ tranquillita
te ꝛ ſerenitate cōſcientie ſue imperturbatus. Inde dicit hic C
vnde ſolent perturbari homines :ꝛ docet te agere ſabbatuz
in corde tuo. Primum eſt vt tu ipſe ſi aliquid profeciſti : deo
confitearis ex eo qḋ profeciſti:q: munera ipſius ſunt:nō me
rita tua. Hinc incipe ſabbatum:non tibi tribuendo quaſi nō 1. Cor. 4.
acceperis quod accepiſti: neꝗ excuſando te ab eo qḋ facis
mali:q: ipſa ſunt tua. Peruerſi enim homines et perturbati
qui non agunt ſabbatum:mala ſua deo tribuunt:bona ſua ſi
bi. Si quid boni fecerit:ego feci dicit : ſi quid mali fecerit:
querit quem accuſet:ne confiteatur deo. Et quid eſt: querit
quem accuſet? Si non eſt valde impius:ad manum ſathanā
habet quem accuſet. Sathanas fecit dicit: ipſe mihi perſua
ſit:quaſi ſathanas habeat poteſtatem cogēdi. Aſtutiam ſua
dendi habet. Sed ſi ſathanas loqueretur ꝛ taceret deus:ha
beres vnde te excuſares: Modo aures tue poſite ſunt inter
monentem deum ꝛ ſuggerentem ſerpentem. Quare huc fle
ctuntur:hinc auertuntur? Non ceſſat ſathanas ſuadere ma
lum:ſed nec deus ceſſat admonere bonum. Sathanas autē
non cogit inuitum: In tua poteſtate eſt conſentire aut non
conſentire. Si aliquid perſuadente ſathana mali feceris: di
mitte ſathanam:accuſa te:vt accuſatione tua dei miam me
rearis. Expetis illū accuſare qui non habet veniā? Te accuſa
ꝛ accipis indulgētiā. Deinde multi nō accuſant ſathanā: ſed
accuſant fatū. Fatū meū me duxit dicit. Cui dixeris illi:quare
feciſti:quare peccaſti? Et ille:Fato meo malo: Ne dicat ego

ſeci:iam manus ad deum tendit:lingua blaſphemat. Non-
dum quidem hoc aperte dicat:ſed tamen attende et vide
quia hoc dicit. Queris ab illo quid ſit fatum:et dicit:ſtelle
male. Queris ab illo quis fecit ſtellas:quis ordinauit ſtel-
las:non habet quid tibi reſpondeat niſi deus. Reſtat ergo
vt ſiue per tranſennam:ſiue per cannam longam:ſiue per
proximum:deum accuſet:et cum deus puniat peccata:deū
faciat autorem peccatorum ſuorum. Non poteſt enim fie-
ri vt puniat quod fecit: Punit quod facis:vt liberet quod
fecit. Aliquando autem dimiſſis omnibus omnino directe
eunt in deum:et quando peccant dicunt:deus hoc voluit:ꝛ
ſi nollet deus:non peccarem. Ergo ne ad hoc monet deus
vt non ſolum non audiatur vt non pecces:ſed accuſetur qꝛ
peccas? Quid ergo nos docet pſalmus iſte?

¶ Expoſitio pſalmi.

D Bonum eſt confiteri domino. Quid eſt confiteri do-
mino? In vtraqꝫ re:et in peccato tuo:quia tu feciſti:ꝛ
Al.† Et pſallere nomini tuo altiſſime. in bono facto confiteri domino:quia ipſe fecit. † Tūc pſal-
les nomini domini altiſſimi. Querens gloriam dei non
tuam:nomen ipſius non tuum. Si enim tu queris nomen
dei:querit et ipſe nomē tuū: Si autem tu neglexeris nomē
dei:delet et ipſe nomen tuum. Quomodo autem dixi que-
Luce.10. ret et ipſe nomen tuum? Quomodo dixit diſcipulis venien-
tibus poſteaqꝫ miſit eos euangelizare. Cum feciſſent multa
miracula:et in nomine chriſti demonia eieciſſent:redeūtes
dixerunt: Domine:ecce nobis demonia ſubiecta ſunt. Dixe-
runt quidem in nomine tuo:ſed ille vidit in eis quia ipſa
gloriatione gaudebant et extollebant ſe:ꝛ ibant inde in ſu-
perbiam quia licuit illis expellere demonia:vidit illos que-
rere gloriam ſuam:et ait illis querens ipſe:immo conſer-
Ibidem. uans nomina eorum apud ſe: Nolite gaudere in hoc:gau-
dete autem qꝛ nomina veſtra ſcripta ſunt in celo. Ecce vbi
habes nomen:ſi tu nomen dei non negligas. Pſalle ergo
nomini dei:vt fixum ſit apud deum nomen tuum. Pſallere
autem deo quid eſt fratres? Pſalterium organi genus eſt:
chordas habet. Opus noſtrum:pſalterium noſtrū eſt. Qui-
cunqꝫ manib⁹ operatur opera bona:pſallit deo: Quicunqꝫ
ore confitetur: cantat deo. Canta ore: pſalle operibus.
E Ad quam rem? Ad annunciandum mane miſericordiam
tuam:et veritatem tuam per noctē. Quid ſibi vult quia
mane annuncianda eſt miſericordia dei:et per noctem veri-
tas dei? Mane dicitur:quādo nobis bene eſt: Nox dicitur
quando triſticia tribulationis eſt. Quid ergo dixit breuiter
Quando tibi bene eſt:gaude deo:quia miſericordia ipſius
eſt. Iam tu forte diceres: Si ergo gaudeo quando mihi
bene eſt:quia miſericordia ipſius eſt:quando in triſticia:in
tribulatione ſum:quid facio? Miſericordia ipſius eſt quan-
do mihi bene eſt:crudelitas ergo ipſius quando male eſt?
Si laudo miſericordiam quando bene eſt:reprehendo er-
go crudelitatem quando male eſt? Non. Sed quando bene
eſt:lauda miſericordiam:quando male eſt lauda veritatem:
quia peccata flagellat:non eſt iniquus. In nocte erat da-
niel quando orabat. Erat enim in captiuitate hieruſalem:
Dañ. 6. et 14. et. 3. erat in poteſtate oſtium. Tunc multa mala ſancti patiebā-
tur:tunc ipſe in lacum leonū miſſus eſt:tunc tres pueri in
ignem precipitati ſunt. Hec patiebatur in captiuitate po-
pulus iſrael: Nox erat. Per noctem confitebatur daniel ve-
Dañ. 3. ꝛ 9. ritatem dei:dicebat in oratione: Peccauimus:impie egim⁹:
iniquitatem fecimus: Tibi domine gloria:nobis confuſio.
Veritatē dei annūciabat ꝑ noctē: Quid eſt:veritatē dei an-
nūciabat ꝑ noctē? Non accuſare deū:qꝛ pateris aliqd mali:
ſed tribuere illud peccatis tuis: emēdationi ipſi⁹:ad annūciādā
mane miſericordiā ipſius:ꝛ veritatē ꝑ noctē. Cū miſericor-
diā annūcias mane:et veritatē ꝑ noctē: ſemꝑ laudas deū:
F ſemper confiteris deo: et pſallis nomini eius: In deca-
chordo pſalterio: cum cantico in cithara. Decachordum
pſalterium non modo audiſtis. Decachordum pſalterium
ſignificat decem precepta legis. Sed cantare in illo opus
eſt:non portare pſalterium. Nam et iudei habent leges:por-
tant et non pſallunt. Qui ſunt qui pſallunt? Qui operātur.
Parum eſt: Qui operantur cum triſticia:nondum pſallunt
Qui ſunt qui pſallunt? Qui cum hilaritate faciūt bene. In
2. Corin. 9. pſallendo enim hilaritas eſt. Et quid dicit apoſtolus? Hila-
rem enī datorē diligit de⁹. Quicquid facis cum hilaritate
fac bonum:tunc et bene facis Si autem cū triſticia facis:
fit de te:non facis:et portas magis pſalterium non cantas
In pſalterio decachordo cum cantico in cithara:hoc eſt in
verbo et opere. Cum cantico in verbo:in cithara in opere.
Si verba ſola dicis:quaſi canticum ſolum habes:citharam
non habes: Si operaris et non loqueris:quaſi ſolam citha-
ram habes. Propter hoc et loquere bene et fac bene:ſi vis G
habere canticum cum cithara. Quia † iocundaſti me do- Al. † delectaſti.
mine in factura tua:et in operibus manuum tuarum exul-
tabo. Videtis quid dicat: Tu me feciſti bene viuentem:tu
me formaſti. Si quid forte boni facio in factura manuum
tuarum exultabo: Quomodo dicit apoſtolus? Ipſius enim Ephē. 2.
ſumus figmentum:creati in operibus bonis. Niſi enim te
formaret ad opera bona:non noſſes niſi opera tua mala.
Qui enim loquitur mendacium:de ſuo loquitur. Hoc euan- Ioā. 8.
gelium dicit: Omne peccatum mendacium eſt. Contra le-
gem enim et contra veritatem quicquid eſt:mendacium di-
citur. Ergo quid ait? Qui loquitur mendacium de ſuo loqui-
tur:id eſt qui peccat de ſuo peccat. Attendite ergo ſenten-
tiam contra: Si enim qui loquitur mendacium de ſuo loqui-
tur:reſtat vt qui loquitur veritatem de deo loquatur. Ideo
dicitur alio loco. Deus verax ſolus:omnis autem homo mē- Pſ. 115.
dax. Non tibi dicitur in hac ſententia:vade ſecurus menti-
re:quia homo es:immo videte hominem:quia mēdax es:
Et vt ſis verax:bibe veritatem vt de deo ructes:vt ſis ve-
rax: Quia de tuo illam non potes habere:reſtat vt inde il-
lam bibas vnde fluit. Quomodo ſi a luce receſſeris in te-
nebris es:quomodo lapis nō de ſe feruet:ſed vel a ſole:vel
ab igne:ſi eum calori ſubtraxeris frigeſcit:ibi apparet quia
quod feruebat non erat ipſius:ſed feruebat vel a ſole vel
ab igne:ſic ꝛ tu ſi a deo receſſeris frigeſces:ſi ad deum ac-
ceſſeris ferueſces:ſic vt dicit Apoſtolus. Spiritu feruen- Ro. 12.
tes. Item de luce quid dicit? Si ad eam acceſſeris:in lumi-
ne eris. Ideo pſalmus dicit: Accedite ad eum et illumina- Pſ. 33.
mini:et vultus veſtri non erubeſcent. Quia ergo boni nihil
poteris operari niſi illuminatus:et a lumine dei:et ferueſa-
ctus a ſpiritu dei: quando videris te bene operantem:cō-
fitere deo:et dic quod ait Apoſtolus:dic tibi ne extollaris:
Quid enim habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti 1. Cor. 4.
quid gloriaris quaſi nō acceperis? Hic ergo cōfitetur dño:et
docet nos bonā cōfeſſionē:quia dicit: Iocūdaſti me dñe in
factura tua:ꝛ in operib⁹ manuū tuarū exultabo. Quid agi-
mus de illis q̇ male viuūt ꝛ florēt? Ibi enī ꝑturbatū animū H
habēt:ꝛ ꝑdūt ſabbatū. Et q̇ ꝑdit ſabbatū videt ſe quotidie
in bonis opib⁹ verſantē ꝛ laborātē in anguſtia rerū:forte in
opia rei familiaris forte i fame ꝛ ſiti ꝛ nuditate:forte ſe in car-
cere bona faciētē:ꝛ illū a quo i carcerē miſſus ē mala faciētē
ꝛ exultātē:ꝛ ſubintrat i cor peſſima cogitatio aduerſus deū
ꝛ dicit: De⁹ q̄re tibi ſeruio:q̄re obedio vbis tuis? Nō rapui Exo. 20.
aliena:nō furtū feci:nō hominē occidi:nō cuiuſqꝫ rē concupi-
ui:nō falſum teſtimoniū aduerſus aliquē dixi:nō patri vel
matri iniuriā feci:nō ad idola inclinat⁹ ſum:nō accepi nomē
dñi dei in vanū: ſeruaui me a peccato. Enumerat decē chor-
das:id eſt decē ꝓcepta legis:ꝛ interrogat ſe ſecūdū ſingula
ꝛ videt ſe nō peccaſſe nec in vno:ꝛ cōtriſtatur quia talia mala
patitur:ꝛ illi q̇ nō dico aliquas chordas tāgūt: ſed nec tāgūt
ipſum pſalteriū:ꝛ nihil boni operātur:cōſulūt idola: Et forte
tūc videntur chriſtiani:qn̄ nihil mali patiūtur dom⁹ eorū: Qn̄ aūt
aliq̄ ibi tribulatio eſt:currūt ad phythonē:aut ſortilegū:aut
mathematicū: Dicitur illi nomē xpi:ſubſannat:torquet os ſuū:
Dicitur illi: Fidelis:cur cōſulis mathematicū? Et ille: Recce-
de a me:ipſe mihi ꝑdidit res meas: Vtinā non ꝑdidiſſem:ꝛ
in placitu remāſiſſem. Homo bone:nōne ſignas te ſigno ſan-
cte crucis chriſti? et lex omnia iſta ꝓhibet? Gaudes qꝛ res
tuas inueniſti:nō es triſtis quia tu periſti? Quāto meli⁹ tu-
nica tua periret qꝫ aīa tua? Subſannat in his omnib⁹: cōtu-
melioſus eſt parētib⁹:odit inimicū:inſectatur vſqꝫ ad mortē:
furatur vbi occaſionem inuenerit:a falſo teſtimonio nō ceſſat
inſidiatur matrimonio alieno:concupiſcit rē primi ſui Facit
hec oīa:ꝛ floret in diuitijs:in honoribus:in excellētia mundi
huius. Videt eū ille miſer bene operās ꝛ mala patiēs:per-
turbatur et dicit: Deus:puto mali tibi placent:et bonos
odiſti:

edificauerūt eos qui faciunt iniquitatem. Si commotus
fuerit: et illi cogitationi conſenſerit: perdet ſabbatum de
corde. Iam incipit ad pſalterium hoc non attendere deuia
nit inde: ſine cauſa cantat: Bonum eſt confiteri domino: et
pſallere nomini tuo altiſſime. Iam perdito ſabbato ab in
teriore homine: et extincta quiete cordis: et bona cogitatione
repulſa: incipit iam imitari illum quem videt in malis flo
rentem: et cōuertit ſeipſe ad facienda mala. Deus autem pa
tiens eſt: quia eternus eſt: nouit diem iudicij ſui vbi omnia
Pſ.103. examinat. Hoc nos docens qđ ait: Quā magnificata ſunt
opera tua domine: nimis profunde facte ſunt cogitationes
tue. Reuera fratres mei nullum mare tam profundum
eſt q̄ eſt iſta cogitatio dei vt mali floreant: et boni laborēt.
Nihil tam profundū: nihil tam altum vbi naufragat omnis
infidelis i iſto alto: in iſto pfundo. Uis trāſire pfundū hoc?
A ligno xp̄i noli recedere: nō mergeris: tene te ad xp̄m. Quid
eſt quod dico: tene te ad chriſtum? Ideo voluit ipſe in ter
Eſa.50. ra laborare. Audiſtis cum propheta legeretur: nō auertiſſe
eum ſcapulas a flagellis: non auertiſſe eum faciem a ſputis
hominum: nō auertiſſe maxillas a palmis eorū. Quare oīa
iſta pati voluit: niſi vt cōſolaretur patiētes? Nam poterat et
ipſe in fine reſuſcitare carnem ſuam: ſed tu qui nō videras
nō eſſet quod ſperares: Non diſtulit reſurrectionem ſuam:
ne tu adhuc dubitares. Eo ergo fine patere: et tolera tri
bulationes in mūdo queadmodum attendiſti in chriſto: et
non te moueāt qui faciunt mala: et in iſto ſeculo florent.
Nimis profunde facte ſunt cogitationes dei. Ubi eſt cogita
tio dei? Ad preſens habenas laxat: ſed poſtea aſtringet. No
li gaudere ad piſcem qui in eſca ſua exultat: nōdum traxit
hamū piſcator. Nam iam ille hamum habet in faucibus: et
quod tibi videtur lōgū: breue eſt: Omnia iſta cito tranſeūt.
Quid eſt longa vita hominis ad eternitatem dei? Uis eſſe
longanimis? Uide eternitatem dei. Nam attendis ad dies
tuos paucos: et diebus tuis paucis vis impleri omnia: Que
omnia? Ut damnentur omnes impij: et coronentur omnes
boni. Iſtis diebus tuis vis hec omnia impleri? Implet ea
deus in tempore ſuo. Quid tu tedium pateris et facis? Eter
nus eſt: tardat: longanimis eſt: Tu autem dicis: Ideo ego
non ſum longanimis: quia temporalis ſum: Sed in poteſta
Eſa.40. te habes. Iunge cor tuum eternitati dei: et cum illo etern
eris. Quid enim dictum eſt de temporalibus? Omnis caro
fenum: et omnis claritas carnis vt flos feni: Fenum aruit et
flos decidit. Omnia ergo areſcunt et decidunt: nō verbum
illud: Uerbum enim domini manet in eternum. Tranſit fe
num: tranſit claritaſq; feni: ſed nō habes quo te teneas: ver
bum domini manet in eternum. Dic ergo illi: Nimis profun
K de facte ſunt cogitationes tue. Tenuiſti lignum: trāſis per
iſtam profunditatem. Uides ibi aliquid? Intelligis ibi ali
quid? Intelligo dicis. Si iam chriſtianus eſ: et bene eru
ditus: dicis: Deus in iudicio ſuo reſeruet omnia. Boni labo
rant: quia flagellātur vt filij: mali exultāt quia damnantur
vt alieni. Duos filios habet homo: alterum caſtigat: alterū
dimittit. Facit vnus male et nō corripitur a patre: alter mox
vt ſe mouerit: colaphis ceditur: flagellatur. Unde ille dimit
titur: et ille ceditur: niſi quia huic ſeruo hereditas ſeruatur:
ille autem dimiſſus exheredatus eſt? Uidet eum non habe
re ſpem: et dimittit eum vt faciat quod vult. Puer autem q
flagellatur ſi cor non habuerit et impudēs fuerit et ſtultus:
gratulatur fratri ſuo qui non vapulat: et gemit de ſe: et dicit
in corde ſuo: Tāta mala facit frater meus: quicquid vult fa
cit contra precepta patris mei: et nemo facit illi durū verbū
ego mox vt me mouero: cedor. Stultus eſt: impudens eſt:
Attēdit quid patitur: et nō attēdit quid illi ſeruetur. Ideo
cum dixiſſet: nimis profunde facte ſunt cogitationes tue:
Alſ.† inſi- ſubiecit ſtatim: Uir † impudens non cognoſcet: et ſtultus
piens. non intelliget † ea. Que ſunt que non intelligit ſtultus: et
Alſ.† hec. que non cognoſcet impudens? Cum † exorti fuerint pecca
Al.† exorti tores ſicut fenum: Quid eſt: ſicut fenum? Uirēt cū hyems
fuerint. eſt: ſed eſtate areſcunt. Attēdis florē feni: quid citius trāſit?
Quid lucidius? Quid viridius? Non te delectet viriditas
ipſius: ſed time ariditatem ipſius. Audiſti peccatores ſicut
fenum: audi et iuſtos Quomodo? Ecce interim videte: pec
catores ſicut fenum florent: Bene. Sed qui ſunt qui nō co
gnoſcunt? Stulti et impudentes. Cum exorientur pecca
tores ſicut fenum. Et † proſpexerint omnes qui operant Al.† appa
iniquitatem. Omnes qui in corde ſuo non recta ſentiunt ruerint.
de deo: proſpexerūt peccatores orientes ſicut fenum: id eſt
florentes ad tempus. Quare illos proſpiciūt? Ut intereāt
in ſeculum ſeculi. Attendunt enim florem ipſorum tem
poralem: et imitātur illos: et volentes cum illis florere ad
tempus: intereunt in eternum: Hoc eſt vt intereant in ſecu
lum ſeculi. Tu autem altiſſimus in eternum † es domine. Al.† nō hꝫ
Expectans deſuper ex eternitate tua quādo tranſeat tem
pus iniquorum: et veniat tempus iuſtorū. Quoniā ecce †: Al.† inimi
Intendite fratres: iam et ipſe loquitur. Loquitur enim ex ci tui dn̄e.
perſona noſtra: loquitur ex perſona corporis chriſti. Chriſtus L
enim loquitur in corpore ſuo: id eſt in eccleſia ſua. Iam iun
xit ſe eternitati dei: Sicut vobis paulo ante dicebam: lon
ganimis eſt deus et patiens: omnia iſta mala que videt a
malis fieri: tolerat. Quare? Quia eternus eſt: et videt quid
illis ſeruet. Uis et tu eſſe longanimis et patiens? Iunge te
eternitati dei: cum illo expecta illa que infra te ſunt. Cum
enim adheſerit cor tuum altiſſimo: infra te erūt omnia mor
talia: et dic quod ſequitur: Quoniam ecce inimici tui † Al.† dn̄e.
peribunt. Qui florent modo: poſtea peribunt. Qui ſunt
inimici dei? Fratres: forte illos ſolos putatis inimicos dei
a quibus blaſphematur? Sunt quidē et ipſi: et atroces iſti
qui nec lingua: nec cogitationibus malis parcunt iniurijs
deo. Et quid faciunt deo excelſo: eterno? Si pugnum in co
lumna ferias tu lederis: et putas quia blaſphemis deum
percutias? Non: tu dirumperis: nam nihil facis deo. Sed
inimici dei aperte blaſphematores ſunt: et quotidie occul
ti inueniuntur. Caue tales inimicitias dei. Quoſdam enim
occultos inimicos dei ſcriptura aperit: vt quia non illos po
tes noſſe in corde tuo: noueris illos in ſcriptura dei: et ca
ueas inueniri cum illis. Aperte dicit Iacobus apoſtolus in Iacobi.4.
epiſtola ſua: Neſcitis quia amicus huius mundi inimicus
dei conſtituitur? Audiſti: Non vis eſſe inimicus dei? Noli
eſſe amicus huius mundi. Nam ſi amicus fueris huius mū
di: inimicus eris deo. Quomodo enim non poteſt fieri adul
tera coniunx: niſi inimica ſit viro ſuo: ſic anima adultera amo
re rerum ſecularium: non poteſt niſi inimica eſſe deo. Ti
met: ſed non amat. Penas timet: iuſtitia non delectatur.
Ergo inimici dei omnes amatores huius mundi: omnes in
quiſitores nugarum: omnes conſultatores ſortilegorum:
mathematicorum: phytonum: Intrent eccleſias: non in
trent eccleſias: inimici dei ſunt. Ad tempus poſſunt florere
ſicut fenum: peribunt autem cum ille inſpicere ceperit: et iu
dicium ſuum in omnem carnem adduxerit. Iunge te ſcri
pture dei: et dic illud cum iſto pſalmo: Quoniam ecce inimi
ci tui peribunt. Non ibi inueniaris vbi peribunt. Et diſ M
pergentur omnes qui operantur iniquitatem. Quid tu
qui laboras modo: ſi inimici dei peribunt: et diſpergentur
omnes qui operantur iniquitatem? Tu qui inter iſta ſcan
dala: inter iniquitates humanas gemis: qui tribularis in
carne: ſed gaudes in corde: quid tu? Que tibi ſpes o corpus
chriſti? O chriſte qui in celis ſedes ad dexteram patris: ſed
pedibus tuis et mēbris tuis laboras in terra: et dicis: Sau Act.9.
le ſaule quid me perſequeris: tu quam ſpem habebis ſi ini
mici dei peribunt: et diſpergentur omnes qui operātur ini
quitatem? Quid tibi erit? Et exaltabitur ſicut vnicornis
cornu meum. Quare dicis ſicut vnicornis? Aliquando vni
cornis ſignificat ſuperbiam: aliquando vnicornis exaltatio
nem vnitatis ſignificat: Quia vnitas exaltatur: omnes he
reſes cum inimicis dei peribunt. Exaltabitur ſicut vnicor
nis cornu meum. Et quando erit? Et ſenectus mea in mi
ſericordia † pingui. Quid dixit: ſenectus mea? Nouiſſima Al.† vberi
mea. Quomodo in etatibus noſtris nouiſſima ſenectus eſt:
ſic totum hoc quod modo patitur chriſti corpus in labori
bus: in erumnis: in vigilijs: in fame: in ſiti: in ſcandalis: in
iniquitatibus: in preſſuris: iuuentus ipſius eſt. Senectus
ipſius: id eſt nouiſſima ipſius: in leticia erunt. Et intendat
charitas veſtra: quia dixi ſenectutem: ne putetis et mor
tem. Homo enim in carne ideo ſeneſcit: vt moriatur. Sene
cta eccleſie candida erit recte factis: morte autem non cor
rumpetur. Quod eſt caput ſenis: hoc erūt opera noſtra. Ut

detio quemadmodum caneſcat caput et inalbeſcat:quantū
cumq; ſenectus accedit. Qui bene ſeneſcit ordine ſuo:que
ris illi aliquando in capite capillum nigrum:et non inuenis
ſic cum fuerit vita noſtra talis:vt queratur nigritudo pec
catorum et non inueniatur:ſenectus tua iuuenilis eſt:ſenes
N ctus iſta viridis eſt:ſemper virebit. Audiſtis de feno pecca
Al.†deſpe torum:audite de ſenecta iuſtorum. Senectus mea et miſe
xit. ricordia pingui. ⌊Et† reſpexit ocul' me' inimicos meos.⌋
Quos dicit inimicos ſuos? Omnes qui operantur iniquita
tem. Noli attendere:qui iniquus eſt tibi amicus. Incurrat
negocium:et ibi illum probas. Incipis venire contra iniqui
tatem ipſius:et ibi videbis:quia quando tibi blandiebatur
inimicus erat:Sed nondum pulſaueras:non vt inſtitueres
Als†inſur tur in corde quod non erat:ſed vt erumperet quod erat. Et
gentibus. reſpexit oculus meus inimicos meos. ⌊Et †in eius qui in
ſurgunt in me malignantibus:audiet auris mea.⌋ Quando
In ſenecta. Quid eſt:in ſenecta? In nouiſſimo. Et quid au
Mat.25. diet auris noſtra? Stantes ad dexteram:audiem' quod di
citur eis qui ſunt ad ſiniſtram: Ite in ignē eternum:qui
paratus eſt diabolo et angelis eius. Ab iſto auditu malo:iu
Ps.111. ſtus non timebit. Scitis quia dictum eſt in quodā pſalmo
In memoria eterna erit iuſtus:ab auditu malo non time
bit. Quo auditu malo? Ite in ignem eternum:qui paratus
eſt diabolo et angelis eius. Et in eis qui inſurgunt in me
O malignantibus audiet auris mea. Tranſit fenū:tranſit flos
peccatorum. Quid de iuſto? ⌊Iuſtus vt palma florebit.⌋
Illi exoriantur ſicut fenū:iuſtus vt palma florebit. In pal
ma:altitudinem ſignificauit. Forte ꝛ hoc ſignificauit in pal
ma:quia in nouiſſimis ſuis pulchra eſt:vt initium eius a ter
ra ducas:finem ipſius in cacumine:vbi habet totā pulchri
tudinē? Aſpera radix videtur in terra:pulchra coma ſub ce
lo eſt. Erit ergo et tua pulchritudo in fine. Radix tua fixa
ſit:ſed ſurſum verſus habeamus radicem noſtram. Radix
Al.† ſicut enim noſtra chriſtus eſt:qui aſcendit in celum:humiliatus
Al.†nō hʒ exaltabitur: ⌊†Velut cedrus†que in†libano†eſt multipli
Al.†libani cabitur.⌋ Videte quas arbores dixit: Iuſtus vt palma flore
Al.†.nō hʒ bit:vt cedrus libani multiplicabitur. Nunquid cum ſol exie
rit areſcit palma? Nunquid areſcit cedrus? Cum autem ſol
candens aliquando fuerit:areſcit fenum. Veniet ergo iudi
cium:vt areſcant peccatores:et vireſcant fideles. Velut ce
drus in libano multiplicabitur. ⌊Plantati in domo domini
in atriis domus dei noſtri florebunt. Adhuc multiplicabun
Als†dñi pa tur in ſenecta vberi:et†tranquilli erunt vt annūcient.⌋ Hoc
tientes. eſt ſabbatum quod vobis pauloante commēdaui:vnde ha
bet titulum pſalmus. Tranquilli ſunt:vt annuncient: Qua
re tranquilli vt annuncient? Non illos mouet fenum peccato
rum. Cedrus et palma nec in tempeſtatibus curuantur. Er
go tranquilli ſint vt annuncient: Et vere quia modo annū
ciandum eſt:et ſubſannantibus hominibus. O miſeri ho
mines amatores mundi:annuncient vobis qui plātati ſunt
in domo domini:qui cōfitētur domino in cantico:ꝛ in cytha
ra:in verbo et opere:annunciāt vobis: ꝛ dicūt vobis: Noli
te ſeduci felicitate iniquorum:nolite attendere florem feni
nolite attēdere ad tempus beatos:in eternū miſeros. Nec
iſta beatitudo q̄ foris mō videt vera eſt: nec in corde beati
ſunt:q: torquētur mala cōſciētia. Tu aūt trāquill' eſto: ſpe
rans de ꝓmiſſis dñi dei tui. Quid eñ annūciabis in trāquil
Als†deus litate? ⌊Quoniā rectus dñs†:ꝛ nō eſt iniquitas in eo.⌋ At
noſter. tendite fratres:ſi plantati eſtis in domo domini: ſi vultis
P florere ſicut palma:ꝛ multiplicari ſicut cedrus libani:et nō
areſcere ſicut fenum ſole cadente:ſicut hi qui videntur flo
rere ſole abſente. Si ergo nō vultis eſſe fenum: ſed palma
ꝛ cedrus:quid annunciabitis? Quoniam rectus dominus:
et nō eſt iniquitas in illo. Quomodo non eſt iniquitas? Tā
ta mala facit:ſanus eſt:filioſq; habet:plenam domum:abū
dat gloria:exaltatur honoribus:de inimicis vindicatur:et
omnia mala committit. Alius innocens ſui negocij: non ra
piens aliena:nō cōtra quēq̄ faciens:laborat in vinculis:in
carceribus:in inopia eſtuat ꝛ ſuſpirat. Quomodo nō eſt ini
quitas in eo? Eſto trāquillus:ꝛ intelliges: Nā perturbaris
ꝛ in cubiculo tuo obſcuras tibi lucē. Radiare tibi vult eter
nus deus:noli tibi facere nubilum de perturbatione. Eſto
tranquillus in te:et vide quid tibi dicat. Quia deus etern'
eſt:q: modo parcit malis:adducēs illos ad penitentiā: fla
gellat bonos:erudiēs illos ad regnum celorum: nō eſt ini
quitas in eo? Noli timere. Ecce ego flagellatus ſum tātum
manifeſtum eſt:cōfiteor peccaui: Non enim dico me iuſtū.
Hoc enim dicunt plerīq;: Quādo eſt forte quiſq̄ in aliq̄ mi
ſeria:in doloribus: intras cōſolari illum. Et ille: Peccaui
fateor:multa ſunt peccata mea:agnoſco illa. Sed nunquid
tāta peccaui:quāta ille? Ego noui quāta fecit ille:ego noui
quāta cōmiſit. Peccata mea ſunt:fateor illa deo: ſed mino
ra ſunt q̄ illius:ꝛ ecce nihil mali patitur. Noli turbari:tran
quillus eſto:vt ſcias quoniam rectus dominus:ꝛ nō eſt ini
quitas in eo. Quid ſi te propterea flagellat modo: q: non
tibi ſeruat ignem ſempiternum? Quid ſi illum propterea
dimittit modo:quia auditurus eſt: Ite in ignem eternū?
Sed quādo? Cum tu poſitus fueris ad dexteram: tunc di Mat.25.
cetur poſitis ad ſiniſtrā: Ite in ignē eternū:qui paratus eſt
diabolo ꝛ angelis eius. Nō te ergo iſta moueant:tranquil
lus eſto:ſabbatiza ꝛ annūcia:quoniā rectus dominus de'
noſter et non eſt iniquitas in eo.

¶ Explicit Tractatus de ps. xcj.

¶ Incipit Tractatus de ps. xcij.

Pſalmi huius titulū cum ꝓnūciaretur audiuimus: et A
quid ſibi velit de ſcriptura dei:hoc eſt ex libro Gene
ſis:nō eſt difficile cognoſcere. In titulo enim tāq̄ admone
mur in limine:quid intus queram'. Inſcript'. ergo eſt ita.
⌊Laus cantici ipſius:dauid in die ante ſabbatū:quādo fun
data eſt terra.⌋ Recordātes ergo ꝑ oēs dies quid fecerit
de' quādo creauit ꝛ ordinauit vniuerſa a prima die vſq; ad
ſextū diē:ſeptimū eñ ſanctificauit:q: in illo requieuit poſt
omnia opera que fecit valde bona:et inuenimus eum ſexto
die feciſſe:qui dies hic commemoratur:q: dicit:ante ſabba
tum omnia aialia in terra: Deinde ipſo die fecit hominem ad
imaginem ꝛ ſimilitudinē ſuā: Non aūt ſine cauſa illi dies ſic
ſunt ordinati:niſi q: ꝛ ſecula ſic curſura erāt anteq̄ requie
ſcamus in deo. Tunc aūt requieſcimus ſi facimus opera oīa
bona. Ad hoc exemplum dictum eſt de deo: Requieuit de' Gen.1.
ſeptimo die cum feciſſet omnia opera bona valde. Non eñ
fatigatus eſt vt requieſceret:aut modo nō operat: cū apte
dñs xp̄s dicat: Pater me' vſq; nūc operatur. Dicit eñ illud Ioā.5.
iudeis qui carnaliter ſentiebāt de deo: nec intelligebant q:
deus cum quiete operatur: ꝛ ſemper operatur:et ſemper
quietus eſt. Ergo ꝛ nos quos in ſe voluit deus tunc figu B
rare:poſt omnia opera bona habebimus requiem. Et qui
dem opera noſtra bona fratres que hic operamur in ſeculo
ante requiem:quaſi cum labore ſunt:ꝛ requies illa in ſpe eſt
nōdum tenet in re: Etenim niſi eſſet in ſpe: deficeremus in Mat.25.
labore: Sed tranſeunt opera laborioſa ꝛ bona. Quid enim
tam bonum:q̄ porrigere panem eſurienti? Et quod audie
bamus modo cum euāgelium legeretur. Quid enim tā bo
num:q̄ id quod admonebat generaliter: Omnis qui habet Luce.3.
duas tunicas det nō habenti:et qui habet eſcas paſcat eſu
rientem? Nudum veſtire bonum opus eſt: Nunquid ſemp
erit hoc opus bonum? Habet aliquātulū laborem:ſed ha
bet ſolatium in ſpe future quietis. Quātum autem laborē
habet q: veſtis nudum? Bonum opus nō multum laborat
malum opus habet laborem. Qui enim veſtit nudum ſi ha
bet vnde faciat:nō laborat:ſi non habet vnde faciat:gloria
in excelſis deo:et in terra pax hominibus bone voluntatis. Luce.2.
Qui autem vult ſpoliare veſtitū:quātum laborat quis enu
merat? Et tamen ꝛ iſta tranſitura ſunt:cum venerimus ad
illam requiē vbi nemo eſurit qui paſcatur:nemo nudus eſt
qui veſtiatur. Ideo quia et iſta tranſitura ſunt opera bona
et ſextus iſte dies quando perficiuntur opera bona valde:
habet veſperā: In ſabbato autē non inueniem' eſſe veſpe
ram:quia requies noſtra non habebit finē. Veſpera eñ ꝓ Gen.1.
fine ponit. Sicut ergo ſexto die fecit de' hominē ad imagi C
nē et ſimilitudinē ſuā:ſic inuenim' ſexto ſeculo veniſſe dñm
ieſum chriſtū:vt reformaret homo ad imaginē dei. Primū
enim tempus tanq̄ primus dies:ab adam vſq; ad noe. Se
cundum tempus tanq̄ ſecūdus dies: a noe vſq; ad abrahā.
Tertium

Tertium tempus tanq̄ tertius dies ab abraam vſq; ad da
uid. Quartum tempus tanq̄ quartus dies a dauid vſq; ad
tranſmigrationem babylonie. Quintum tēpus tanq̄ quin
tus dies a tranſmigratione in babyloniam vſq; ad pdica
tionem iohannis. Sextus dies iam a predicatione iohānis
agitur vſq; ad finem: et poſt finē ſexti diei peruenimus ad
requiem. Modo ergo ſextus dies agitur. Si ſext9 dies agi
tur: videte quid habeat titulus: In die ante ſabbatū quā
do fundata eſt terra. Iam audiamus ipſum pſalmum:
ipſum interrogemus quomodo fundata eſt terra ne for
te tunc facta eſt terra. Nec in Geneſi ſic legimus. Quan
do ergo fundata eſt terra? Quando: niſi cum fit quod lectū
1. Corin. 15 eſt modo in apoſtolo: Si tamen ſtatis in fide vt ſtabiles et
immobiles? Cum omnes qui credunt per vniuerſam terrā
immobiles ſunt in fide: fundata eſt terra: tunc fit homo ad
imaginem dei. Quod ſignificat ſextus ille dies in Geneſi.
Sed quomodo fecit illud deus? Quomodo fundata eſt ter
1. Corin. 3. ra? Chriſtus venit vt fundaret terram. Fundamentum eni
aliud nemo poteſt ponere preter id quod poſitū eſt: quod
eſt chriſtus ieſus. De illo ergo cantat pſalmus.

¶ Expoſitio pſalmi.

D
Als † indu tus eſt. Dominus regnauit decorem † induit: † induit domi
nus fortitudinem et † precinctus eſt.] Videm9 quia
Als † indu tus eſt. duas res induit: decorem et fortitudinem. Ut quid autem?
Ut fundaret terram. Sequitur enim: [Etenim † confir
Alia † pre cinxit ſe. mauit orbem terre: qui non commouebitur:] Unde confir
mauit? Quia decorem induit. Non confirmaret ſi ſolum de
Al. † firma uit. corem indueret et non fortitudinem. Quare ergo decorem?
Quare fortitudinem? Utrumq; enim dixit: Dominus regna
uit decorem induit: induit dominus fortitudinem: et precin
ctus eſt. Noſtis fratres quia dominus noſter cum veniſſet
in carne: his quibus predicabat euangelium: alijs placebat
Ioh. 7. alijs diſplicebat. Nam diuiſe ſunt aduerſus ſe lingue iudeo
rum: Alij dicebant quia bon9 eſt: alij dicebant non: ſed ſedu
cit turbas. Alij ergo loq̄bantur bene: alij detrahebāt: la
cerabant: latrabant: mordebant: conuiciabantur. Ad eos er
go quibus placebat: decorē induit: ad eos quibus diſplice
bat: fortitudinem induit. Imitare ergo et tu dominum tuū
vt poſſis eſſe veſtis ipſius. Adeſto cum decore ad eos qui
bus placent bona opera tua: eſto fortis aduerſus detracto
res. Audi paulum apoſtolum imitantem dominum ſuum:
quomodo et ipſe habuit decorem: habuit et fortitudinem.
2. Corin. 2. Chriſti bonus odor ſumus inquit in omni loco: & in his qui
ſalui fiunt: et in his qui pereunt. Quibus enim placet bonū
ſalui fiunt: qui detrahunt bono: pereunt. Quod ſuum erat
ille odorem habebat bonum: immo bonus odor erat: ſed ve
miſeris qui et bono odore moriuntur. Non eni ait illis: Bo
nus odor ſumus: illis malus odor ſumus: ſed chriſti bo
nus odor ſumus ait in omni loco: et in his qui ſalui fiunt
Ibidem. et in his qui pereunt. Subiecit ſtatim: Alijs quidem ſu
mus odor vite in vitam: alijs odor mortis in mortem. Qui
bus enim erat odor vite in vitam: decorem induerat: qui
bus erat odor mortis in mortem: fortitudinem induerat.
Si autem tunc gaudes quando te laudant homines: & pla
cent illis bona opera tua: cum autem vituperauerint: defi
cis in bonis operibus: et quaſi fructum bonorum operum
te perdidiſſe arbitraris: quia inuenis reprehenſores: nō ſte
tiſti immobilis: non pertines ad orbem terrarum qui non
commouebitur. Induit dominus fortitudinem et precin
ctus eſt. De ipſo decore et fortitudine habet alio loco Apo
2. Corin. 6 ſtolus Paulus: Per arma iuſtitie: dextera et ſiniſtra. Vi
de vbi decorem: vbi fortitudinem. Per gloriam et igno
bilitatem. In gloria decorus: in ignobilitate fortis. Apud
alios glorioſus predicabatur: apud alios ignobilis contem
nebatur. Decorem afferebat eis quibus placebat: fortitu
dinem aduerſus eos quibus diſplicebat. Et ſic enumerat
2. Corin. 6. omnia vſq; in finem: vbi dicit: quaſi nihil habentes: et om
nia poſſidentes. Cum omnia poſſidet: decorus eſt: cū nihil
habet fortis eſt. Non ergo mirum eſt ſi ſequitur:] Etenim
firmauit orbem terre qui non cōmouebitur. Quomodo eni
nō cōmouebitur orbis terrarum? Cum credunt in chriſtum
oēs fideles: & parati ſunt ad vtrūq; gaudere cum laudanti
bus: fortes eſſe aduerſus vituperantes: nō molleſcere lin E
guis laudantium: nec frangi linguis vituperantium. Forte q̄
ramus & de hoc verbo: quare dixit precinctus eſt. Cinctio
opera ſignificat: Tunc enim ſe quiſq; cingit: cum operatur?
eſt. Sed quare non dixit: cinctus eſt: ſed precinctus eſt? Di
cit enim in alio pſalmo: Accingere gladium tuum circa fe
mur potentiſſime: populi ſub te cadent. Nec ibi dixit cingere Ps. 44.
neq; precingere: ſed accingere. Accingeris enim quādo ali
quam adiunxeris lateri tuo precinctionem. Ideo accingere
gladium tuum. Gladius domini vnde debellauit orbē ter
rarum: occidendo ſpiritus nequicie: ſpūs dei eſt in veritate
ſermonis dei. Quare circa femur accingere dicitur gladiū?
Aliud quidem ex alio de alio pſalmo ad cinctionem dixim9:
Sed tamē q2 cōmemoratum eſt: nō eſt pretermittendum.
Quid eſt accinctio gladij circa femur? Per femur carnem ſi
gnificat. Non enim aliter debellaret dominus orbem terra
rum: niſi in carnem veniret gladius veritatis. Hic ergo q̄re
precinctus eſt? Qui ſe precingit: ante ſe ponit aliquid quo
precingitur. Unde dictum eſt: Precinctus eſt linteo: & la Ioh. 13.
uit pedes diſcipulorum ſuorum. Quia enim tunc humilis
fuit quādo linteo precinctus eſt: lauit pedes diſcipulorum
ſuorum. Omnis autem fortitudo in humilitate: quia fragilis
eſt omnis ſuperbia: Ideo cum de fortitudine diceret: addi
dit precinctus eſt: vt recolas deum precinctum humilem:
quādo pedes diſcipulorum lauit. Et exhorruit petrus do
minum ſuum magiſtrum ſuum: minus dixi magiſtrum ſuum:
cum dixiſſem dominum ſuum: curuantē ſe ante pedes ſuos:
et lauantem ſibi pedes: expauit & dixit: Domine: non lauas
mihi pedes. Et ille: Quod ego facio tu neſcis modo: ſcies
autem poſtea. Et ille: Non lauabis mihi pedes in eternum.
Et ille: Si nō lauero te: nō habebis partem mecum. Petr9 Ibidem.
qui primo expauerat dominum lauātem ſibi pedes: plus ex
pauit: nō habebis partem mecum: & credidit nō ſine cauſa
hoc facere dominum: niſi q2 erat illud forte ſacramētum: et
ait: Domine: nō pedes tātum: ſed & caput & totum. Et ille:
Qui lotus eſt ſemel: nō habet neceſſitatem iterum lauan
di: ſed eſt mūdus totus. Non ergo ad ſacramentum tātum
mūdationis pertinebat quod lauit pedes eis: ſed ad exem
plum humilitatis. Hoc enim dixerat: Quod enim ego facio
neſcis: ſcies poſtea. Videamus ſi ſcierūt poſtea: videamus
ſi aperuit illis quod faciebat: vt videamus dominū precin
ctum fortitudine: q2 in humilitate eſt tota fortitudo. Cum
lauiſſet eis pedes rurſus diſcubuit: & ait illis: Dicitis me Ioh. 13.
magiſtrum & verum dicitis: Sum etenim: Dicitis me domi
num & verum dicitis: ſum etenim. Si ergo ego magiſter et
dominus veſter laui vobis pedes: quomodo oportet vt hoc
vobis inuicem nō faciatis? Si ergo in humilitate eſt fortitu
do: nolite timere ſupbos. Humiles tanq̄ petra ſunt. Petra
deorſum videtur: ſed ſolida eſt. Superbi quid? Quaſi fum9:
Et ſi alti ſunt: euaneſcunt. Ergo ad humilitatē domini re
ferre debemus qđ precinctus eſt ſcđm cōmemorationē euā
gelij quod precinctus eſt: vt lauaret pedes diſcipulis ſuis:
Eſt et aliud quod in hoc verbo poſſumus intelligere. Dixi 5
mus: quia qui ſe precingit: ante ſe ponit quod ſibi adiungit
vt ſe cingat. Quia ergo illi qui detrahunt nobis: aliquando
nobis abſentibus faciūt: tanq̄ poſt dorſum ſuum ſunt: aliq̄n
coram in faciem: ſicut domino faciebant pendenti in cruce.
Si filius dei eſt deſcendat de cruce. Non opus habes forti Mat. 27.
tudine quādo tibi aliquis detrahit abſenti: quia non audis
nec ſentis: Si autem in faciem tibi dicat: opus eſt vt fortis
ſis. Quid eſt: fortis ſis? Ut feras: ne forte ideo te putes for
tem cum audieris: quia percutis pugno victus cōuitio. Nō
eſt iſta fortitudo ſi cōuitiatus percuſſeris: quoniam ab ira vi
ctus es. Et valde ſtultum eſt hominem victum fortem dice
re: cum dicat ſcriptura: Melior eſt qui vincit iram: q̄ qui ca Prouer. 16
pit ciuitatem. Meliorem dixit ire victorem: q̄ ciuitatis ca
ptiuatorem. Habes ergo aduerſarium magnum in teipſo.
Cum audito conuitio ira ceperit ſurgere vt reddas malum
pro malo: recordare verba Apoſtoli: Non reddētes malū
pro malo: neq; maledictum p maledicto. His verbis recor 1. Pet. 3.
datis frangis irā: tenes fortitudinē: & q2 corā te ille tibi ma
ledixit: nō poſt dorſum tuum precinctus es illa. Iam cete

G ra audiamus: Breuis eſt pſalmus. Etenim confirmauit or-
bem terre: qui non commouebitur. Uidetis fratres: multi
crediderunt in chriſtum: magna turba eſt: et tamen in hac magna
turba audiſtis modo cum euangelium legeretur: quia ve-
niet dominus ferens palam in manu ſua: et mundabit areã
ſuam: frumentum recondet in horreo: paleas cõburet igne
Mat.3. inextinguibili. Sunt ergo per totam terram et boni et ma-
li. Boni grana ſunt: mali palea. In area intrat tribula: pa-
leam concidit: triticum purgat. Quis eſt ergo orbis terra-
rum qui non commouebitur? Quod vtique non diceret: niſi
eſſet et orbis terrarum qui commouebitur. Eſt orbis terra-
rum qui non commouebitur: eſt orbis terrarum qui commo-
uebitur: quia et boni qui ſtabiles ſunt in fide: orbis terra-
rum eſt: ne quis diceret: in partes ſunt: et mali qui non ſtãt
in fide cum ſenſerint aliquam tribulationem: per orbem ter-
rarum ſunt. Eſt ergo orbis terrarum mobilis: Eſt et orbis
terrarum immobilis: de quo dicit Apoſtolus: Uidete orbem
2.Timot.2 terrarum immobilem. Rogo te de quibus dicebat Apoſto-
lus? Ex quibus eſt hymeneus et philetus: qui circa verita-
tem aberrauerunt: dicentes reſurrectionem iam factam eſſe
et fidem quorundam ſubuerterunt. Nunquid iſti ad orbem
terrarum pertinebant qui non commouebitur? Sed palea
Mat.3. erant: Et fidem inquit quorundã ſubuertunt. Nõ dixit om-
nium: Et ſi omnium diceret: omnes intelligere deberemus
pertinentes ad ciuitatem babyloniam: que habet dimna-
ri cum diabolo. Tamen fidem quorundam dixit: et quaſi di-
2.Timot.2 ceretur ei: et quis eis poteſt reſiſtere: ſubiecit ſtatim: Fir-
mum autem fundamentum dei ſtat. Ecce habes orbem ter-
rarum qui non commouebitur: habens ſignaculum hoc. Qđ
Ibidem. ſignaculum habet firmum fundamentum? Nouit dominus
qui ſunt eius. Iſte eſt orbis terrarum qui non commouebi-
tur: nouit dominus qui ſunt eius. Et quod ſignaculum ha-
Ubi.ſ. bent? Et recedet ab iniuſticia omnis qui nominat nomẽ do-
mini. Modo ab iniquitate recedit: Ab iniquis enim nõ po-
teſt recedere: quia mixta eſt palea tritico vſque dum ventile-
tur. Quid dicimus fratres? Et in ipſa area: mixta res eſt? de tri-
tico: Recedit a palea: cum expoliatur: et non recedit ab area
Mat.3. cum trituratur. Quando autem omnino ſeparabitur? Cum
venerit ventilator. Ergo modo area in orbe terrarum eſt:
neceſſe eſt vt ſi proficis: inter iniquos viuas. Ab iniquis re-
cedere non potes: ab iniquitate recede. Recedat ab iniqui-
tate omnis qui nominat nomen domini: et eris in orbẽ ter-
H rarum qui non commouebitur. Parata † eſt ſedes tua deus
Al.† nõ hꝫ ex † illo. Sedes tua deus ex illo. Ex illo: quid eſt? Ex tunc
Alĩs † tunc Tanquam ſi diceret: Que eſt ſedes dei? Ubi ſedet deus? In ſan-
ctis ſuis. Uis eſſe ſedes dei? Para locum in corde tuo vbi ſe-
deat. Que eſt ſedes dei: niſi vbi habitat deus? Ubi habitat
deus: niſi in templo ſuo? Quod eſt templum eius? Aut pa-
rietibus inſtruitur? Abſit mundus iſte eſt forte templum ip-
ſius: quia valde magnus eſt: et digna res que capiat domi-
num? Nec capit eum a quo factus eſt. Et vbi capitur? In ani-
ma quieta: in anima iuſta: Ipſa illum portat. Magna res
fratres. Certe magnus eſt deus: Fortibus grauis eſt: at in-
firmis leuis eſt. Quos dixi fortes? Superbos: qui quaſi ha-
bent preſumptionem virium ſuarum. Nã infirmitas illa in
humilitate: maior fortitudo eſt. Audi Apoſtolum dicentem:
2.Corin.12 Quando infirmor: tunc potens ſum. Hoc eſt quod commen-
dauit euangelium: quia dominus precinctus eſt fortitudi-
ne quando humilitatem docebat. Ergo ipſa eſt ſedes dei:
que aperte alio loco in propheta dicitur: Super quẽ requie-
Eſa.66. ſcet ſpiritus meus: Id eſt: vbi requieſcit ſpiritus dei: niſi in
ſede dei? Audi: quomodo deſcribat ipſam ſedem. Forte au-
diturus eras marmoratam domum: amplã: ſpacioſam: atrio-
rum magnitudine: et fulgore tectorum. Audi quid tibi paret
deus. Super quem requieſcet ſpiritus meus? Super humi-
lem et quietum: et trementẽ verba mea. Ecce humilis eſto
et quietus: vt et in te habitet deus. Altus eſt deus: non in
te habitat ſi altus eſſe volueris. Certe altus vis eſſe: vt ha-
bitet in te deus: humilis eſto et tremens verba eius: et ibi
habitat. Non timet trementem domum: quia ipſe illam fir-
mat. Parata eſt ſedes tua deus ex illo. Ex illo: id eſt ex tũc:
I id eſt quaſi quoddam tempus ſignificat ex tũc. Et quo? Fo-
re ex die ante ſabbatum: Ex illo quia titulus pſalmi preſcri-
bit nobis ex quo. Sexto enim die: id eſt tẽpore huius mun-
di ſexto: venit dominus in carne. Ex illo ergo? Plane ex illo
ſecundum hominem: ex illo ex vtero. Quid enim dicit alius
pſalmus? In ſplendore ſanctorum ex vtero: In ſplẽdore ſan- Pſ.109.
ctorum: id eſt vt illuminentur ſancti: vt videant deum in car-
ne: et purgetur cor: vnde videatur in diuinitate. In ſplẽdo-
re ſanctorum ex vtero. Sed quid ibi ſequitur? Ne forte ex
vtero inde incipere putares eſſe chriſtum: ante luciferum in-
quit genui te. Cum dixiſſet: In ſplendore ſanctorum ex vte- Ibidem.
ro: ſubiecit ſtatim ne putares chriſtum a tempore eſſe cepiſ-
ſe ex quo natus eſt: ſicut cepit adam: ſicut abraam: ſicut da-
uid: Ante luciferum genui te: ante omne quod illuminatur.
Per luciferum enim aut ſtellas omnes ſignificat: et per ſtel- Geñ.1.
las tempora: quia fecit deus ſtellas in ſigno temporum: vt
ante tempora inuenias natum eſſe chriſtum: et vtique qui
natus eſt ante tempora: non poteſt videri natus ex tempo-
re: quia et tempora creatura dei ſunt: Et vtique ſi omnia per Ioã.1.
ipſum facta ſunt et tempora per ipſum facta ſunt: ante cer-
te ante omnes ſpiritus qui illuminantur de ſapiẽtia: dixit:
Ante luciferum genui te. Intẽdat charitas veſtra. Quomo-
do ergo cum dixiſſet: Ex vtero veluti precauit fidei noſtre
ne inde putaremus cepiſſe chriſtum ex quo ex vtero virgi-
nis natus eſt: ſubiecit ſtatim: Ante luciferum genui te: ſic et
hic cum dixiſſet: ex illo: id eſt ex quodam tẽpore: ex die ante
ſabbatum: ex illa ſexta etate mundi: quãdo venit dominus
chriſtus et in carne natus eſt: Et quia dignatus eſt homo fie-
ri propter nos deus: non ſolum ante abraã: ſed ante celum et
terram: qui dixit: Ante abraã ego ſum: Non ſolum autem Ioã.8.
ante abraã: ſed ante adam: nõ ſolũ ante adam: ſed ante oẽs
angelos: ante celum et terram: quia omnia per ipſum facta Ioã.1.
ſunt: ſubiecit ne tu intendens diem natiuitatis domini ex
quo natus eſt: putares ex illo eſſe cepiſſe: Parata eſt ſedes
tua deus. Sed quis deus? A ſeculo tu es: Ab eterno dixit:
απο αι ωνος ſic habet grecus. αιων: aliquãdo ſeculum poni-
tur: aliquãdo eternum ponitur. Ergo o tu qui ex illo videris
natus ex eterno es. Non autẽ natiuitas humana cogitetur
ſed cogitetur eternitas diuina. Ergo cepit ex quo natus eſt:
creuit: audiſti euangelium: elegit diſcipulos: impleuit illos
ceperunt predicare diſcipuli. Forte hoc eſt quod cõſequen-
K ter dicit. Eleuauerũt flumina domine: eleuauerunt flu-
mina vocẽ ſuam. Eleuauerũt flumina † voces ſuas. Que Al.† fluctus ſuos
ſunt iſta flumina que eleuauerũt voces ſuas? Non audiui-
mus: Neque quando natus eſt dominus audiuimus locuta
flumina: neque quãdo baptiʒatus eſt: neque quãdo paſſus eſt:
audiuimus flumina locuta. Legite euãgelium: et non inue-
nitis quia locuta ſunt flumina. Parum eſt quia locuta ſunt:
eleuauerũt voces ſuas. Non ſolum locuta ſunt: ſed fortiter:
magne: excelſe. Que ſunt iſta flumina que locuta ſunt? Di-
ximus quod in euãgelio non legimus: tamẽ ibi queramus. Nã
ſi ibi non inuenimus: vbi inueniemus? Ego vobis fingere
potero et ſubito ero non certus diſpenſator: ſed ineptus fa-
bulator. In euangelio queramus: ſimul queramus: que ſunt
iſta flumina que eleuauerũt voces ſuas. Stabat ieſus et cla-
mabat: dictum eſt in euangelio. Quid clamabat? Ecce iam
ipſum caput fluminum clamat: ipſe fons vite vnde ſunt flu-
mina curſura: leuauit prior vocem ſuam. Et quid ſtans ieſus
clamabat? Qui credit in me (ſicut ſcriptura dicit) flumina Ioã.7.
aque viue de ventre eius fluẽt. Euãgeliſta ſequitur ſtatim.
Hoc autem dicebat de ſpiritu quem accepturi erant hi qui
in eum erant credituri. Spiritus autem nondum erat da- Ibidem:
tus: quia ieſus nondum erat glorificatus. Cum autem glo-
rificatus eſt ieſus in reſurrectione: et aſcenſione in celos
(ſicut noſtis fratres) impletis ibi decem diebus propter
quoddam ſacramentum: miſit ſpiritum ſuum ſanctum: im-
pleuit diſcipulos. Ipſe ſpiritus magnum flumen: vnde im- Act.2.
pleta ſunt multa flumina. De ipſo flumine dicit pſalmus alio
loco: Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. Ergo facta Pſ.45.
ſunt flumina currentia de ventre diſcipulorum: cum accepe-
runt ſpiritum ſanctum: Ipſa flumina accepto ſpiritu ſancto: L
tunc eleuauerũt voces ſuas. Quare eleuauerũt? Quia primo
timuerunt. Petrus nondum erat flumen quando interro-
gatione ancille ter chriſtum negauit dicens: Neſcio homi-
nem. Hic timens mentitur: nondum eleuat vocem: nondum Mat.26.
eſt flu-

eſt flumen. Ubi autem impleti ſunt ſpirituſancto: accerſie-
runt eos iudei: et preceperunt eis ne omnino loquerentur:
Act.4. neq̃ docerent in nomine ieſu. Petrus autem et iohannes
dixerunt ad eos: Si iuſtum eſt coram deo: vt vobis obedia-
mus magis q̃ deo: iudicate: Non enim poſſumus que vidi-
mus et audiuimus non loqui. Eleuauerũt ergo flumina vo-
ces ſuas. [A vocibus aquarum multarum.] Ad ipſam ele-
Ibidem. uationem vocis pertinet quod ibi ſcriptum eſt: Stetit autẽ
petrus cum vndecim: et eleuata voce dixit ad eos: Uiri iu-
dei: et cetera quibus annunciat ieſum ſine timore cum ma-
gna fiducia. Eleuauerunt enim flumina vocem ſuam: a voci-
bus aquarum multarum. Nam et cum dimiſſi eſſent apoſto-
li de concilio iudeorum: venerunt ad ſuos et indicauerunt
Ubi.s. quanta eis ſacerdotes et ſeniores dixerint. At illi audiẽtes
leuauerunt voces vnanimes omnes ad dominum et dixe-
runt: Domine: tu es qui feciſti celum et terram: et mare et
Al. † elatio omnia que in eis ſunt: et cetera que dicere potuerunt, flumi-
nes. na eleuantia vocem ſuam. [Mirabiles † ſuſpenſure ma-
M ris.] Cum enim eleuaſſent voces ſuas diſcipuli illi: credide-
runt multi: et acceperunt multi ſpiritumſanctum: et cepe-
runt multa flumina clamare de paucis. Ideo ſequit᷑: A vo-
cibus aquarum multarum mirabiles ſuſpenſure maris: id
eſt huius ſeculi. Cum cepiſſet chriſtus tantis vocibus predi-
cari: cepit iraſci mare: ceperunt crebreſcere perſecutiones.
Cum eleuaſſent ergo flumina vocem ſuam a vocibus aqua-
rum multarum: mirabiles ſuſpenſure maris. Suſpenſure:
exaltationes ſunt: quia quando iraſcitur mare: ſuſpendun-
tur fluctus. Suſpendantur fluctus quantum volunt: fre-
mat mare quantum vult: mirabiles quidem ſuſpenſure ma-
ris: mirabiles mine: mirabiles perſecutiones. Sed vide q̃d
Al. † altis. ſequitur: [Mirabilis in † excelſis dominus.] Conpeſcat
ſe ergo mare: et aliquando tranquilletur: detur pax chriſtia-
nis. Turbabatur mare: fluctuabat nauicula. Nauicula ec-
cleſia eſt: mare ſeculum eſt. Uenit dominus: ambulauit ſup
Act.14. mare: et preſſit fluctus. Quomodo ambulauit dominus ſu-
per mare? Super capita iſtorum fluctuum magnorum ſpu-
mantium. Poteſtates et reges crediderunt: et ſubiugati
N ſunt chriſto. Ergo non terreamur: quia mirabiles ſuſpenſu-
re maris: mirabilis in excelſis dominus. [Teſtimonia tua
Al. † credi- † credita facta ſunt nimis.] Magis q̃ mirabiles erant ſu-
bilia. ſpenſure maris: et mirabilis in excelſis dominus. Teſtimo-
Ioã.16. nia tua credita facta ſunt nimis. Teſtimonia tua: quia dixe-
rat illud ante: Hec dico vobis: vt in me pacem habeatis: in
mundo autem preſſuram: Ergo quia mundus preſſuras vo-
bis facturus eſt dico vobis. Ceperunt pati: et confirmarunt
in ſe quod illis predixerat dominus: et magis fortes facti
ſunt: Cum enim videbant impleri in ſe paſſiones: ſperabãt
compleri in ſe et coronas. Et ideo mirabiles ſuſpẽſure ma-
ris: mirabilis in excelſis dominus. Ut in me inquit pacem
habeatis in mundo autem preſſuram. Ergo quid facimus?
Seuit mare et extolluntur fluctus: et rabidi fremunt: preſ-
ſuras patimur. Nõne forte deficimus? Abſit. Mirabilis in
excelſis dominus: Ideo et ibi cũ diceret: Ut in me pacem
habeatis: in mundo autem preſſuram: quaſi diceretur: Pu-
tas non premet nos mundus et extinguet nos: ſtatim ſubie-
Ibidem. cit: Sed gaudete: quia ego vici ſeculum. Si ergo ait: ego vi-
ci ſeculum: adherete illi qui vicit ſeculum: qui vicit mare:
Gaudete ad eum: quia mirabilis eſt in excelſis dominus: et
teſtimonia tua credita facta ſunt nimis. Et quid factum eſt
Al. † ſancti- de his omnibus? [Domum tuam decet † ſanctificatio do-
tudo. mine.] Domum tuam: totam domum tuam: Non hic aut
hic: aut ibi: ſed domum tuam: tantum per totum orbem ter-
rarum. Quare per totum orbem terrarum? Quia correxit
orbem terre qui nõ commouebitur. Domus domini fortis
erat: per totum orbem terrarum erit. Multi cadẽt: ſed do-
mus illa ſtat. Multi turbabuntur: ſed domus illa non mo-
uebitur. Domum tuam decet ſanctificatio domine. Nunq̃d
paruo tempore? Abſit. [In longitudine dierum.]

¶ Explicit Tractatus de ps.xcij.

¶ Incipit Tractatus de ps.xciij.

A Sicut intẽtiſſime audiuimus cum pſalmus iſte legere-
tur: ita intente audiamus cum reuelat dominus que
hic dignatus eſt opacare myſteria. Ad hoc enim claudunt
quedam ſacramenta ſcripturarum: non vt denegentur: ſed
vt pulſantibus aperiantur. Si ergo affectu pio et ſincera Matth.7.
cordis charitate pulſetis: ille aperiet qui videt vnde pulſe-
tis. Notum eſt nobis omnibus atq̃ vtinam de numero eo-
rum non ſimus: multos murmurare aduerſus dei patiẽtiã
et dolere iniquos homines et impios: vel viuere in hac ter-
ra: vel etiam plurimum poſſe: et quod eſt amplius plerũq̃
plurimum poſſe malos aduerſus bonos: et ſepe malos pre-
mere bonos: malos exultare: bonos laborare: malos ſuper-
bire: bonos humiliari. Attẽdentes talia: in genere enim hu-
mano abundant: peruertuntur impatientes et infirmi ani-
mi: quaſi fruſtra ſint boni: quia deus auertit vel auertere vi-
detur oculos ſuos a bonis operib᷒ pioꝝ et fideliũ: et augere
malos in his que diligunt. Putãtes ergo infirmi fruſtra
ſe bene viuere: aut inuitãtur ad imitandam maliciam eoꝝ
quos quaſi florere conſpiciunt: aut ſi per infirmitatem: vel
perſone ſue vel animi timẽt male facere: ne aliquid illis ſm
leges ſeculi mali accidat: non quia iuſtitiam diligunt: ſed vt
dicam apertius timentes dãnari inter homines vel ab ho-
minibus: abſtinent ſe quidem a factis malis: ſed nõ ſe abſti-
nent a cogitationibus malis: Et inter cogitationes eorum
iniquas precipue caput iniquitatis illa tenet impietas: q̃
men certaui:curſum cōſummaui:fidem ſeruaui: de cetero
ſupereſt mihi corona iuſtitie:quam reddet mihi dn̄s in illa
die iuſtus iudex. Iſte gaudet coronādus:ꝛ triſtis eſt ille co
ronaturus? Gaudet ſic apoſtolus: ꝛ dicit xp̄s dn̄s noſter:
Math.26. Pater ſi fieri pōt trāſeat hic calix? Sed triſtitiam ſic aſſum
pſit:quō carnē. Nolite eñ putare q: hoc dicimus: nō fuiſſe
triſtem dn̄m. Si enim hoc dixerimus q: nō erat triſtis:cum
euāgelium dicat: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortē:ergo
Math.8. ꝛ quādo dicit euāgelium: Dormiuit ieſus:nō dormiuit ieſus
et quando euangelium dicit: Manducauit ieſus:non man-
ducauit ieſus:ſurrepit vermiculus putredinis:et nihil ſani
relinquet:vt dicatur quia et corpus non erat verum:et car-
nem veram non habuit. Quicquid ergo de illo ſcriptum eſt
fratres:factum eſt:verum eſt. Ergo triſtis fuit? Prorſus tri-
ſtis:ſed voluntate ſuſcipiens triſtitiā:quomodo volūtate ſu
ſcipiens carnē. Quomodo volūtate carnē verā:ſic volūtate
triſtitiam verā. Sic ergo triſtitiā volūtate oſtēdit in ſe:vt ſi
forte ſurrepſerit tibi humana infirmitas:ꝛ ceperit aliud vel

le q̄ deus volt:videas prauitatē cordis tui extra regulā:fi-
gas illud ad regulā:et dirigatur in deum cor tuū:qđ in ho-
mine ceperat eſſe prauum. Sic ergo dominus te oſtendens Math.26
dixit: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem: Et dixit: Pa-
ter ſi fieri poteſt tranſeat a me calix iſte. Sed ſtatim fac:qđ
ideo fecit vt te doceret: Uerū non quod ego volo:ſed quod Ibidem.
tu vis pater. Si enim hoc feceritis:iuſtitiam habebitis: Si
iuſtitiam habebitis:rectum eſt cor: Si rectum eſt cor:iuſti-
tia illa que modo tolerat conuertetur in iudicium:ꝛ poſtea
iudicante domino tuo:non ſolum non expaueſces mala:ſed
etiam gloriaberis de corona. Tunc vides quomodo profece
rit patientia dei:vel ad illorum penam:vel ad tuam coronā
Modo nondum vides:crede quod nondum vides:ne eru-
DD
beſcas cum videris. Quoadusq; iuſtitia conuertatur in iudi
cium:et qui habent eam oēs recto ſunt corde. Quis †exur Al.†cōſur-
get mihi aduerſus malignantes:aut quis †cōſiſtet mihi ad- get.
uerſus operantes iniquitatem? Perſuadent multi multa Al.†ſtabit
mala:ſuſurrare ſerpens non deſinit vt facias iniquitatem. mecum.
Quacumq; te conuerteris:forte ſi profeciſti:queris cum ali
quo bene viuere:et vix inuenis. Multi mali te circundant: Matth.3.
quia pauca grana multam paleam habent. Hec area habet
grana ſua pauca:ſed adhuc laborant. Separata ergo a pa-
lea tota maſſa:grandis erit: Pauca grana ſunt:ſed in com-
paratione palearum:multa autem in ſe. Ergo cum vndiq;
mali perſtrepant et dicant:quare ſic viuis:tu ſolus chriſtia-
nus es? Quare non facis quod faciunt et alij? Quare nō ſpe
ctas quemadmodum et alij? Quare non remedia et ligatu-
ras adhibes? Quare non mathematicos et haruſpices con
ſulis ſicut et alij? Et tu ſignas te et dicis chriſtianus ſum:vt
repellas iſtos neſcio quos:ſed aduerſarius ꝑmit:vrget:qđ
peius eſt:exemplo chriſtianorum:ſuffocat chriſtianos: Su-
datur:eſtuatur:tribulatur anima chriſtiana: vincere habet
tamen. Sed nunquid de ſe? Ideo vide quid dicat: Reſpon
det eñ. Quid mihi prodeſt quia modo mihi facio remedia:
et lucror paucos dies? Exeo hinc de iſto ſeculo:et vado ad
dominum meum:et mittet me in ignem:quia prepoſui pau
cos dies vite future:mittet me in gehennas. Quas gehen-
nas? Eterni iudicij dei. Uere niſi putas quia de⁹ curat quo-
modo viuant homines? Et hoc forte non in platea tibi dicit
amicus:ſed in domo vxor:aut forte maritus vxori fideli bo
ne et ſancte:deceptor ipſius. Si mulier marito: Eua eſt illi. Gen.3.
Si vir vxori:diabolus eſt illi. Aut ipſa tibi eua eſt:aut tu illi
ſerpens es. Aliquando vult conuertere pater cogitationem
ſuam vel ad filium:inuenit et ipſum malum:nequiſſimum:
Eſtuat:fluctuat:querit quomodo vincat:prope iā ſorbetur:ꝓ
pe conſentit:ſed aſſit deus. Audite ergo pſalmū: Quis exur
get mihi inquit aduerſus malignātes? Tam multi ſunt quo
cumq; reſpicio ipſi occurrunt. Quis occurrit principi iniqui
EE
tatis diabolo et angelis eius:et hominibus ſeductis ab eo?
Niſi quia domin⁹:inquit:adiuuit me:paulominus †inha- Al.† habi-
bitauerat in inferno anima mea. Prope rueram in illā foſ taſſet.
ſam que paratur peccatoribus:hoc eſt paulominus habita
uerat in inferno anima mea: Quia iam nutabat:iam prope
conſentiebat:reſpexit ad dominum:vtputa:verbi gratia: In
ſultabatur illi vt faceret iniquitatem. Aliquando enim con-
gregant ſe mali:ꝛ inſultant bonis:maxime ſi fuerint illi plu
res:et ceperint illum vnum:quomodo aliquando multa pa
lea eſt circa vnum granum:tunc non erunt ſimul cum fuerit
maſſa ventilata: Capitur inter multos iniquos ille:inſulta-
tur illi:circumuenitur:ſuperponere ſe volunt illi:exagitant
quaſi iuſtū:et inſultāt quaſi de ipſa iuſtitia:magnus inquiūt
apoſtolus:in celum volaſti quomodo helias. Faciunt homi
nes iſta:ita vt aliquando attendens ad linguam humanā:
erubeſcat eſſe bonus inter malos. Reſiſtat ergo malis:ſed
non de viribus ſuis:ne efficiatur ſuperbus cum vult euade
re ſuperbos:et augeat numerum ſuperborum. Sed quid di
cat? Quis exurget mihi aduerſus malignātes:aut quis cō-
ſiſtet mihi aduerſus operantes iniquitatem? Niſi quia do-
minus adiuuit me:paulominus habitauerat in inferno ani-
ma mea. Si dicebam motus eſt pes me⁹:miſericordia tua FF
domine adiuuabat me. Uide quomodo confeſſionem amat
deus. Mouetur pes tuus:ꝛ non dicis:mouetur pes meus?
ſed ſtare te dicis:cum iam ruas: Immo ſi iam cepiſti moue

ri:ſi iam cepiſti fluctuare:cōfitere motum:ne plāgas ruinā:
vt adiuuet te ille:ne in inferno ſit aīa tua. Cōfeſſionē vult
deus:humilitatē vult. Motus es vt homo:adiuuat te ille
vt deus:Sed dic tamē motus eſt pes meus. Quare iā mo-
ueris ⁊ dicis ſto? Si dicebam motus eſt pes meus:miſeri-
cordia tua dñe adiuuabat me. Quō preſumpſit petrus:non
in viribus ſuis:Uidebatur dñs ambulare ſuper mare: cal-
Math.14. cans capita oīm ſupboꝝum in iſto ſeculo: Ipſum iter ſuum
calcantis capita ſupboꝝum:ſignificauit ambulans ſup tumi-
dos fluctus. Calcat et eccleſia:nam ipſa eſt petrus: Nō tn̄
auſus eſt petrus per ſeipſuꝫ ambulare ſup aquas. Sed q̄d
Ibidem. ait? Domine ſi tu es:iube me venire ad te ſup aquas: Ille
poteſtate ſua:petrus in iuſſu illius. Iube inquit tu venire
me ad te ſup aquas:Rñdit ille: Ueni. Calcat em̄ ⁊ eccleſia
capita ſupboꝝ. Sed q: eccleſia eſt:⁊ habet infirmitatē hu-
manā:vt cōpleretur:ſi dicebam motus eſt pes meus:titu-
Ibidem. bauit petr⁹ in mari ⁊ exclamauit:Dñe: pereo. Qō ergo hic
poſitū eſt:ſi dicebā mot⁹ eſt pes meus:hoc ibi poſitū eſt:do-
mine pereo:Et qō hic poſitu eſt:miſericoꝛdia tua dñe adiu-
Ybi.ſ. uabat me: hoc ibi poſitū ē:porrexit manū ieſus dicēs:Mo-
dice fidei:vt q̄d dubitaſti? Mirū eſt qō mō pbat de⁹ hoies:
Ipſa pericula noſtra:dulcioꝛē nobis faciūt liberātem. Nā
videte qō ſequit̄:q: dixit:Si dicebā motus eſt pes meus:
miſericoꝛdia tua dñe adiuuabat me:Dulcis illi vtiq̄ factus
eſt dñs:eripiēs illū a periculis:Et ideo exponēs ipſam dul-
BB cedinē dñi:exclamat dicēs: ⌊†Dñe ſm multitudinē doloꝝ
Al.† nō hꝫ meoꝝ in coꝛde meo:†exhoꝛtationes tue †iocūdauerūt ani-
Alis † con- mam meā.⌋ Multi doloꝛes:ſed multe cōſolationes. Ama-
ſolationes ra vulnera:ſed ſuauia medicamēta. ⌊Nūq̄d adheret tibi ſe-
Al.† letifi- des iniquitatis:q̄ fingis † doloꝛē in p̄cepto? ⌋ Hoc dicit:ne-
cauerunt. mo ſedet tecū in iquus:nec tu ſedē iniquitatis habebis. Et
Al.† laboꝛē vnde hoc intelligit:reddit rationē:Qui fingis inquit dolo-
rem in precepto. Et hoc em̄ intelligo q̄ nō tibi adheret ſe-
des iniquitatis:q: nec nobis pepciſti. Habes hoc in ep̄la
1.Pet.4. apli Petri:Et ad hoc teſtimonium poſuit de ſcriptura:Tē-
pus eſt ait inchoatiōis iudicij ex domo dñi:id eſt tēpus eſt
vt mō iudicētur q̄ ptinēt ad domū dñi: Si flagellātur filij:
quid debent ſperare ſerui nequiſſimi? Ideoq̄ addidit:Si
autem initiū a nobis:quis finis eoꝝ qui nō credūt dei euā-
Ibidem. gelio? Deinde adiūgit illud teſtimoniū: Et ſi iuſtus vix ſal-
Prouer.11. uabitur:peccatoꝛ ⁊ impius vbi parebūt? Quō ergo erūt te-
cum iniqui:qm̄ nec tuis fidelibus parces:vt exerceas ⁊ eru-
dias eos? Sed q: ppter hoc nō parcit vt erudiat eos: ideo
dixit:Qui fingis doloꝛē in precepto. Fingis enim eſt:facis:
formas:plaſmas:vñ ⁊ figuli dicūtur:⁊ vas fictile dicitur:nō
fictū illud qō mēdaciū eſt:ſed qō formatur vt ſit: ⁊ habeat
Ps.93. aliquā formam:ſicut iam dudum dixit: Qui finxit oculū nō
videbit. Nūquid finxit oculum mēdacium eſt? Sed intelli-
gitur:plaſmauit oculum:fecit oculum. Nōne figulus eſt cū
2.Corin.4 fragiles infirmos ⁊ terrenos facit? Audi aplm dicētem:Ha-
bemus theſaurū iſtum in vaſis fictilibus. Sed foꝛte alius
Ro.9. fecit nobis hec vaſa. Ipſum audi dicētem:O homo tu quis
es q̄ reſpōdeas deo? Nūquid dicit figmētū ei q̄ ſe finxit:q̄re
me ſic finxiſti. An nō habet poteſtatem figulus luti et eadē
maſſa facere aliud vas in honoꝛē:aliud in cōtumeliā? Uide
Geñ.2. et ipſum dñm noſtrum ieſum xp̄m:q: oſtēdit ſe figulū. Nam
Ioā.9. q: de limo hominē fecerat:de limo iniūxit cui minus in vte-
ro oculos fecerat. Ergo qō dixit:nunq̄d adheret tibi ſedes
iniquitatis qui fingis doloꝛē in precepto:ſic dicamus: Nū-
quid adheret tibi ſedes iniquitatis:q̄ formas doloꝛē in pre-
DD cepto? Formas inquit doloꝛē in precepto: id eſt de doloꝛe
preceptum nobis facis: vt ipſe doloꝛ preceptum ſit nobis.
Quō nobis doloꝛ eſt p̄ceptū? Qm̄ te flagellat q̄ p te moꝛtu⁹
eſt:⁊ nō tibi pꝛomittit beatitudinē in iſta vita:⁊ fallere non
pōt:⁊ hic nō dat qō queris. Quid dabit? Ubi dabit? Quātū
dabit qui hic nō dat? Qui hic erudit:qui fingit doloꝛē in pre-
cepto? Laboꝛ eſt hic tuus:⁊ requies tibi pmittit̄. Attēdis te
hic habere laboꝛē:ſed attēde qualē ille requiē pollicet̄. Num
quid cogitare poteris? Si illa poſſes cogitare:videres te ni-
hil laboꝛare ad cōpēſationē. Audi eū qui illud ex parte cer-
1.Corin.13. nebat:q̄ dixit:Nūc ſcio ex pte:Quid ait aplus? Etem̄ qō eſt
Ibidem. ad preſens tpale ⁊ leue tribulationis noſtre: iuxta incredi-
bilē modū ⁊ in incredibilē modū eternū gloꝛie pōdus opat̄

in nobis. Quid eſt:eternū gloꝛie pōdus opatur nobis? Qui-
bus opat̄? Nō reſpiciētib⁹ q̄ vidētur:ſed q̄ nō vidētur. Que Ubi.ſ.
enim vidētur:tpalia ſunt:q̄ aūt nō vidētur:eterna: Noli eſſe
piger in laboꝛe breuiter: ⁊ gaudebis inceſſabiliter. Eternaꝫ
vitam tibi daturus eſt de⁹:cogita quāto laboꝛe emēda ſit.
Intēdite fratres:venale eſt. Uenale eſt qō habeo dicit tibi II
deus:eme illud. Quid habet venale? Requiē venalē habeo:
eme illam. De laboꝛe intendite:vt ſimus in noīe xp̄i foꝛtes
chꝛiſtiani. Iā modicū eſt qō reſtat in pſalmo:nō fatigemur.
Quomō em̄ foꝛtis poterit eſſe in faciēdo: q̄ deficit in audiē-
do? Aderit dñs vt vobis qō reliquū eſt:explicem⁹. Attēdite:
quodāmō de⁹ pꝓpoſuit venale regnū celoꝝ. Dicis illi:Quātū
valet? p̄ciū ipſius laboꝛ eſt:quō ſi diceret: preciū illius aurū
eſt: Nō ſufficeret hoc ſolum dicere:ſed quereres quātuꝫ au-
rum. Nam ſi ſolidus aurū eſt. ⁊ ſemiūcia: ⁊ libra:⁊ tale ali-
q̄d. Ideo dixit p̄ciū:ne laboꝛares q̄rere q̄diu hui⁹ rei p̄ciū
laboꝛ eſt. Quātus laboꝛ eſt? Iā q̄re tu:quātū laboꝛādū ſit:
nōdum dicitur tibi. Quātus futur⁹ ſit laboꝛ iſte: vel quātuꝫ
laboꝛis de te exigatur:illud tibi dicit de⁹. Ego oſtēdo quāta
ſit illa requies:tu iudica quāto laboꝛe emēda ſit. Dicat ergo
de⁹:quāta futura ſit ipſa requies. Beati qui habitāt in do- Ps.83.
mo tua:in ſecula ſeculoꝛ laudabūt te. Hec eſt requies ſem-
piterna: Sine fine erit requies iſta:ſine fine erit gaudium
hoc:ſine fine erit letitia iſta:ſine fine erit incoꝛruptio. Uitā
eternā habebis:requiē q̄ nō hꝫ finem. Quāto laboꝛe digna
eſt requies que nō hꝫ finem? Si verū vis cōparare:⁊ veruꝫ
iudicare:eterna requies eterno laboꝛe recte emitur. Ueruꝫ
hoc eſt:ſed noli timere:miſericoꝛs eſt deus. Si enim habe-
res eternum laboꝛem:nūq̄ peruenires ad eternam quietē.
Semper laboꝛans quādo perue nturus eras ad illud quod
digne quidem poteſt emi ſempiterno laboꝛe? Quia ſem-
piterna requies eſt: equa preciū:Eterno certe laboꝛe:di-
gna eſt eterna requies cōpari. Sed ſi ſemp laboꝛares:nūq̄
ad requiem pueníres. Ergo vt aliq̄n puenias ad id quod
emis: nō in eternū laboꝛādū eſt:nō q: nō valet tanti:ſed vt
poſſideatur qō emitur. Digna eſt quidē emi laboꝛe ppetuo
ſed neceſſe eſt vt laboꝛe tpali ematur. Certe tātus debuit
eſſe:id eſt ſempiternus laboꝛ p requie ſempiterna. Decies
cētena milia annoꝛ i laboꝛe q̄d valēt? Decies centena milia
annoꝛ hñt finē:qō tibi dabo dicit dñs nō habebit finē. Qua-
lis mia dei? Nec dicit:decies cētena milia annoꝛ laboꝛa:nō
dicit:vel mille annos nō laboꝛa: nō dicit quīgētos annos
laboꝛa:cū viuis laboꝛa:paucis annis: Inde iā requies erit: 2.Corin.4
et finē nō habebit. Et adhuc audi ꝯſequētia. Dñe ſm mul-
titudinē doloꝛ meoꝛ in coꝛde meo:exhoꝛtatiōes tue iocūda-
uerūt aīam meā. Et paucos annos laboꝛes:et in ipſis labo-
ribus nō deeſt cōſolatio:nō deſunt gaudia quotidiana: ſed
noli gaudere in ſeculo: Gaude in xp̄o:gaude in verbo eius:
gaude in lege ei⁹. Ad ipſa gaudia pertinet q̄ loquimur et
qō auditis. Quāte ergo ſunt iſte cōſolationes in tātis labo-
ribus? Uerū eſt ergo qō dixit Apl's: Etem̄ qō ad p̄ſens eſt:
tēpoꝛale eſt et leue tribulationis noſtre: iuxta incredibilē
modū ⁊ in icredibilē modū eternū gloꝛie pōdus opat̄ in no-
bis. Ecce quantū preciū damus:quodammodo vnam ſili-
quam ad accipiendos theſauros ſempiternos: Siliquā la- RR
boꝛis ad requiem incredibilem:ſecundum quod dictuꝫ eſt
iuxta incredibilem modum:et incredibilem modum eter-
ne gloꝛie pondus operatur. Gaudes ad tēpus:noli ibi con-
fidere:Triſtis es ad tempus:noli deſperare. Non te coꝛrū-
pat felicitas:et nō frangit aduerſitas: Ne foꝛte dicas in ani-
mo tuo: Non poteſt fieri vt deus admittat ad ſe iniquos:
qui iuſtos ipſos emendat:vt ſaluet: Qui ideo emendat:vt
erudiat. Si iuſt⁹ vix ſalu⁹ fiet:peccatoꝛ et impius vbi pare- 1.Pet.4.
bunt? Nunquid adheret tibi ſedes iniquitatis? Id eſt nun- Prouer.11.
quid adheret tibi ſedes impioꝛum qui fingis doloꝛem in p̄-
cepto: Qui et iſtos filios ſic voluiſti exercere et erudire:ſic
voluiſti eis precepta dare:vt nō eſſent ſine timoꝛe:ne ama-
rent aliquid aliud: et obliuiſcerentur te verbum verum bo-
num ſuum? Bonuꝫ eſt deus Si ceſſaret deus et non miſ-
ceret amaritudines felicitatibus ſeculi obliuiſceremur eū
Sed vbi angoꝛes moleſtiarum faciunt fluct⁹ anime:fides
illa q̄ ibi doꝛmiebat:excitat̄. Tranquillū em̄ erat qn̄ doꝛmi- Math.8.
uit chꝛiſtus in mari: Illo doꝛmiēte tēpeſtas oꝛta eſt:⁊ cepe-
runt periclitari.

tum periclitari. Ergo in corde xp̄iano ⁊ trāquillitas erit ⁊
pax: ſed q̄diu vigilat fides nr̄a: Si aūt dormit fides noſtra
periclitamur. Hoc enī ſignificat dormiēs xp̄s: q: quidā obli
uiſcūtur fidē ſuā: ⁊ periclitanť. Sȝ q̄ṁ illa nauis cū fluctua
Ibidem ret: excitať eſt xp̄s a fluctuātib⁹ ⁊ dicētib⁹: Dn̄e: perimus:
Surrexit ille: iperauit tēpeſtatib⁹: ipauit fluctib⁹: ceſſauit
periculū: facta eſt trāq̄llitas: Sic ⁊ te cū turbāt ɔcupiſcētie
male: pſuaſiões male: fluct⁹ ſunt: trāquillabunť. Iā deſpas
⁊ putas te non ptinere ad dn̄m: Euigilet fides tua: excita
xp̄m in corde tuo: ſurgēte fide: iā agnoſcis vbi ſis. Et ſi for
te tentāt fluct⁹ ɔcupiſcētie: intuěris q̄d pmiſit de⁹: ⁊ dulce
do pmiſſoꝝ faciet te ɔtemptorē dulcedinū ſeculi. Et ſi for
te multe vagēt mine potentiū maloꝝ: ⁊ ſpe te expellūt de iu
Mat.25. ſticia: attēdis q̄ḋ minať de⁹: Ite in ignē eternū: q̄ parať eſt
diabolo ⁊ angelis ei⁹: ⁊ nō dimittis iuſticiā. Times ḡ ignē
ſempiternū: ɔtēnis dolores tpales: Et p eo q̄ḋ pmiſit de⁹:
ɔtēnis tpalē felicitatē. Promiſit requiē: patere moleſtiā:
Minať ignē eternū: ɔtēne dolores tpales: ⁊ euigilāte xp̄o
trāquilleť cor tuū: vt ad portū q̄s puenias. Nō enī nō pre
parat portū q̄ parauit nauim. Nunquid adheret tibi ſedes
iniq̄tatis q̄ fingis dolorē in p̄cepto: De bon̄ q̄dē malis ex
ercet nos: ⁊ de illoꝝ inſecutionibus nos erudit. De malicia
mali flagellať bonus. ⁊ de ſeruo emendať fili⁹: Ita fingiť
dolor in p̄cepto. Q̄ḋ illos de⁹ poſſe pmittit: hoc faciūt ma
ZZ li doles q̄bus ad tp̄s parcit. Quid enī ſequiť. Captabūt
in alam iuſti. Quare captabūt: Quia verū crimen nō in
uenerūt q̄ḋ obijciāt. Quid enī captauerūt in dn̄o: Concinna
Mat.27 uerūt falſa crimina: q: vera inuenire nō potuerūt. Et ſan
guinē innocentē ɔdēnabūt. Quare hoc totū fit: in ɔſequē
tibus declarabit. Et fact⁹ eſt mihi inquit dn̄s in refu
gium. Non q̄reres tale refugiū ſi nō periclitareris: Sed
iō periclitatus es vt q̄reres: q: ille fingit dolorē in p̄cepto.
Facit mihi de malicia maloꝝ tribulationē: pſſctus tribula
tiōe cepi q̄rere refugiū: q̄ḋ in illa felicitate ſeculari deſierā
querere. Quis enī facile recordať deum q̄ ſemp felix eſt: et
ſpe p̄ſenti gaudet: Recedat ſpes ſeculi: ⁊ accedat ſpes dei:
vt poſſit dicere: Et factus eſt mihi dominus in refugium:
Als † adiu Ad hoc doleam vt fiat mihi domin⁹ in refugium: Et deus
torium meus in † auxilium ſpei mee. Mō enī dn̄s ſpes. Quādiu
enī dicſum⁹: in ſpe ſumus: nōdū in re. Sed ne in ſpe deficia
1.Cor.10 mus: adeſt pmiſſor erigēs nos: ⁊ tēperās ipſa mala que pa
timur. Nō enī fruſtra dictū eſt: Fidelis deus q̄ nō ſinit vos
tentari ſupra q̄ȝ poteſtis ferre: ſȝ faciet cū tentatiōe etiā exi
tum vt poſſitis ſuſtinere. Sic intrat in fornacē tribulatiōis
vt coquať vas: nō vt frangať. Et fact⁹ eſt mihi dn̄s in refu
giū: ⁊ de⁹ meus in auxiliū ſpei mee. Cuȝ ḡ q̄ tibi videbatur
quaſi iniuſtus eſſe q: parcit malis: vide quō iam corrigatur
pſalm⁹: ⁊ tu cū pſalmo corrigere. Ideo enī voces tuas habe
bat pſalmus. Que ſunt voces: Quouſq̄ pctōres dn̄e. vſq̄ q̄
MM pctōres gloriabūtur: Pſalm⁹ voces tuas habet: mō ergo tu
Al. † nō hȝ habeto voces pſalmi. Que ſunt voces pſalmi: Et factus eſt
Als † iniq̄ mihi dn̄s in refugiū: ⁊ de⁹ meus in auxilium ſpei mee. Et
tatē ipſoꝝ reddet illis † dn̄s † ſm opa eoꝝ: ⁊ † ſm malicia eoꝝ diſpdet
† i malicia † eos. Non vacat q̄ḋ ait ſm maliciā eoꝝ: mihi de illis pre
Als † illos ſtatur: ⁊ tū malicia eoꝝ p̄: nō bn̄ficia eoꝝ. Certe enī de ma
Hebre.12 lis exercet nos: flagellat nos. Ad quā rem flagellat: Vtiq̄
Prouer.3. ad regnū celoꝝ. Flagellat enī oēm filiū quē recipit. Et q̄s
eſt filius cui⁹ non det diſciplinā pr̄ eius: Q̄ḋ cū facit de⁹: ad
hereditatē ſempiternam nos erudit: ⁊ hoc nobis p̄ſtat ſepe
de malis hoībus: in q̄bus exercet ⁊ p̄ficit dilectionē noſtrā:
Matth.5. quā vult extēdi vſq̄ ad inimicos. Neq̄ enī eſt pfecta dile
ctio xp̄iani: niſi cū implet q̄ḋ xp̄s p̄cepit: Diligite inimicos
vſos: benefacite his q̄ vos oderūt: ⁊ orate p eis q̄ vos perſe
quūtur. Hinc ipſe diabolus vinciť: hinc victorie corona pci
pitur. Ecce quāta nobis p̄ſtat de⁹ de malis hoīb⁹: nec tū ſm
id q̄ḋ de illis nobis p̄ſtat: ſed ſm maliciā eoꝝ retribuet eis.
Mat.26 Videte enī quanta nobis p̄ſtitit de ipſo imaniſſimo ſcelere
iude traditoris. Iudas quippe tradidit ad paſſionē filium
dei: ⁊ p paſſionē filij dei oēs gentes redēpte ſunt ad ſalutē:
Concor.3. nec tamen p ſalute gentiū merces reddita eſt iude: ſed pro
ſen diſ.20. eius malicia debitū ſupplicium ei retributū eſt. Nam ſi tra
xp̄s ḡ eſt ditio chriſti: ⁊ non tradentis anim⁹ conſiderandus eſt: hoc
Roma.8 fecit q̄ḋ fecit deus pater: de quo ſcriptū eſt: q: filio ppřio nō

pepercit: ſed p nobis oībus tradidit illum. Hoc fecit iudas
quod fecit ipſe dn̄s chriſtus: de quo ſcriptū eſt: Qui ſeipm Ephe.5.
tradidit pro nobis oblationē ⁊ hoſtiam deo in odorem ſua
uitatis. Et iterum: Sic xp̄s inquit dilexit eccleſiam ſuam:
⁊ ſeipm tradidit p ea: ⁊ tamen gratias agimus deo patri: q̄
vnico filio ſuo nō pepercit: ſed pro nobis tradidit eū. Gra
tias agimus ipſi filio qui ſeipm tradidit pro nobis: ⁊ in eo
voluntatem patris impleuit: Et deteſtamur iudam de cui⁹
facto nobis tantū beneficium p̄ſtitit deus: ⁊ recte dicimus
Reddidit ei dominꝰ ſm iniquitatem eius: ⁊ ſm maliciam
eius diſperdidit eū. Non enī ille p nobis tradidit chriſtum:
ſed pro argento quo vendidit eum: q̄uis traditio chriſti ſit
noſtra redemptio: ⁊ chriſti venditio ſit noſtra redemptio.
Sic ⁊ illi qui martyres pſecuti ſunt: pſequendo in terra: in
celum mittebant: Et ſcientes quidem preſentis vite dānū
inferebant: neſcientes aūt future vite lucrum conferebāt.
Quicūq̄ tamē pſeuerauerūt in odio iniuſto iuſtorum: red
didit eis domin⁹ ſm iniquitates eoꝝ: ⁊ ſm maliciam eoꝝ
diſperdidit eos. Sicut enī malis obeſt bonitas iuſtoꝝ: ſic NN
bonis prodeſt iniquitas impiorum. Nam ⁊ dominus dicit: Ioan.9.
Ego veni: vt qui nō vident videant: ⁊ qui vident ceci fiant. 2.Cor.2
Et Apoſtolus: Alijs quidē inquit ſumus odor vite in vitā:
alijs autem odor mortis in mortem. Malicia vero iniquo
rum: ſiniſtra ſunt arma iuſtorum: ſicut idē dicit Apl̄s: Per 2.Cor.6
arma iuſtitie a dextera ⁊ ſiniſtra: id eſt per gloriam ⁊ igno
bilitatem: atq̄ ita deinceps cetera: exeq̄uiť dextera arma:
demonſtrans gloriam dei: famā veritatis qua cognoſcebā
tur q̄ȝ viuebant: ⁊ q̄ȝ non mortificabantur: q̄ȝ gaudebant: q̄ȝ
multos ditabant: q̄ȝ omnia poſſidebant. In ſiniſtra vero q̄ȝ
ignobiles ⁊ male fame habebantur: q̄ȝ ſeductores putaban
tur: q̄ȝ ignorabantur: occidebantur: coercebantur: contriſta
bantur: egere ac nihil habere videbantur. Et quid mirū ſi
milites chriſti ⁊ dextris ⁊ ſiniſtris armis diabolum expu
gnant: Sicut autem pax hominib⁹ bone voluntatis: ⁊ quā Luce.2.
do ſunt alijs odor mortis in mortem: ſic ⁊ interitus homini 2.Cor.2
bus male voluntatis: ⁊ quādo iuſtis arma ſunt ſiniſtra ad
ſalutem. Itaq̄ reddet illis nō ſm noſtram vtilitatem que
de ipſis fit: ſed ſm ipſoꝝ iniquitatem quā diligendo oderūt
animas ſuas: ⁊ non ſm beneficium quod nobis de ipſis pre
ſtat: honorat eos: qui etiam malis bene vtitur. Secūdum
maliciam eorum: diſperdet eos. Dominus deus noſter. OO
Toleret ergo iuſtus iniuſtum: toleret temporalem impuni
tatem iniuſti: temporalis labor iuſti: ſȝ iuſtus ex fide viuit.
Non eſt enī alia iuſtitia hominis in hac vita: niſi ex fide vi Roma.1.
uere: que per dilectionem operatur. Si enī ex fide viuit: cre Gala.5
dat ⁊ ſibi futuram requiē poſt p̄ſentem laborem: ⁊ illis ſem
piternos cruciatus poſt p̄ſentem exultationem. Et ſi fides Matth.5.
per dilectionem operatur: diligat etiā inimicos: et q̄ntum
in ipſo eſt: prodeſſe illis velit. Ita enī faciet: ne ſibi obſint
illi cum hoc velint: Et q̄n forte poteſtatem acceperint: quaſi
nocendi ⁊ dominandi: ſurſuȝ cor habeat vbi ei nemo nocet:
doctus ⁊ eruditus ex lege dei vt mitigetur a diebus mali
gnis: donec fodiatur peccatori fouea. Si enim in lege dn̄i Ps.1.
volūtas eius eſt: ⁊ in lege eius meditabiť die ac nocte: cui⁹ Phil.3
cōuerſatio in celis eſt: de firmamento lucet ſup terram. Vn̄
iſte pſalm⁹ titulū de q̄rta ſabbati accepit: q̄n facta ſunt lumi Gen.1.
naria: vt oīa faciat ſine murmuratiōe: vbi ē vite hn̄s i natiōe Phil.2.
tortuoſa ⁊ peruerſa. Sic enī ſtellas i celo nō extinguit nox: ſic
mētes fideliū inherētes firmamēto ſcripture dei nō vicit iniq̄
tas. Et hic p̄m q̄ḋ ⁊ nr̄a terrena danť aliq̄n i ptāte maloꝝ: nō
ſolū ad noſtrā ptinet eruditionē: vt fiat nobis dn̄s in refu
gium: ⁊ deus in auxiliū ſpei noſtre: ſed etiā ad ipſius pctōris
foueā p̄ficit: de quo in alio pſalmo dr̄: Inclinabitur ⁊ cadet
cū dn̄abitur pauperum. Forte oneroſa fuit vobis lōgitudo Ps.9.
ſermonis: q̄ȝ q̄ȝ in iſta alacritate ſtudij veſtri non hoc appa
reat. Sed ⁊ ſi ita eſt: ignoſcite: p̄mo: q: iuſſus feci: Nā dn̄s
deus noſter p eos mihi fratres iuſſit in q̄bus habitat. Non
enī iubet deus: niſi de ſede ſua. Deinde q: tantū auidi fui
ſtis noſtri: cōfitemur: ⁊ nos auidi ſum⁹ veſtri. Conſoletur
ergo deus noſter iſtū laborē: vt ſudor iſte noſter ſit vobis in
profectum ſalutis: nō in teſtimoniū accuſationis. Hoc dico
fratres: vt ex eo quod audiſtis: proficiatis: ⁊ ruminetis vo
biſcum. Non vos permittatis obliuiſci: non ſolum iſta reco

gitando et colloquendo: ſed etiam ita viuendo. Bona vi-
ta enim ex preceptis dei que agitur: tanq̃ ſtilus eſt: quod
auditur ſcribens in corde: Si in cera ſcriberetur: facile de-
leretur: Scribite illud in cordibus veſtris: moribus veſtris:
et nunq̃ delebitur.

¶ Explicit tractatus de pſ̃. xciij.
¶ Incipit Tractatus de pſ̃. xciiij.

A EGo vellem fratres: vt patrem noſtrũ potius audire-
mus: Sed ⁊ hoc bonũ eſt: vt patri obediamus. Quia
ergo iuſſit nobis qui dignatur orare pro nobis: de preſenti
pſalmo: quod dñs deus oĩm noſtrum donare dignabitur: lo-
quar charitati veſtre. Eſt autẽ pſalmi titulus: ⌊ Laus can-
tici ipſi dauid. ⌋ Laus cantici ⁊ hilaritatẽ ſignificat: q2 can-
tus eſt: ⁊ deuotionem: quia laus eſt. Quid enĩ magis homo
dz laudare: ꝙ id qd̓ ſic ſibi placet vt non poſſit diſplicere?
Securitas ergo laudis: in laude dei eſt. Ibi laudator ſecu-
rus eſt: vbi non timet ne de laudato erubeſcat. Et laudem⁹
ergo ⁊ cantemus. hoc eſt cum hilaritate ⁊ cum leticia lau-
demus. Quid autem laudaturi ſumus: ipſe pſalmus ſequẽ-
tibus verſibus indicat nobis.

¶ Expoſitio pſalmi.

B VEnite exultem⁹ domino. ⌋ Inuitat ad magnas epu-
las exultandi: nõ ſeculo: ſed domino. Niſi enĩ eſſet in
hoc ſeculo exultatio mala que diſtinguẽda eſt ab exultatio-
ne bona: ſufficeret dicere: Venite exultemus? Sed breuiter
diſtinxit. Quid eſt bene exultare? Domino exultare. Ergo
exultatio mala: eſt exultare ſeculo. Exultatio bona eſt: exul-
tare deo. Sic debes domino exultare: ſi vis ſecurus mũdo
inſultare. Quid eſt autem: venite? Unde vocat vt veniant:
cum quibus vult exultare domino: niſi quia lõge ſunt: vt ve-
niendo propinquent: ꝓpinquando accedãt: accedendo exul-
tent? Unde autem longe ſunt? Nunquid locis longe poteſt
homo eſſe ab eo q̇ vbiq3 eſt? Uis eſſe ab eo longe? Quo ibis
vt longe ſis? Nam quidam peccator quidem: ſed tamen cũ
ſpe ſalutis penitens et dolens de peccatis: ⁊ metuens iram
dei: et volens placare deum: ſic et in alio pſalmo loquitur:
Pſ̃. 138 Quo ibo a ſpiritu tuo: et quo a facie tua fugiam? Si aſcen-
dero in celum: tu ibi es. Quid ergo reſtat? Quia ſi aſcende-
rit in celum: ibi inueniet deum. Ut longe fugiat a deo: quo
iturus eſt? Uide quid dicat: Si deſcẽdero ad infernũ ades.
Si ergo aſcendendo in celum: ibi inuenit deũ: deſcẽdendo
in infernum: non fugit deum: quo iturus eſt: quo fugiturus
eſt ab illo irato: niſi ad ipſum placatum? Et tamẽ cum oĩno
Eſa. 29 nemo poſſit fugere ab illo qui vbiq3 eſt: niſi quidem longe
Mat. 15. eſſent a deo: nõ diceretur: Populus iſte labijs me honorat:
cor autem eorum longe eſt a me. Non ergo loco quiſq3 lon-
ge eſt a deo: ſed diſſimilitudine. Quid eſt: diſſimilitudine?
Mala vita: malis moribus. Si enĩ bonis moribus propin-
quatur deo: malis morib⁹ receditur a deo. Unus ergo idẽq3
homo corpore ſtans vno loco et amando deum: accedit ad
deum: et amando iniquitatem: recedit a deo: Nuſq̃ pedes
mouet: et tamen poteſt accedere ⁊ recedere. Pedes enĩ no-
ſtri in hoc itinere: affectus noſtri ſunt: Prout quiſq3 affectũ
habuerit: prout quiſq3 amorem habuerit: ita accedit vel re-
cedit a deo: Nõne plerũq3 dicimus quãdo inuenim⁹ aliqua
diſſimilia: hoc longe eſt ab illo? Quando aliquos duos for-
te homines comparamus: duos equos: duas veſtes: et dixe-
rit aliquid ſimile: Hec veſtis talis eſt qualis illa: aut iſte ho-
mo talis eſt qualis ille: quid alius dicit quid contradicit?
Abſit: longe eſt ab illo. Quid eſt: longe eſt ab illo? Diſſimi-
lis eſt illi. Et iuxta ſtant: et tamen iſte longe eſt ab illo. Duo
vero iniqui pares vita ⁊ moribus. ſi vnus ſit in oriẽte: alter
in occidente: iuxta inuicem ſunt. Et duo iuſti ſimiliter: al-
ter ſit in oriente: alter in occidente: ſecum ſunt: quia in deo
ſunt. Contra vnus iuſtus: alter iniquus: etiam ſi vna cate-
na ligentur: multum a ſe ſeparati ſunt. Ergo ſi diſſimilitudi-
ne recedimus a deo: ſimilitudine accedimus ad deũ: Qua
ſimilitudine? Ad quam facti ſumus: quam in nobis peccan-
do corruperamus: quam peccatorum remiſſione recepim⁹:
que in nobis renouatur intus in mente: vt tanq̃ reſculpa-
tur in nummo: id eſt in anima noſtra imago dei noſtri: ⁊ re-
deamus ad theſauros eius. Nam et inde fratres de nũmo
volnit dominus noſter ieſus chriſtus oſtendere tentatori- C
bus ſuis. quid querat deus. Quando enim de tributo ceſa-
ris querentes cauſam calũnie: conſulere magiſtrum verita-
tis voluerunt: ⁊ conſulendo tentare: vtrum liceret tributũ
dari ceſari: quid ille ait? Quid me tẽptatis hypocrite? Pe-
tit afferri ſibi nummum: ⁊ allatus eſt. Cuius habet: inquit: Mat. 22.
imaginem? Reſponderunt. Ceſaris: ⁊ ille: Reddite ergo ce-
ſari que ceſaris ſunt: ⁊ deo que dei ſunt. Tanquam diceret:
Si ceſar querit in nummo imaginem ſuam: deus non que-
rit in homine imaginem ſuam? Ad hanc ſimilitudinem nos
dominus noſter ieſus chriſtus inuitans: imperat nobis: vt
noſtros etiam inimicos diligamus: ⁊ dat exemplum de ipſo
deo: Sicut pater veſter ait qui in celis eſt: qui ſolem ſuum
oriri facit ſuper bonos ⁊ malos: et pluit ſuper iuſtos et inin-
ſtos: Eſtote ergo ſicut pater veſter perfecti. Cum dicit: eſto- Matth. 5.
te ſicut ille perfecti: ad ſimilitudinem nos inuitat. Si ergo
ad ſimilitudinem nos inuitat: cõſtat quia diſſimiles exiſtẽ-
do receſſeramus a deo: et facti eramus longe per diſſimili-
tudinem: et efficimur prope per ſimilitudinem: vt iam fiat
in nobis quod ſcriptum eſt: Accedite ad eum et illuminami- Pſ̃. 33.
ni. Ergo quibuſdam longe poſitis ⁊ male viuentibus: pſal-
mus iſte dicit: Venite exultemus domino. Quo itis? Quo
receditis? Quo diſceditis? Quo fugitis: exultando mundo?
Venite exultemus domino. Quo itis exultare vbi deficitis?
Venite exultemus in illo a quo facti ſumus. Venite exulte-
mus domino: ⌊ Iubilemus deo ſalutari noſtro. ⌋ Quid eſt D
iubilare? Gaudium verbis non poſſe explicare: ⁊ tamen vo-
ce teſtari quod corde conceptum eſt: ⁊ verbis explicari non
poteſt: hoc eſt iubilare. Nam cõſideret charitas veſtra: qui
iubilant in cantilenis quibuſq3 et quaſi in certamine quo-
dam leticie ſecularis: et videtis quaſi inter cantica verbis
expreſſa exundantes leticia: cui lingua dicendo non ſufficit
quẽadmodum iubilent: vt per illam vocem indicetur animi
affectus: verbis explicare non valentis quod corde concipi-
tur. Si ergo illi de gaudio terreno iubilant: nos de gau-
dio celeſti iubilare non debemus quod vere verbis explica-
re non poſſumus? ⌊ † Preueniamus faciem eius in confeſ- E
ſione. ⌋ Confeſſio quidem duobus modis accipitur in ſcri- al † preoc
pturis. Eſt confeſſio laudantis: et eſt confeſſio gementis. cupemus
Confeſſio laudantis: ad honorem pertinet eius qui lauda-
tur. Confeſſio gementis: ad penitentiam pertinet eius qui
confitetur. Confitentur enĩ homines cum laudãt deum: cõ-
fitentur cum accuſant ſe: Et nihil dignius facit lingua. Ue-
re puto ꝙ ipſa ſint vota: de quib⁹ dicit in alio pſalmo: Red- Pſ̃. 65
dam tibi vota mea: que diſtinxerunt labia mea. Nihil iſta
diſtinctione ſublimius: nihil tam neceſſarium et ad intelli-
gendum ⁊ ad faciendum. Quomodo ergo diſtinguis vota
que reddis deo? Ut illum laudes: te accuſes: quia illius eſt
miſericordia: vt peccata noſtra dimittat. Nam ſi vellet pro
meritis agere: non inueniret niſi quos damnaret. Uenit er-
go docens: vt recedamus iam a peccatis noſtris: ⁊ non no-
biſcum deducat rationem de preteritis: ſ3 tanq̃ tabule no-
ue fiant: incenſis omnibus chirographis debitorum noſtro-
rum. Quanta ergo illius laus: quanta miſericordia? Confi-
teamur itaq3 laudantes. Nam ſi ſemper confeſſio peniten-
tis eſſet: non diceretur in euãgelio de ipſo domino: In illa
hora exultauit ieſus in ſpirituſancto: et ait: Confiteor tibi Luce. 10.
pater domine celi ⁊ terre: qui abſcondiſti hec a ſapiẽtibus Mat. 11.
et prudentibus: et reuelaſti ea paruulis. Nũquid quia chri-
ſtus confitebatur: penitens erat? Illum nihil penitere po-
terat: quia nihil culpabiliter fecerat: ſed cõfitebatur in lau-
de patris. Ergo quia et hic exultationis locus eſt: forte il-
lam debemus intelligere cõfeſſionem que eſt in laude dei:
Unde et laus cantici: vt non hic intelligamus confeſſionem
penitentium: ſed laudantium. Et quid eſt ꝙ continuo nos
admonet de quadam confeſſione cum ait: Preueniamus fa-
ciem eius in confeſſione? Quid eſt: preueniamus faciẽ eius
in confeſſione? Uenturus eſt: preueniamus faciem eius in
confeſſione prius anteq̃ veniat. Nos confitendo damne-
mus quod fecimus: vt ille quod coronet: nõ quod damnet:
inueniat. Nũquid autẽ ⁊ hoc nõ ꝑtinet ad laudem dei: quã-
do confiteris peccata tua? Immo vero maxime pertinet
ad laudem

ad laudem dei. Quare maxime pertinet ad laudem dei.
quando cõfiteris pctã tua? Quia tanto amplius laudat᷑ me
dicus: quãto plus deſperatur egrot⁹. Confitere itaq; pctã
tua: quo magis deſperabas de te ꝓpter iniquitates tuas.
Tanto eñ maior laus eſt ignoſcẽtis: quanto maior exagge
ratio eſt pctã ↄfitentis. Non ẽ putemus nos receſſiſſe a lau
de cantici: ſi iam hic ↄfeſſionẽ intelligim⁹: qua confitemur
pctã noſtra. Et hoc ad laudẽ cantici ptinet: q: cum pctã no
ſtra cognoſcimus: dei gloriã cõmendamus. Preueniamus
Alʼs † ei. faciem eius in cõfeſſione: ⌊Et in pſalmis iubilem⁹ † illi.⌋
Jam diximus qd ſit iubilare: repetitũ eſt: vt cõfirmetur in
faciendo. Ipſa repetitio: exhortatio eſt. Non eñ iam obli
ti ſumus: vt iam moneri nos velimus: que dicta ſunt ſupe
rius vt iubilemus: Sed plerũq; in affectu animi repetitur
verbũ qd notum erat: nõ vt innoteſcat: ſed vt ipſa repetitio
faciat confirmationẽ. Repetitur eñ ad intelligendum affe
Joan. 1. ctum dicentis. Inde eſt qd dicit dñs: Amen amen dico vo
bis. Sufficiebat amen vnũ. Quare amen amen: niſi q: ipſa
repetitio: cõfirmatio eſt? In pſalmis ergo inquit: Iubile
mus ei. Et que dicimus in pſalmis? Que dicimus vel pot⁹
Al. † nõ h3 ſentiemus in iubilatione. Que ſunt que ptinent ad laudes
Pſ. 95 cantici huius? Jam audite. ⌊Quoniã deus magn⁹ † eſt do
Al † Quia minus: ꝛ rex magnus ſup omnes deos.⌋ Propterea ergo
Alʼs † ſunt iubilemus illi. ⌊Quoniã non repellet dñs plebem ſuam.⌋
omnes Iubilemus illi. ⌊† Quoniã in manu eius † fines terre: et
Alʼs † ipſe altitudines montiũ † ipſius ſunt.⌋ In his omnib⁹ iubile
cõſpicit mus illi ⌊Quoniã ipſius eſt mare ꝛ ipſe fecit illud: et † ari
Alʼs † ſiccã dã † terrã manus eius † finxerunt⌋ Iubilemus illi. Sed
Al. † nõ h3 hec omnia qd ſibi velint: ſi cõgruẽter diſcutiant᷑: tẽpus fo
Al † forma re non ſufficit: ſed rurſus ſi penitus negligantur: debitores
uerunt remanebimus. Breuiter itaq; pro tempore quantum per
Al † funda ſtringere poterimus accipite: q: ꝛ pauca ſemina vberrimã
uerunt meſſem referũt: ſi ſit terra fructifera. Primũ quare iubile
B mus: quare laudemus: hoc poſuit: Quoniã deus magnus
eſt domin⁹: ꝛ rex magnus ſup omnes deos. Sunt ergo dij
ſuper quos magnus eſt deus noſter: cui iubilamus: cui ex
ultamus: cui laudes cantici dicimus. Sunt: ſed nõ ſunt no
1. Cor. 8 bis. Apls eñ ait: Nam etſi ſunt qui dicitur dij: ſiue in celo
ſiue in terra: quẽadmodũ ſunt dij multi ꝛ dñi multi: nobis
tamen vnus deus: ex quo omnia: ꝛ nos per ipm: ꝛ vn⁹ dñs
noſter ieſus chriſtus: p quẽ oĩa: ꝛ nos in ipſo. Si ergo non
Pſ. 95 nobis: qbus? Audi ex alio pſalmo: Quoniã dij gentium de
monia: dñs aũt celos fecit. Magnificentius ꝛ breuius tibi
cõmendare nõ potuit ſpũſſanctus p ꝓphetam deũ et dñm
Jbidem tuũ. Parum eñ erat: quia terribilis ſuper omnia demonia
deus. Quid magnũ eſſet ſup oĩa demonia? Quia dij gen
tium demonia. Ubi eſt aũt deus tuus? Dñs autẽ celos fecit.
Illud fecit dñs tuus: vbi nõ poſſent habitare demonia. De
celis eñ deiecta ſunt demonia. Celi preponũtur demonijs
dñs tuus ꝛ celis: q: dñs tuus ꝛ celos fecit. Quãto ergo al
tior a demonijs dijs gentiũ qui altior eſt celis: vnde cecide
runt angeli vt fierent demonia? Et tñ gentes oẽs ſub demo
nibus erant. Demonibus aũt templa fabricata ſunt: demo
nibus are cõſtructe: demonibus ſacerdotes inſtituti: demo
nibus oblata ſacrificia: demonib⁹ arreptitij tanq̃ vates in
ſtituti. Hec oĩa demonib⁹ gentes exhibuerũt: hec oĩa vera
nõ niſi vni magno deo debentur. Templũ fecerunt gentes
demonibus: habet deus templũ. Sacerdotes fecerũt gen
tes demonibus: habet deus ſacerdotes. Sacrificium exhi
buerũt gentes demonibus: habet deus ſacrificiũ. Etenim
illi demones volẽtes videri dij: nõ ſibi iſta exegerũt vt fal
lerent: niſi q: ſciunt ea deberi vero deo. Hoc eñ mos eſt de
beri vero deo: qd ſibi exigit falſus deus. Ergo verũ templũ
dei agnoſcimus. Templũ eñ dei ſanctũ eſt inquit: qd eſtis
1. Cor. 3 vos. Si ẽ nos ſum⁹ templũ dei: ara dei aĩa noſtra eſt. Sa
crificiũ dei qd eſt? Forte hoc facim⁹ modo. Imponimus in
ara ſacrificiũ: qñ deum laudam⁹. Docet eñ nos pſalmus di
Pſ. 49 cens: Sacrificium laudis honorificabit me: ꝛ ibi via eſt vbi
Roma. 8 oſtendã illi ſalutare dei. At vero ſacerdotẽ ſi requiras ſup
celos eſt: Interpellat p te qui in terra mortu⁹ eſt p te. Er
go deus magn⁹ eſt dñs: ꝛ rex magnus ſup oẽs deos. Hic ac
cipe holes deos: Non eñ rex dñs ſup demonia. Et hic ha
Pſ. 81. bemus ſcripture teſtimoniũ: Deus ſtetit in ſynagoga deo
rũ: in medio aũt deos diſcernit. Deos dixit participatione:
nõ natura: ſed grã: qua voluit facere deos. Quãtus deus
eſt q facit deos? Aut quales dij ſunt quos facit hõ? Qua ille
magnus deos faciendo: tam iſti nihil q ab hoie facti ſunt.
Deus verus facit deos credentes in ſe: qbus dedit poteſta Joan. 1.
tem filios dei fieri. Et ideo ipſe verus deus: q: deus nõ fact⁹
eſt: nos aũt facti nõ veri dij: meliores tñ illis quos hõ facit:
Quõ ſimulacra gentiũ argentũ ꝛ aurũ: opus manuũ hoim Pſ. 113
os hñt ꝛ nõ loquẽtur: oculos hñt ꝛ nõ videbunt. Nobis aũt
deus noſter oculos vidẽtes fecit: Neq; in eo tamen nos de
os fecit: q: vidẽtes oculos nob fec: nã fecit h ꝛ pecorib⁹: Sed
ideo nos deos fecit: q: interiores oculos noſtros illumina
uit. Ergo ſit laus illi: confeſſio illi: ſit iubilatio illi: quia ma
gnus eſt dñs: ꝛ rex magn⁹ ſup oẽs deos: Quia nõ repellet
dñs plebẽ ſuam: Laus illi: iubilatio illi. Quã plebẽ non re
pellet? Hic nobis interpretari aliquid nõ licet: pſcriptũ ha D
bemus ab Aplo. Expoſuit hoc apls vnde ſit dictum. Erat Roma. 11
eñ plebs iudea: plebs vbi fuerũt ꝓphete: plebs vbi fuerũt
patriarche: plebs etiã ſm carnẽ ꝓpagata de ſemie abrae:
plebs in qua pceſſerũt oĩa ſacramẽta ſaluatorem noſtrum
ꝓmittentia: plebs vbi inſtitutũ eſt tẽplũ: vnctio: ſacerdos
ad figuram: vt cum oẽs ipſe vmbre pterirent: ipſa lux adue
niret. Erat ergo iſta plebs dei: ad eum ꝓphete miſſi: in illa
nati: qui miſſi: ꝛ tradita ꝛ credita eloquia dei. Quid ergo?
Totũ illud dãnatũ eſt? Abſit. Arbor oliue ipſa dicta eſt ab Jbidem
Aplo. Cepit eñ iſta arbor a patriarchis: ſed fuerũt ibi ra
mi aridi: q: nimis alti p ſupbiam: pciſi ergo ꝓpter ſterilita
tem: inſert⁹ eſt oleaſter ꝓpter humilitatẽ. Ueruntamen cha
riſſimi: ne ſuperbiret oleaſter inſertus: qd ait Apls? Si tu
ex naturali inciſus oleaſtro: ꝛ ↄtra naturã inſert⁹ es in bo
nã oliuã: quãto magis qui ſm naturam ſunt inſerentur ſue
oliue? Ut quõ tu nõ pmanens in infidelitate meruiſti inſe
ri in oliuã cum eſſes oleaſter: ſic iſti correcti factius ſue oli
ue naturaliter inſerent᷑. Hoc de illis apls. Ergo ipſa eſt ar
bor: etiã eſi aliqui ex ramis fracti ſunt: nõ oẽs. Nam ſi oẽs
rami frangerẽtur: vnde petrus? vnde ioãnes? vnde oẽs alij
apoſtoli? Unde ipſe paulus apls qui loquebat᷑: ꝛ ſuo fructu
oliue teſtabat᷑? Nõne iſti oẽs inde? Unde etiam qngenti illi 1. Cor. 15.
fratres: qbus dñs poſt reſurrectionem apparuit? Unde tot Actuũ. 2.
milia ad vocem petri: qñ ſpũſancto repleti apli oim gen
tium linguis locuti ſunt? Tanta auiditate dei laudis ꝛ ſue
accuſationis cõuerſi ſunt: vt qui primo ſanguinẽ dñi fuderũt
ſeuientes: bibere diſcerent iam credentes. Sic autem oĩa Actuũ. 4.
illa cõuerſa ſunt milia hoim: vt res ſuas venderent: et pcia
rerum ſuarũ ante pedes apoſtolorũ ponerent. Quod diues Mat. 19
vnus non fecit quãdo ore dñi audiuit: ꝛ a dño triſtis abſceſ
ſit: Hoc fecerũt ſubito tot milia eorũ hominũ: in quorũ mani
bus chriſtus fuerat crucifixus. Quãto maius vulnus erat
in corde ipſorum: tanto auidius medicũ queſierunt. Cum
ergo inde illi omnes fuerunt: de ipſis dicit modo pſalm⁹:
Quoniã non repellet dñs plebem ſuam. Nam hoc teſtimo
nio pſalmi cum hinc loqueretur vſus eſt Apoſtolus ꝛ dixit
Quid ergo dicim⁹ fratres? Nunquid deus repulit plebem Roma. 11.
ſuã: quã preſciuit? Abſit: Nam ꝛ ego iſrahelita ſum ex ſemi
ne abrae: de tribu beniamin: Non repulit deus plebẽ ſuã:
quã preſciuit. Utiq; ſi repelleret domin⁹ plebem ſuam: nõ
eſſet ipſe apoſtolus. Unde aũt ipſe: inde ꝛ alij. In his plebs
domini: nõ in omnibus: ſed quẽadmodum ſcriptum eſt: Re Eſa. 10
liquie ſalue erunt. Non in omnibus: ſed in area ventilata Roma. 9.
maſſa intromiſſa eſt: palea iacet. Totum quicquid video in
deorũ reproborũ: paleam video. Unde video iſtam paleã? Jã
inde exijt maſſa: iam in horreo recondita eſt. Ambas re J
videamus: ambas diſcernamus. Quid pſalmus adiungit?
Quoniam in manu eius omnes fines terre. Agnoſcim⁹ la
pidem angularem. Lapis angularis: chriſtus. Non poteſt
eſſe angulus: niſi duos in ſe copulauerit parietes. Ad angu
lum de diuerſo venitũ: ſed in angulo ſibi non aduerſantur.
Uenit ex vna parte circũciſio: venit ex alia parte preputiũ.
In chriſto ambo populi concordauerũt: q: ille factus eſt la Pſ. 117
pis de quo ſcriptum eſt: Lapidẽ quẽ reprobauerũt edificã Mat. 21.
tes: hic factus eſt in caput anguli. Si ergo xpe in caput an
guli: nõ attendamus diuerſitatẽ delonge venientium: ſed
ꝓpinquitatẽ in xpo coherentiũ. Ibi igit᷑: ibi videamus: qñ

nō repellet dn̄s plebē ſuā. Ecce vn⁹ paries: in q̄ iam vt dixi
Actuū.4. mus nō repulit dn̄s plebē ſuā. Inde apl'i: inde iſraelite oēs
qui crediderūt: ac venditarū rerum ſuarū p̄cia ante pedes
aploꝝ poſuerūt: voluntate pauperes: de deo diuites. Agno
uimus vnū parietē: impletū eſt ibi qđ diximus: Quia non
repellet dn̄s plebem ſuā. Uideam⁹ ⁊ aliū parietē. Qm̄ in
manu eius fines terre. Ecce ali⁹ paries: In oib⁹ gentib⁹: in
manu ei⁹ fines terre. Venerūt etiā oēs gentes ad lapidē an
gularē: ibi oſculū pacis agnouerūt in illū vnū q̄ de duob⁹ fe
cit vnū: nō queadmodum heretici: qui de vno fecerūt duo.
Ephe.2. Hoc eni idem ait Apl's de dn̄o xp̄o: Ipſe eſt eni inquit pax
noſtra: qui fecit vtraq̧ vnum. Ergo iubilemus illi. Quare?
Quia nō repellet dn̄s plebē ſuā. Iterū quare? Qm̄ in ma
K nu eius fines terre: ⁊ altitudines montiū ipſius ſunt. Alti
tudines montiū: ſublimitates terrarū. Aliqn̄ iſte ſublimita
tes: id eſt ipſe terrene p̄tates: aduerſate ſunt ecclie. Le
ges ꝯtra ecclīam p̄mulgauerūt: nomē xp̄ianū de terra de
Ps̄.71 lere conati ſunt. Sed poſteaq̄ impletū eſt qđ p̄phetatum
eſt: Adorabunt eū oēs reges terre: factū eſt qđ hic dictum
eſt. Altitudines montiū ipſius ſunt. Sed forte tu de tenta
tionibus ſatagis: vt cōſtitutus in tanta gr̄a p̄miſſionū dei:
p̄pter ſcandala mūdi turberis: Nec ipſa ſcādala aliq̄d tibi
faciūt: qm̄ mēſuram a dn̄o acceperūt: Qm̄ ipſius eſt mare.
Eſt eni mare mūdus iſte: ſed ⁊ mare deus fecit. Nec ſeuire
fluctus poſſunt: niſi vſq̧ ad litus: vbi ipſe terminū poſuit.
Nulla ḡ tentatio: niſi acceperit menſurā a dn̄o. Sint ergo
tentationes: ſint tribulationes: ꝯſummatio eis: nō ꝯſume
ris. Unde verū ipſe tentationes non p̄lint. Attende Apl'm:
1.Cor.10. Fidelis deus q̄ nō vos ſinat tentari ſup̄a q̄ poteſtis ferre:
ſed faciat cū tentatione etiā exitū: vt poſſitis ſuſtinere. Nō
ait: nō vos ſinat tētari oīno. Si eni recuſares tētationē: re
cuſares refectionē. Ergo reficeris: ⁊ ſi reficer̄ in manib⁹ ar
tificis es. Aliq̄d tibi tollit: aliq̄d corrigit: aliq̄d cōplanat: ali
quid mūdat: Agit q̄buſdā ferramentis ſuis. Ipſa ſunt ſcā
dala huius ſeculi: tu tantū de manu artificis noli cadere.
Nihil tentationis accidet vires tuas. Hoc p̄mittit deus ad
vtilitatem tuā: vnde tu poſſis p̄ficere. Deniq̧ ip̄m Apl'm
audi hoc cōiungentē: Sed faciet cū tentatione etiā exitū:
vt poſſitis ſuſtinere. Ergo mare forte metuendū tibi erat:
Noli timere: qm̄ ipſius eſt mare: ⁊ ipſe fecit illud. A genti
bus times ſcandala: ⁊ ipſas gentes ipſe fecit: non p̄mittet
illas vltra ſeuire q̄ nouit ille mēſurā eis q̄ p̄ficias. Nōne di
Ps̄.85 cit alius pſalm⁹: Oēs gētes quotq̄t feciſti venient ⁊ adora
bunt corā te dn̄e? Si oēs gentes quotq̄t feciſti: manifeſtū
eſt q̄ ⁊ gentes ipſe fecit. Ideo ipſius eſt mare: ⁊ ipſe fecit
illud: ⁊ aridā terrā manus eius fundauerūt. Eſto tu arida
terra: ſiti gratiā dei: vt veniat ſup̄ te imber dulcis: ꝓueniat
in te fructū. Non p̄mittit fluct⁹ operire qđ ferunt: Et aridā
terrā man⁹ eius finxerūt. Ergo ⁊ hinc iubilem⁹ illi. Nā qm̄
hec ita ſunt: qm̄ tanta explicauim⁹ ad laudē dei p̄tinentia
L redite ad illud vn̄ ceperat. Uenite adorem⁹ ⁊ p̄cidamus
Al.†nō hꝫ †ei: ⁊ plorem⁹ ante dn̄m q̄ fecit nos. Ideo eni exultem⁹:
q̄ fecit illud ⁊ illud: Et cōmemorauit multa: ⁊ nūc repetit
exhortationē: Uenite adorem⁹ ⁊ p̄cidamus ei: ⁊ ploremus
ante dn̄m qui fecit nos. Iam cōmemoratis a me laudibus
dei: nolite pigri eſſe: ⁊ longevita ⁊ morb⁹ ſtare: Uenite ado
remus ⁊ p̄cidamus ei. Sed forte de p̄ctis v̄ris: q̄ vos lōge
fecerant a deo: ſolliciti eſtis: Faciam⁹ ſequētia: ⁊ ploremus
coram dn̄o q̄ fecit nos. Ardes forte ꝯſcientia delicti: lachry
mis extingue flāmā p̄cti: Plora ante dn̄m: ſecurus plora an
deū q̄ te fecit. Non eni opus manuū ſuarū ꝯtēnet in te. No
li putare: q̄ potes a te refici. A te deficere potes: tu teip̄m
reficere nō potes. Ille reficit q̄ te fecit. Plorem⁹ ante dn̄m
q̄ nos fecit: Lachrymare ante illū: ꝯfitere illi: p̄ueni faciem
eius in cōfeſſione. Quis eni es tu q̄ illi ploras: ⁊ illi cōfite
ris: niſi quē fecit? Nō parue fiducie eſt ad factorē res facta:
Al'† Quia ⁊ nō quōcūq̧ facta: ſed ad imaginē ⁊ ſimilitudinē ipſi⁹. Ue
Al'† nō hꝫ nite adorem⁹ ⁊ p̄cidam⁹ ei: ⁊ plorem⁹ ante dn̄m q̄ fecit nos:
Alis† Et † Qm̄ ipſe eſt † dn̄s deus noſter. Ut nūc ſecuri ante illū
Al.†nō hꝫ p̄cidam⁹ ⁊ ploremus: nos q̄d ſum⁹: † Nos † aūt populus
Al'† man⁹. paſcue eius: ⁊ oues manuū eius. Uide q̄ eleganter vboꝝ
M ordinē cōmutauit: ⁊ tanq̄ nō p̄pria reddidit: vt ipſas intel
ligam⁹ oues q̄ ſunt ⁊ p̄pli. Nō dixit: oues paſcue ei⁹ ⁊ p̄pl's

manuū eius: qđ magis putabat̄ poſſe cōgruere: q̄ oues ad
paſcua p̄tinēt: ſꝫ ait p̄pl's paſcue. Ergo p̄pl's oues ſunt: q̄
dicit: p̄pl's paſcue ei⁹. Ipſe p̄pl's oues ſunt. Sed rurſus: q̄
nos habem⁹ oues quas emimus: nō quas fecim⁹: Dixerat
aūt ſuperius: p̄cidamus ei q̄ fecit nos: recte dictū eſt: oues
manuū eius. Nullus hoim ſibi faciet oues. Emere pōt: do
nari poſſunt: inuenire pōt: aggregare pōt: poſtremo furari
pōt: facere oues nō pōt. At vero dn̄s noſter fecit nos: ideo
p̄pl's paſcue eius: ⁊ oues manuū ei⁹: ipſi ſunt: quas ſibi ipſe
facere dignat⁹ eſt gr̄a ſua. Has etení oues laudat ⁊ i Can
tici canticoꝝ: p̄ſectos quoſdā dicens: tanq̄ dentes ecclēſie
ſancte ſponſe ſue. Dentes tui ſicut grex detonſarū aſcendē Cant. 4.
tium de lauacro: q̄ geminos pariūt: ⁊ ſterilis nō eſt in illis. et.6.
Quid eſt: dentes tui? Per quos loqueris. Dentes eni eccle
ſie: p̄ quos loquit̄ eccleſia. Quales dentes tui? Tanq̄ grex
detonſarum. Quare detonſarū? Quia ſarcinas ſeculi depo
ſuerunt. Nōne detonſe erant oues ille de q̄bus paulo ante
dicebā: quos p̄ceptum dei totonderat dicētis: Uade vende Mat.19
oīa tua: ⁊ da pauperib⁹: ⁊ habebis theſaurū in celis: et veni
ſequere me? Fecerūt hoc p̄ceptū: detonſi venerūt. Et quia
baptiſati ſunt credētes in xp̄m: quid ibi d̄r? Aſcendentium Cant.4
de lauacro: id eſt aſcendentium de mūdatione: ⁊ oēs gemi et.6.
nos creant. Quos geminos? Duo illa p̄cepta: in q̄bus tota Mat. 22
lex pendet ⁊ p̄phete. Nos ḡ populus paſcue eius: et oues Al'†nō hꝫ
manuū eius. † Ergo hodie ſi voces eius audieritis. O Heb.3.⁊.4
plebs mea: o plebs dei. Alloquit̄ plebem ſuā deus: nō ſolū
illam plebē ſuā quā non repellit: ſed etiā oēm plebem ſuā.
Loquit̄ eni in angulo vtriuſq̧ parietis: id eſt in xp̄o prophetia Ephe.2
loquit̄ et p̄pl'o iudeoꝝ ⁊ populo gentiū: Hodie ſi vocē eius
audieritis: Nolite obdurare corda veſtra. Aliqn̄ eni au Heb. 4.
diſtis vocem illius per moyſen: ⁊ obduraſtis corda veſtra.
Per p̄conem locutus eſt: quādo obduraſtis corda veſtra: p̄
ſe nūc loquit̄: molleſcant corda veſtra. Qui p̄cones ante ſe
mittebat: ipſe venire dignat⁹ eſt. Ore ſuo hic loquit̄: qui lo
quebatur p̄ ora p̄phetarū. Hodie ḡ ſi vocē eius audieritis:
nolite obdurare corda veſtra. Quare dixiſti: nolite obdura
re corda v̄ra? Quia meminiſtis q̄d ſoleāt facere p̄res v̄ri: N
Nolite obdurare corda veſtra: † Quēadmodū i illa ama Al'† Sicut
ricatione ſm̄ diē tentationis in deſerto. Recolitis certe i irritatiōe
fratres: q̄ ille p̄pl's tentauerit deū: acceperit diſciplinam: Heb.3.
⁊ rectus ſit in deſerto tanq̄ ſb̄ optimo ſeſſore: frenis legū: Exod. 16
frenis p̄ceptoꝝ: nec ſit deſertus: tn̄ a deo etiā indomit⁹: nō et.17.
ſolum beneficijs p̄ſentibus: ſed etiam virga emendationis
non deſiſtente. Nolite ergo obdurare corda veſtra: ſicut in
amaricatione ſm̄ diē tentationis in deſerto: Ubi tentaue
runt me p̄res veſtri. Iam tales nō ſint patres veſtri: no
lite eos imitari: Patres veſtri erant: ſed ſi nō imitati fueri
tis: patres veſtri nō erūt: tn̄ q̄ de his nati eſtis: patres ve
ſtri erant. Et ſi gentes venientes ab extremo terre (ſicut
dicit hieremias: Ad te gentes venient ab extremo terre: et Hiere.16
dicent. Uere mendacia coluerunt p̄res noſtri: ſimulacra in
q̄bus nō eſt vtilitas) ſi gentes dimiſerant ſimulacra ſua. vt Exod. 14.
venirent ad deū iſrael: quos ipſe deus iſrael de egypto p̄ et.16.
mare rubꝝ duxit: in quo inimicos eoꝝ ꝯſequētes operuit:
quos in deſertū eduxit: māna pauit: nunq̄ virgā ſuā ab eo
rum diſciplina tulit: nūq̄ beneficia miſericordie ſubtraxit:
ipſi debent deſerere deū ſuum: cū gentes venerint ad deū
ipſoꝝ? Ubi tentauerūt me p̄res veſtri: Probauerūt me et
viderūt opa mea. Quadraginta annis viderūt opa mea:
quadraginta annis exacerbauerunt me. Ante illos miracu
la in manu moyſi faciebam: ⁊ ipſi magis magiſq̧ corda ob
durabant. Quadraginta annis † p̄ximus fui generationi O
† huic. Quid eſt: p̄ximus fui? Preſentaui me in ſignis et Alis † offen
virtutibus meis. Nō vno die: nō duob⁹: ſed quadraginta an ſus.
nis p̄ximus fui generationi huic. Et dixi: ſemp̄ † iſti errāt Alis † illi
corde. Hoc ſignificauerūt quadraginta ān̄i: qđ eſt ſemp̄. Heb.3.
Quadragenarius eni iſte numerus indicat integritatē ſe Alis † hi
ſurrexiſtis cum chriſto (fidelibus Apoſtolus loquitur) que
ſurſum ſunt querite: vbi chriſtus eſt in dextera dei ſedens:
que ſurſum ſunt ſapite: non que ſuper terram. Cepiſti ſape-
re que ſurſum ſunt: ⁊ non que ſuper terram: ſub terra ſunt:
nonne factus es celum? Carnem portas: ⁊ corde iam tecum
eſt: celum es. Conuerſatio enim tua in celis erit. Talis an- Phil.3.
nuncias ⁊ tu chriſtum. Quis enim fidelium tacet chriſtum?
Intendat charitas veſtra: Putatis quia nos ſoli ſtãtes hic
annunciamus chriſtum: ⁊ vos non annũciatis? Vnde ad nos
veniunt chriſtiani volentes eſſe quos nunq̃ vidimus: quos
non nouimus: quibus nunq̃ predicauimus? An forte credi-
derunt nullo nunciante? Apoſtolus dicit: Quomodo credẽt Ro.10.
quem non audierunt? Quomodo audient ſine predicante?
Ergo tota eccleſia predicat chriſtum: ⁊ annunciant celi iuſti
ciam ipſius: quia omnes fideles quibus cura eſt lucrari deo
eos qui nondum crediderunt: ⁊ faciunt hoc ex charitate: ce-
li ſunt. Intonat de illis deus iudicij ſui terrorẽ: ⁊ tremit qui
infidelis erat: ⁊ paueſcit ⁊ credit. Oſtendite hominib⁹ quid
potuit chriſtus per totum orbem terrarum: loquendo eis: ⁊
adducendo eos ad amandum chriſtum. Quanti enim hodie
adduxerũt amicos ſuos: aut ad pantomimũ: aut ad chorau-
lam? Quare: niſi amando illum? Et vos amate chriſtum. Tã
ta enĩ ſpectacula prebuit: in quo nemo poteſt dicere aliquid
ſe reprehenſionis inuenire illum qui vicit ſeculum. Nam et
aliquando quem amat quiſq; in theatro: vincitur in illo. Ne-
mo vere vincitur in chriſto: non eſt de quo erubeſcere. Arri-
pite: adducite: attrahite quos poteſtis: ſecuri eſtote: ad eũ
adducitis: qui non diſplicet videntibus: ⁊ rogate illum vt il-
luminet eos: ⁊ bene expectent. Annunciauerunt celi iuſticiã
eius: ⁊ viderunt omnes populi gloriam eius. ⌊ Confundã- M
tur omnes: qui adorant ſculptilia. ⌋ Nonne factum eſt? Nõ
ne confuſi ſunt? Nonne quotidie confunduntur? Sculptilia
enim ſunt: manifeſta idola. Quare iam confundunẗ omnes
qui adorant ſculptilia? Quia viderunt omnes populi gloriã
eius. Iam omnes populi gloriam chriſti confitentur. Eru-
beſcant qui adorant lapides: q: lapides illi mortui erãt: nos
viuum lapidem inuenimus: Immo lapides illi nunq̃ vixe-
runt: vt nec mortui dicantur. Lapis autem noſter viuus eſt:
et ſemper vixit apud patrem: et pro nobis mortuus reuixit: Ro.6.
et modo viuit: ⁊ mors ei vltra nõ dñabitur. Hanc gloriã ip-
ſius cogitauerunt: ⁊ cognouerunt populi: dimittunt templa
currunt ad eccleſias. Confundantur omnes qui adorãt ſcul
ptilia. Adhuc querunt adorare ſculptilia: noluerunt deſere-
re idola: deſerti ſunt ab idolis. Confundanẗ omnes qui ado
rant ſculptilia: ⌊ † Qui gloriant in ſimulacris ſuis. ⌋ Sed Alſo † Et.
extitit neſcio quis diſputator: qui doctus ſibi videbaẗ: ⁊ ait:
Non ego illũ lapidẽ colo: nec illud ſimulacrũ qđ eſt ſine ſen Pſ.113.
ſu. Non enĩ propheta veſter potuit noſſe: q: oculos habent ⁊
non vident: ⁊ ego neſcio q: illud ſimulacrũ nec animã habet
nec videt oculis: nec audit auribus. Non ergo illud colo: ſed
adoro qđ video: ⁊ ſeruio ei quẽ nõ video. Quis eſt iſte? Nu-
men quoddã inquit inuiſibile: qđ preſidet illi ſimulacro. Hoc
modo reddendo rationẽ de ſimulacris ſuis: deſerti ſibi vidẽ-
tur q: nõ colunt idola: ⁊ colunt demonia. Etenĩ fratres ſicut
dicit Apoſtolus: Que immolant gẽtes: demonijs immolãt:
et non deo: Nolo vos inquit ſocios fieri demoniorũ: Nam ſci 1.Cor.10.
mus: quia nihil eſt idolum. Ipſe hoc dicit Apoſtolus: Sci-
mus: quia nihil eſt idolum: ſed que immolant gentes: demo
nijs immolan ⁊

niſs immolant:⁊ nõ deo:Dixit:Nolo vos fieri ſocios demo
niorum.Non ergo hinc ſe excuſent:q: quaſi idolis inſenſatis
dediti nõ ſunt:demonijs magis dediti ſunt:qđ eſt periculo-
ſius.Nã ſi tantũ idola colerẽt:ſicut eos nos adiuuarẽt:ita
illis nihil nocerẽt.Si aũt adores ⁊ ſeruias demonibus:erũt
dñi tui.Et qui erunt dñi tui?Inuidi tui:liberati tue neceſſe
eſt inuideant:Semper te velint poſſidere:ſemper talẽ face
re qualẽ poſſint ſecũ trahere.Eſt enim inſita maliuolentia
quedã ⁊ pernicies nocẽdi iſtis malis ſpiritibus:Gaudẽt de
malo hominũ:⁊ de fallacia noſtra:Si nos fefellerint:paſcũ-
tur.Et quid querũt?Nõ quibus in eternũ dominent:ſed cũ
quibus in eternũ dãnent:Quõ ſolet maliuolus latro nomi-
nare innocentẽ:Nũquid ſi fuerit vnus incẽſus:minus ardet
ſi duo ardeant?Minus mori:ſi duo moriant?Pena illi non
minuitur:ſed ſi maliuolentia paſcit:Mecũ moriat:nõ ſe mi
nus moriturũ dicens:ſed ſolatiũ habet malũ alterius.Talis
eſt diabolus:Seducere vult illos:qui cũ illo puniant.Et q:
non poteſt fallere iudicẽ deũ:non enim nominat apud illum
innocentẽ:vera criminavolens habere que obijciat:peccata
Ibidem. N perſuadet.Ecce quales dños ſibi faciũt qui colũt idola: de-
monia.Que eñ immolãt gẽtes:demonijs immolant: ⁊ non
deo.Nolo vos ſocios fieri demonioꝛũ.Nos aũt qualẽ deum
habemus?Audite quid ſequat.Cũ eñ dixiſſet:confundant
omnes qui adorãt ſculptilia:addidit:⁊ qui gloriant in ſimu-
lacris ſuis:ne exiſterẽt quaſi reddẽtes rationem de ſimula-
cris:⁊ dicerent:nõ lapides ſed numina colimus: Que numi
na colis?Dic mihi:Demonia colis:an ſpiritus bonos:quales
ſunt angeli?Sunt eñ angeli ſancti:et ſunt ſpiritus maligni.
Ego dico q: in templis tuis nõ colunt niſi ſpiritus maligni:
qui ſibi exigũt ſuperbe ſacrificiũ:⁊ volunt ſe coli tanq̃ deos.
Maligni ſunt:ſuperbi ſunt.Tales ſunt etiã homines nõ bo
ni: qui ſuã gloriã querunt:⁊ dei gloriã contẽnunt.Homines
aũt ſanctos attẽdite qui ſunt ſimiles angelis. Cũ inueneris
hominẽ aliquẽ ſanctũ ſeruũ dei:ſi volueris illũ colere ⁊ ado-
rare pro deo :prohibet te.Nõ vult ſibi arrogare honorẽ dei:
non vult tibi eſſe pro deo:ſed tecũ eſſe ſub deo.Fecerũt hoc
Act.14. apoſtoli ſancti:paulus ⁊ barnabas:Predicabãt verbũ dei in
lycaonia. Miracula cũ feciſſent lycaonie:ciues eiuſdẽ regio
nis adduxerũt victimas:⁊ voluerunt illis ſacrificare:dicẽtes
barnabã iouẽ:⁊ paulũ mercuriũ. Illi non ſunt delectati.An
forte ideo ſibi immolari noluerũt:q: demonibus ſe cõparari
execrati ſunt?Nõ:ſed q: honorẽ diuinũ exhiberi hominibus
horruerũt:verba ipſorũ indicãt: nõ ſuſpicamur. Sequit eñ
lectio ibidẽ eiuſdẽ:⁊ dicit quõ moti ſunt. Tunc paulus ⁊ bar-
Ibidem. nabas conſciderunt veſtimenta ſua:⁊ dixerunt:Uiri fratres:
quid facitis? Et nos homines ſumus paſſibiles ſimiles vo-
bis.Intendite ergo quõ homines boni prohibẽt eos qui ſe
voluerant colere tanq̃ deos:⁊ volũt potius vt deus vnus co
latur:deus vnus adoret:deo vni ſacrificiũ offerat: non ſibi.
Sic ⁊ omnes ſancti vel angeli illius gloriã querunt quẽ dili-
gunt. Ad eius cultũ.Ad eius orationẽ:ad eius contẽplatio-
nem:omnes quos diligunt rapere ⁊ inflãmare ſtudẽt:ipſum
illis annunciant non ſe: qm̃ angeli ſunt. Et q: milites ſunt:
non norũt gloriã querere niſi imperatoris ſui: Si aũt gloriã
ſuã queſierint:vt tyranni dãnant. Talis extitit diabolus et
demonia:ideſt angeli eius:Arrogauit ſibi honorẽ diuinũ et
omnibus demonijs:⁊ impleuit tẽpla paganoꝛ:⁊ perſuaſit ſi
mulacra:⁊ perſuaſit illa ſacrificia offerri ſibi.Nonne melius
erat vt angelos ſanctos q̃ vt demones colerẽt?Reſpõdent:
O Non colimus mala demonia:angelos quos dicitis ipſos et
nos colimus:virtutes dei magni:⁊ myſteria dei magni.Uti-
nam ipſos colere velletis:facile ab ipſis diſceretis non illos
colere.Audite angelũ doctorẽ.Docebat quendã diſcipulum
chriſti:⁊ oſtendebat illi multa miracula in Apocalypſi ioan-
nis.Ille aũt quodã ſibi demõſtrato miraculo viſionis expa-
Apoca.19. uit:⁊ miſit ſe ad pedes angeli.Et ille angelus qui nõ quere-
bat niſi gloriã dñi ſui:Surge quid facis inquit: Illũ adora:
Nam ego cõſeruus tuus ſum:⁊ fratrũ tuoꝛ.Quid ergo fra-
tres mei?Nemo dicat:timeo ne iraſcat mihi angelus:ſi non
illum colo pro deo meo.Tunc tibi iraſcitur:quãdo ipſum co
lere volueris.Bonus eſt enim et deũ amat.Quomodo eñ
demones iraſcunt ſi non colant:ſic angeli indignant ſi pro
deo colantur.Sed ne forte dicat ſibi cor infirmũ:⁊ cor trepi-
dum:ergo ſi iraſcant demonia q: nõ coliitur:timeo offende-
re demonia.Quid tibi facturus eſt:vel princeps ipſorũ dia-
bolus?Si poſſet aliquid:nullus noſtrum remaneret. Nõne
quotidie tanta in illo dicunt ore chriſtianoꝛ:et creſcit ſeges
chriſtianoꝛ?Quando iraſceris nequiſſimo ſeruo tuo:hoc no
men illi imponis:ſathanas diabole:hoc illi dicis.Forraſſe in
hoc erras:q: homini hoc dicis:⁊ immoderata ira raperis ad
conuiciandã imaginẽ dei:⁊ tamẽ hoc eligis vt ei dicas qđ val
de deteſtaris.Si poſſet ille:non ſe vindicaret? Sed nõ per-
mittitur:⁊ tantũ facit quantũ permittit. Nam ⁊ iob tempta Job.j.
re voluit:⁊ nõ niſi poteſtatẽ queſiuit: ⁊ nihil faceret niſi po-
teſtatẽ accepiſſet.Quare ergo non ſecurus adoras deũ:quo
nolẽte nemo tibi nocet:⁊ quo permittẽte emẽdari non euer
teris?Si enim placuerit dño deo tuo permittere vt aliquis
homo tibi noceat:aut aliquis ſpiritus tibi noceat:emẽdauit
te:vt clames ad eum:Emẽdans emẽdauit me dñs:ſed mor- Ps.117.
ti non tradidit me.Ergo confundantur omnes qui adorant P
ſculptilia:⁊ qui gloriantur in ſimulacris ſuis . [Adorate eũ Heb.j.
omnes angeli eius.] Diſcant pagani adorare deum.Ange
los volunt adorare:angelos imitent:⁊ illũ adorẽt qui ab an
gelis adoratur. Adorate eũ omnes angeli eius. Adoret an-
gelus ille qui miſſus eſt ad corneliũ:Nam eũ adorans corne Act.10.
lius :miſit ad petrũ adorare chriſtũ dominũ petri:⁊ ipſe con
ſeruus petri.Adorate eum omnes angeli eius: [Audiuit ⁊
† iocundata eſt ſion.] Quid audiuit ſion?Quia adorãt eũ Aſletata
omnes angeli eius. Quid audiuit ſion? Ecce quid audiuit:
Annunciauerunt celi iuſtitiã eius:⁊ viderunt omnes populi
gloriã eius:Confundant omnes qui adorãt ſculptilia:⁊ qui
gloriantur in ſimulacris ſuis.Etenim eccleſia necdũ erat in
gentibus:In iudea crediderãt ex iudeis:⁊ putabant ipſi iu
dei qui crediderant ſolos ſe pertinere ad chriſtũ.Miſſi ſunt
apoſtoli ad gẽtes:predicatũ eſt cornelio:Credidit cornelius
baptizatus eſt:baptizati ſunt ⁊ illi qui cũ cornelio erãt.Sed
vt baptizarẽtur:quid factũ eſt ſcitis:Nõ quidẽ huc uſq; per
uenit lector ſed tamen aliqui recordant:Et qui non recordã
tur:audiant a me breuiter.Miſſus eſt angelus ad corneliũ: Act.10.
angelus corneliũ miſit ad petrũ:petrus venit ad cornelium.
Et quia de gẽtibus erat cornelius:et ipſi ⁊ qui cum eo erãt:
non erant circuncisi.Ne dubitarẽt ergo illi tradere euange-
lium non circuncisis:anteq̃ baptizaretur ipſe cornelius ⁊ illi
qui cũ eo erant:venit ſpiritusſanctus ⁊ impleuit illos:⁊ cepe Ibidem
runt loqui linguis.In nullum aũt ceciderat ſpiritusſanctus:
niſi qui fuerat baptizatus: In iſtos aũt ante baptiſmũ cecĩ
dit.Poſſet eñ petrus dubitare vtrũ incircuncisos baptiza-
ret.Uenit ſpiritusſanctus:ceperunt loqui linguis.Donatum
eſt donũ inuiſibile:⁊ tulit dubitationẽ de ſacramento viſibili Act.11.
et baptizati ſunt omnes.Et habes ſcriptũ:Audierunt autẽ
apoſtoli:⁊ qui erant in iudea fratres:quoniã gẽtes recepe
runtverbum dei:⁊ benedicebant deum.Hoc eſt qđ hic cõme Ps.47.
morat:Audiuit ⁊ iocundata eſt ſion:[Et exultauerunt filie Q
iude.] Quid audiuit:⁊ iocundata eſt ſion?Quia receperũt
gentes verbũ dei.Unus paries venerat:ſed angulus nondũ
erat.Sion ipſa eccleſia que erat in iudea: proprie hic nomi-
nata eſt Audiuit ⁊ iocundata eſt ſion:⁊ exultauerũt filie iu- Act.11.
de.Sic ſcriptũ eſt:Audierunt apoſtoli:et qui erant in iudea
fratres.Uidete ſion:exultauerũt filie iude. Quid audierũt?
Quia ⁊ gentes receperũt verbũ dei.Ubi illud dixit iſte pſal-
mus?Annunciauerũt celi iuſtitiã eius:⁊ viderunt omnes po
puli gloriam eius. Et q: gentes crediderunt:a quibus cole-
bantur idola:ſecurus ait:Confundantur omnes qui adorãt
ſculptilia:qui gloriant in ſimulacris ſuis.Audiuit ⁊ iocunda
ta eſt ſion:⁊ exultauerunt filie iude.Poſtea quidẽ de incircũ
ciſis calũniari voluerunt petro:⁊ dixerũt illi:Quare intraſti
ad gentiles ⁊ incircunciſos:⁊ manducaſti cum eis?Ille autẽ
reddidit eis rationem:quomodo cum oraret demonſtratus Ibidem.
eſt illi diſcus pendens quatuor lineis.Diſcus ille qui habe-
bat omnia animalia:⁊ ſignificabat omnes gentes.Ideo au
tem quatuor lineis pendebat:quia quatuor partes ſunt or-
bis:vnde futuri populi erant:Et ideo quatuor euãgelia pre
dicabant chriſtum:vt gratia ipſius ad omnes quatuor par-
tes orbis pertinere intelligat.Quia ergo ⁊ reuelatum demon
ſtratum fuerat petro:indicauit:aperuit illis omnia quomo-
do credidit cornelius:quia priuſq̃ baptizaretur homo genti

lis: venit ſuper eum ſpiritusſanctus. Hec cum audiſſent ta-
Act.11. cuerunt: ⁊ magnificauerunt deum dicentes: Ergo et genti-
bus deus penitentiam ad vitam dedit. Ecce audiuit et leta-
ta eſt ſion: et exultauerunt filie iude: [Propter iudicia
tua domine.] Que iudicia? Quia non eſt perſonarum acce-
ptor deus. Namq; ipſe petrus cum vidiſſet cornelium cen-
turionem ⁊ eos qui cum illo erant adimpletos ſpirituſancto:
Act.10. exclamauit ⁊ ait: In veritate cõprehendo: quia non eſt per-
Ibidem. ſonarũ acceptor deus. Ergo exultauerunt filie iude: propter
iudicia tua domine. Quid eſt: propter iudicia tua? Quia in
omni gente ⁊ in omni populo: quicunq; illi ſeruierit acceptus
eſt illi: quia non iudeorum deus tantum: ſed et gentium. Ui-
dete ſi hoc non eſt: vnde exultauerunt filie iude. Et exulta-
R uerunt filie iude propter iudicia tua domine: [Quoniam
tu es dominus altiſſimus ſuper omnem terram:] Non ſu-
per ſolam iudeam: non ſuper ſolam hieruſalem: non ſuper
ſolam ſion: ſed ſuper omnem terram. Huic vniuerſe terre iu-
dicia dei viguerunt: vt vndiq; populos conuocaret: quibus
non communicant qui ſe preciderunt: nec audiunt predictũ:
nec vident impletum: Quoniam tu es dominus altiſſimus
ſuper omnem terram: [Nimis exaltatus es ſuper omnes
deos.] Quid eſt nimis? Nam de chriſto dicitur. Quid eſt
ergo nimis: niſi vt intelligatur equalis patri? Quid eſt ſu-
per omnes deos? Qui ſunt? Idola: Non habent ſenſum: nõ
habent vitam. Demonia habent ſenſum: habent vitam: ſed
mala ſunt. Quid magnum eſt: quia exaltatus eſt chriſtus ſu-
per idola: exaltatus eſt ſuper demonia? Sed nec hoc valde
Pſ.95. magnum eſt. Demonia quidem dij gentium: ſed ille nimis
exaltatus eſt ſuper omnes deos. Et homines dicti ſunt dij:
Pſ.81. Ego dixi: dij eſtis: ⁊ filij altiſſimi omnes. Item ſcriptum eſt:
Ibidem. Deus ſtetit in ſynagoga deorum: in medio autem deos diſ-
cernens. Super omnes homines exaltatus eſt ieſus chri-
ſtus dominus noſter: Nec tãtum ſuper idola: nec tantum ſu-
per demonia: ſed ſuper omnes homines iuſtos. Et hoc pa-
rum eſt ſuper omnes etiam angelos. Nam vnde eſt: Adora-
te eũ omnes angeli eius? Nimis exaltatus eſt ſuper omnes
deos? Quid ergo facimus omnes qui ad illum conuenimus
S ad eum qui nimis exaltatus eſt ſuper omnes deos? Breue
Al† mali. preceptum nobis dedit. [Qui diligitis dominum: odite †
malignum.] Non eſt dignus chriſtus: cũ quo diligas aua-
riciam. Amas illum: debes odiſſe quod odit. Homo eſt ini-
micus tuus: hoc eſt quod tu: Creati eſtis ab vno creatore in vna
conditione: ⁊ tamen ſi filius tuus loquatur cum inimico tuo
et veniat ad domum inimici tui: ⁊ aſſiduas collocutiones ha-
beat cum illo: exheredita re illum vis: quia loquitur cum ini-
mico tuo. Et quomodo? Quam iuſtã vocem videris tibi ha-
bere? Amicus es inimici mei: ⁊ queris aliquid habere mea? Er-
go attende. Diligis chriſtũ: inimica eſt chriſti auaricia: Qua-
re cum ea loqueris? Non dico loqueris cum illa: Quare illi
ſeruis? Nam multa iubet chriſtus ⁊ non facis: iubet ipſa ⁊ fa-
cis. Iubet chriſtus vt veſtias pauperem: et non facis: iubet
ipſa auaricia vt facias fraudem: et hoc potius facis. Si hec
ita ſunt: ſi talis es: noli tibi multum promittere hereditatẽ
chriſti. Sed dicis: diligo chriſtum. Qui diligitis dominum:
odite malignum. Hinc appares te diligere quod bonum eſt:
ſi inuentus fueris odiſſe quod malum eſt. Qui diligitis do-
minum: odite malignum. Sed cum ceperimus odiſſe mali-
gnum: ſubſequentur perſecutiones. Odimus malignum: di-
cit nobis aliquis perſecutor: fac fraudem: dicit nobis: adora
idolũ: dicit nobis: thus pone demonijs: ſed nos audiuimus:
Qui diligitis dominum: odite malignum. Audiuimus qui-
dem: ſed ſi non fecerimus ſeuit ille. Uſq; quo ſeuit? Quid eſt
ablaturus? Reſponde. Quare chriſtianus es? Propter eter-
nam hereditatem: an propter terrenam felicitatem? Inter-
roga fidem tuam: pone in cataſta conſcientie animum tuũ:
torque teipſum timore iudicij: reſponde cui credideris: qua-
re credideris. Dicis mihi: in chriſtum credidi. Quid tibi pro-
miſit chriſtus: niſi quod oſtendit in ſe? Quid oſtendit in ſe?
Mortuus eſt: ⁊ reſurrexit: aſcendit in celum. Uis ſequi? Imi-
Marci.16. tare paſſionem: expecta promiſſionem. Quid ergo tibi abla-
turus eſt ſeuiens cum ceperis odiſſe malignum? Qui dili-
gis dominum: quid ablaturus? Patrimonium. Nunquid ce-
lum? Poſtremo quicquid tibi dedit deus tollat: ille non tol-
lit quidem ſi non vult deus. Si autem vult deus: tollit quod
dedit deus: ne ſe tibi auferat ipſe deus. Deum tibi nemo tol-
let: Tu tibi illum tollis ſi illum fugis. Forte reſpondes: Nõ Iob.1.
curo de patrimonio meo: dominus dedit: dominus abſtulit:
Poſſumus dicere: ſicut domino placuit: ita factum eſt: ſed ti-
meo ne occidat me: Hoc totum eſt. Audi ergo pſalmum con- T
ſolantem. [Cuſtodit dominus animas † ſeruorum ſuorũ.] Al† ſctõꝝ.
Quia ergo dixerat ſuperius: Qui diligitis dominum: odite
malignum: ne ideo timeres odiſſe malignũ ne occideret te
malignus: ſubiecit ſtatim: Cuſtodit dominus animas ſeruo-
rum ſuorum. Audi illum cuſtodientem animas ſeruorũ ſuo-
rum: ⁊ dicentem: Nolite timere eos qui corpus occidũt: ani- Mat.10.
mam autem non poſſunt occidere. Occidit et corpus qui in
te plurimum poteſt: quid tibi fecit? Quod ⁊ domino deo tuo.
Quare amas habere quod chriſtus: ſi times pati quod chri-
ſtus? Ille venit ferre vitã tuam temporalem: infirmam: mor-
ti obnoxiam. Certe timeres mori: ſi poſſes non mori. Quod
per naturam vitare non potes: quare propter fidem non ſu-
ſcipis? Tollat tibi iſtam vitam qui minatur aduerſarius: dat
tibi deus aliam vitam: quia et iſtam ipſe tibi dedit: et ſi ipſe
noluerit nec ipſa tolletur. Si autem voluerit vt tollatur tibi
tolletur: habet quod tecum mutet: Noli timere ſpoliari pro
illo. Nõ vis exui veſtem pannoſam? Stolam glorie tibi da-
turus eſt. Quam ſtolã dicis mihi? Oportet corruptibile hoc 1.Cor.15.
induere incorruptionem: et mortale hoc induere immortali-
tatem: Ab ipſa caro tua non periet. Uſq; ad mortem poteſt
ſeuire inimicus: poteſtatem vltra non habet: nec in animam
nec in ipſam carnem: quia et ſi diſſipet carnem: non impe-
dit reſurrectionem. De anima ſua timebãt homines: ⁊ quid
eis dominus ait? Ueſtri autem ⁊ capilli capitis omnes nume- Mat.10.
rati ſunt. Times ne animam perdas: qui capillum non per-
dis? Deo omnia numerata ſunt: Omnia redintegrabit: qui
omnia creauit. Non erant: ⁊ creata ſunt: erant ⁊ non repara-
buntur? Credite ergo toto corde fratres mei: ⁊ qui diligitis
dominum: odite malignum. Fortes eſtote: non ſolum in dili-
gendo deum: ſed etiam in odiendo malignum. Nam nõ vos
terreant potentiores: qui vos vocauit: omnipotens eſt. For-
tior eſt enim omni forti: ſuperior eſt omni excelſo: Filius dei
pro nobis mortuus eſt: Securus eſto accepturum te vitam
ipſius: qui pignus habes mortem ipſius. Pro quibus enim Ro.5.
mortuus eſt? Nunquid pro iuſtis? Paulum interroga. Etenim
chriſtus pro impijs mortuus eſt. Impius eras ⁊ mortuus eſt
pro te: iuſtificatus es ⁊ deſeret te? Qui iuſtificauit impium:
relinquet pium? Qui diligitis dominum: odite malignum.
Nemo timeat: Cuſtodit dominus animas ſeruorum ſuorum: Al† libera-
[De manu peccatoris † eruet eos.] Sed forte dicturus bit eos.
es: perdo lucem iſtam. [Lux orta eſt iuſto.] Quam lucẽ U
times ne perdas? Times ne in tenebris ſis? Noli timere ne
perdas lucem: immo time ne dum caues perdere illam lucẽ:
perdas illam lucem veram. Quam times enim perdere: vi-
demus quibus donata eſt: cum quibus tibi communis eſt.
Nunquid ſoli boni vident iſtum ſolem: cum faciat oriri ſolẽ Mat.5.
ſuum ſuper bonos ⁊ malos: ⁊ pluat ſuper iuſtos et iniuſtos?
Iſtam lucem vident tecum iniqui: vident tecum latrones:
vident tecum impudici: vidẽt tecum beſtie: muſce: vermicu-
li. Qualem lucem iuſto ſeruat: qui ⁊ iſtis iſtam dat? Merito
hanc lucem in fide martyres viderunt. Qui enim iſtam con-
tempſerunt: aliquam viderunt quam deſiderauerunt: quia
hanc reſpuerunt. Lux orta eſt iuſto: [Et rectis corde † io- Al† leticia
cunditas.] Nolite putare quia vere in miſeria fuerunt cũ
in catena ambulauerunt. Latus fuit carcer fidelibus: lenes
fuerunt catene confitentibus. Habebant gaudia in cataſta:
qui chriſtum predicabant inter tormẽta. Lux orta eſt iuſto.
Que lux orta eſt iuſto? Que non oritur iniuſto: non iſta lux
quã facit oriri ſuper bonos ⁊ malos. Eſt alia lux que oritur Sap.5.
iuſto: De qua luce non ſibi orta: in fine dicent iniuſti: Ergo
errauimus a via veritatis: et iuſtitie lumen non luxit nobis:
et ſol non ortus eſt nobis. Ecce amando iſtum ſolem: in te-
nebris cordis iacuerunt. Quid profuit oculis videre iſtum:
et mente non videre illum? Tobias cecus erat: ⁊ filium ſuum
viam dei docebat. Noſtis enim: quia tobiã filiũ ſuum admo- Tob.4.
nebat et dicebat: Fili: fac elemoſynas: quia elemoſyne non
permittunt ire in tenebras: Et loquebatur ille qui in tene-
bris erat.

bris erat. Uidetis: quia eſt alia lux que oritur iuſto: et rectis corde iocunditas. Oculos non habebat: et filio ſuo dicebat: Fac elemoſynas: quia elemoſyne non ſinunt ire in tenebras. Nec timuit: ne diceret in corde ſuo filius ipſius: Tu enim elemoſynas feciſti: quare cecus mihi loqueris? Ecce elemoſyne ad tenebras te perduxerunt: Et quomodo mihi dicis: Elemoſyne non ſinunt ire in tenebras? Quare ille dicebat iſta cum fiducia: niſi quia aliam lucem videbat? Filius patri manum tenebat vt ambularet: ſed pater filio viam docebat vt viueret. Eſt ergo alia lux: que oritur iuſto. Lux orta eſt iuſto: et rectis corde iocunditas. Uis illam noſſe? Eſto rectus corde. Quid eſt rectus corde? Noli toto corde eſſe ad deum: reſiſtens voluntati ipſius: et volens illum curuare ad te: et non te dirigere ad illum: et ſenties iocunditatem quam norunt omnes qui recto ſunt corde. Lux orta eſt iuſto: et rectis corde iocunditas.

Alias † letamini. [X] † Iocundamini iuſti. Iam forte fideles audientes iocundamini: conuiuia meditantur: calices preparant: roſarum tempus expectant: quia dictum eſt: iocundamini iuſti. Uide quid ſequitur. In domino. Iocundamini iuſti in domino. Expectas tempus veris vt iocunderis: ſi dominum habes iocunditatem: dominus tecum ſemper eſt: non habet tempus. Habes illum nocte: habes illum die. Eſto rectus corde et ſemper eſt tibi de illo iocunditas. Non enim iocunditas que eſt ſecundum ſeculum: vera iocunditas eſt. Audi propheta

Eſaie. 57. Eſaiam: Non eſt gaudere impijs dicit dominus. Gaudere quod vocant impij: non eſt gaudere. Quale gaudium nouerat qui hoc gaudium improbabat? Credamus illi fratres: homo erat: ſed ambo gaudia nouerat. Homo erat vtique nouerat gaudia calicis. Quia homo erat: nouerat gaudia menſe: nouerat gaudium lecti: nouerat gaudia iſta ſecularia et luxurioſa. Ille qui nouerat illa: ait preſumens: Non eſt gaudere impijs dicit dominus. Sed non dicit homo: dicit dominus: Sed ex veritate domini: non eſt gaudere impijs. Nam illi ſibi videntur gaudere: Non eſt autem gaudere impijs: dicit non homo: ſed dominus. Unde ille ipſum gaudium videns ait: Et diem homi

Hiere. 17. num non concupiui: tu ſcis. Qui mihi aliam diem oſtendis: qui me aliam lucem doces: qui me alia iocunditate perfundis: qui aliud mihi intus inſinuas: feciſti me non concupiſcere diem hominum. Utique videbat Eſaias homines in potatione: in luxuria: in theatris: et in ſpectaculis totum mundum luxuriari varijs nugis: et tamen clamabat: Non eſt gaudere

Eſaie. 57. impijs dicit dominus. Si hoc non eſt gaudere: quale gaudium videbat: in cuius comparatione hoc non erat gaudium? Tanquam ſi tu noſſes ſolem: et alicui laudanti lucernam diceres: Non eſt iſta lux. Quare lux non eſt? Ille pro magno habet: gaudet: exultat: et tu dicis: non eſt iſta lux? Aut ſi quis ſimiam miraretur: diceres: Non eſt iſta pulchritudo. Et ſi forte ille occupatus eſſet circa compoſitionem membrorum in illa beſtia: et omnes illas congruentias miraretur: tu qui noueras aliam pulchritudinem: negares iſtam et diceres: non eſt. Quare? Quia aliam noſti. Sed dicis: Ego illam quam videbat Eſaias non video. Crede: et videbis. Forte enim non habes vnde videas. Eſt enim oculus vnde illa pulchritudo videatur. Nam quomodo eſt oculus carnis vnde lux iſta videatur: ſic eſt oculus cordis vnde illa iocunditas videatur. Forte ille oculus ſaucius eſt: ſordidatus eſt: turbatus eſt ab ira: ab auaricia: a cupiditate: a libidine inſenſata: Turbatus eſt oculus tuus: non potes videre illam lucem. Crede antequam videas: ſanaberis et

[Y] Alias † ſanctificationis. videbis. Lux orta eſt iuſto: et rectis corde iocunditas. Iocundamini ait iuſti in domino: Et confitemini memorie † ſanctitatis eius. Iam iocundati in domino: iam gaudentes in domino: illi confitemini: quia niſi vellet: non in illo gau

Ioan. 16. deremus. Ait enim ipſe dominus: Hec locutus ſum vobis vt in me pacem habeatis: in mundo autem preſſuram. Si chriſtiani eſtis: preſſuras in iſto mundo ſperate. Tranquilliora et meliora tempora nolite ſperare fratres: Fallitis vos. Quod vobis euangelium non promittit: nolite vobis promittere. Quid dicat euangelium ſcitis: chriſtianis loquimur: fidei preuaricatores eſſe non debemus. Euangelium hoc dicit: quia in nouiſſimis temporibus multa mala: multa ſcandala: multe preſſure: multe iniquitates abundabunt: Sed qui perſe

Mat. 24. uerauerit vſque in finem: hic ſaluus erit. Refrigeſcet inquit charitas multorum. Qui ergo perſeueranter ſpiritu ferbue

rit (ſecundum Apoſtolum: qui ait: Spiritu feruentes) eius Ro. 12.
charitas non refrigeſcit: quia ipſa charitas dei diffuſa eſt in Ro. 5.
cordibus noſtris per ſpiritumſanctum qui datus eſt nobis. Nemo ergo ſibi promittat quod euangelium non promittit. Ecce venient letiora tempora: et facio illud: et emo illud. Bonum eſt tibi vt attendas illum qui non fallitur: nec fefellit aliquem: qui tibi promiſit non hic leticiam: ſed in ſe: Et cum tranſierint iſta: ſperes quia cum illo regnabis in eternum: ne cum hic vis regnare: neque hic habeas iocunditatem: neque illic inuenias.

Explicit Tractatus de pſalmo xcvi.
Incipit Tractatus de pſalmo xcvij.

Expoſitio pſalmi.

Cantate domino canticum nouum. Nouus homo nouit: vetus non nouit. Vetus homo eſt vetus vita: et no [A] uus homo eſt noua vita. Vetus vita ex adam trahitur: noua vita in chriſto formatur. Dicitur autem in hoc pſalmo vniuerſo orbi terrarum: vt cantet canticum nouum. Nam apertius (pſalmo 95.) alibi ſic dicitur: Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra: vt intelligant qui ſe precidunt a communione totius orbis terrarum: non ſe poſſe cantare canticum nouum: quia canticum nouum in toto orbe: non in parte cantatur. Et hic attendite et videte hoc dici. Et cum dicitur vniuerſo orbi terrarum vt cantet canticum nouum: hoc intelligitur: quia pax cantat canticum nouum. Cantate domino canticum nouum. Quia mirabilia fecit † dominus. Que (Alias † quia. al † nobis.) mirabilia? Ecce modo legebatur euangelium: et audiuimus mirabilia domini. Efferebatur mortuus vnicus matris ſue que erat vidua: miſertus dominus: fecit illos ſtare: depoſuerunt illum: et dixit: Iuuenis: dico tibi ſurge: Et ſedit ille mortuus: et cepit (Luce. 7.) loqui: et reddidit illum matri ſue. Ecce mirabilia fecit dominus: ſed multo maiora mirabilia ſunt quod totum orbem terrarum a morte ſempiterna erexit quam quod vnicum filium matris vidue reſuſcitauit. Cantate ergo domino canticum nouum: quia mirabilia fecit dominus. Que mirabilia? Audi. † Sanauit ei dextera eius: et brachium ſanctum eius. Quod eſt brachium ſanctum domini? Do (Alias † ſaluauit ſibi.) minus noſter ieſus chriſtus. Audi Eſaiam: Quis credidit auditui noſtro: et brachium domini cui reuelatum eſt? Brachium [B] ergo ſanctum et dextera ipſius: idem ipſe eſt. Ergo dominus noſter (Eſaie. 53.) ieſus chriſtus brachium dei: et dextera dei propterea ſanauit ei. Non dictum eſt: tantum orbem terrarum ſanauit dextera eius: ſed ſanauit ei. Multi enim ſanantur ſibi: non ei. Ecce quam multi cupiunt ſanitatem iſtam corporalem: et ab illo accipiunt: et ab illo ſanantur: et non illi ſanantur. Quomodo ab illo ſanantur: et non illi ſanantur? Accepta ſanitate laſciuiunt. Qui egroti caſti erant: ſanati adulteri ſiunt. Qui cum egrotarent: neminem ledebant: receptis viribus inuadunt et opprimunt innocentes: Sanati ſunt ſed non ei. Quis eſt qui ſanatur ei? Qui intus ſanatur. Quis eſt qui intus ſanatur? Qui credit in eum: et cum interius fuerit ſanatus: in nouum hominem reformatur: poſtea et hoc quod languet ad tempus caro iſta mortalis: recipiet in finem et ipſa ſuam perfectiſſimam ſanitatem. Sanemur ergo ei. Ut autem ſanemur ei: credamus in dextera eius: quia ſanauit ei dextera eius: et brachium ſanctum eius. Notum fecit dominus ſalutare ſuum. Ipſam dexteram: ipſum brachium: ipſum ſalutare dominus noſter (Luce. 3.) ieſus chriſtus: de quo dictum eſt: Et videbit omnis caro ſalutare dei. De quo etiam dixit ille ſymeon qui infantem accepit in manus: Nunc dimittis domine ſeruum tuum in pace: quoniam (Luce. 2.) viderunt oculi mei ſalutare tuum. Notum fecit dominus ſalutare ſuum. Cui notum fecit? parti aut vniuerſo? Non parti alicui. Nemo fallat: nemo decipiat: nemo dicat: Ecce hic eſt chriſtus: ecce illic. (Mat. 24) Qui dicit: ecce hic eſt: ecce illic: partes oſtendit. Cui notum fecit (Alias † in conſpectu.) dominus ſalutare ſuum? Audi quid ſequitur. † Ante conſpectum gentium reuelauit iuſticiam ſuam. Dextera dei: brachium dei: ſalutare dei: et iuſticia dei: dominus eſt ſaluator noſter ieſus chriſtus. Memor fuit miſericordie ſue † iacob: et veritatis ſue † do (Alias † recordatus eſt. al † non habet. al † domui.) mus iſrael. Quid eſt: memor fuit miſericordie ſue et veritatis? Ut promitteret miſertus eſt: quia promiſit et exhibuit miſericordiam: veritas conſecuta eſt. Miſericordia premiſit promiſſionem: promiſſio reddidit veritatem. Memor fuit miſe [C]

ricordie ſue iacob:ꝛ veritatis ſue domus iſrael. Et quid? tan-
tum iacob:ꝛ tantum domus iſrael? Domus iudeoꝝ ꝛ propa
go illa abꝛae ſecūdum carnē ſolet dici domus iſrael: ꝛ iſrael
iacob. Jacob eñ filius iſaac:iſaac autem ipſe filius abꝛae.
Ergo iacob nepos abꝛae fuit:ꝛ de iacob duodecim filij:ꝛ de
duodecim filijs vniuerſa propago iudeorum. Nunquid illis
tantum promiſſus eſt chꝛiſtus? Et diſcutias quid ſit iſrael:
2.Cor.5. iſraeli promiſſus eſt chꝛiſtus. Jſrael eſt videns deum. Uide
bimus per ſpeciem:ſi nūc videamus per fidem. Habeat ocu
los fides noſtra:ꝛ exhibebitur veritas fidei. Credamus in
eum quem non videmus:ꝛ gaudentes videbimus: Deſide-
remus non viſum:ꝛ fruemur viſo. Ergo ꝛ modo iſrael per fi
dem: tunc autem iſrael per ſpeciē facie ad faciem. Non iam
per ſpeculum:nō iam in enigmate: ſed quemadmodū dictū
1.Joan.3. eſt a Joanne: Dilectiſſimi filij dei ſumus:ꝛ nondū apparuit
quid erimus: Scimus q̄ cum apparuerit ſimiles ei erimus
quā videbim⁹ eū ſicuti eſt. Ad hāc viſionē parate cordavestra
ad hoc gaudiū parate animas veſtras: Quō ſi ſolem vellet deus
oſtendere:moneret vt oculos pararetis carnis: Sed q̄ ſapiētie
ſue ſpeciē vobis dignat⁹ eſt oſtēdere:parate oculos cordis.
Mat.5. Beati mūdi cordes:quoniā ipſi deū videbūt. Memor fuit
miſericordie ſue iacob:ꝛ veritatis ſue dom⁹ iſrael. Quis eſt
Eſa.52. iſte iſrael? Ne forte vnā gentem cogites iudeoꝝ:audi qđ ſe-
al' † termi. quitur. Uiderunt oēs † fines terre:ſalutare dei noſtri.
D Non dictum eſt:omnis terra:ſed omnes fines terre:quomō
dicit a termino vſq̄ ad terminū. Nemo concidat:nemo diſſi
pet:fortis eſt vnitas chꝛiſti. Totum emit: q̄ tantum preciū
dedit. Uiderunt oēs fines terre ſalutare dei noſtri. Quia
Als † dño ergo viderūt: Jubilate † deo vniuerſa terra. Jam no
omnis. ſtis quid ſit iubilare: Gaudete ꝛ loquimini: Sed qđ gaude-
tis loqui non poteſtis:iubilate. Gaudium noſtrū exprimat
iubilatio: ſi non poteſt locutio: Non ſit tamen mutum gau-
dium. cor nō taceat deum ſuum:nō taceat munera eius. Si
tibi loqueris:tibi ſanatus es: Si te ſanauit dextera eius: ei
loquere cui ſanatus es. Uiderunt omnes fines terre:ſaluta
re dei noſtri: Jubilate deo vniuerſa terra: Cantate ꝛ exul
al' † nō hʒ. tate ꝛ pſallite Pſallite domino † deo noſtro in cithara:in ci
thara ꝛ voce pſalmi. Pſallite non voce ſola: Aſſumite ope-
ra:vt nō tantū cantetis:ſed ꝛ operemini. Qui cantat ꝛ ope-
ratur:pſallit in cithara:ꝛ in pſalterio. Et vide qualia organa
E adiunguntur in ſimilitudinibus. In tubis ductilibus: et
De tpe. ſ. voce tube cornee. Quid ſibi volunt tube ductiles ꝛ tube
222.a.b. cornee? Ductiles tube eree ſunt:tundendo producuntur. Si
tundendo:ergo vapulando eritis tube ductiles: ad laudem
dei producte. Si cum tribulamini proficiatis:tribulatio tū-
ſio:profectus productio eſt. Tuba ductilis erat iob:quando
repente percuſſus tantis dānis ꝛ orbitate filioꝝ: tunſione il
la tante tribulationis factus tuba ductilis ſonuit: Dñs dedit
dñs abſtulit: Sicut dño placuit:ita factū eſt:ſit nomē dñi be
Job.1. nedictū. Quō ſonuit:q̄ ſuauē ſonū dedit iſta ductilis tuba?
Adhuc tundit: datus eſt in poteſtate:vt ꝛ caro eius percute
retur. Percuſſa eſt:cepit putreſcere:ſcatere vermibus. Sup
poſita eua ad ſeductionē:vxor eius ſeruata ad miniſterium
diaboli:non ad ſolatiū mariti. ſuggerit blaſphemias:nō ob-
Gen.3. temperat ille. Obtemperauit adā eue in paradiſo:repellit
adam euam in ſtercore. Jn ſtercore enim ſedebat iob:cum
flueret ꝛ putreſceret vermibus. Melior iob putris in ſterco
re: q̄ integer ille in paradiſo. Sed adhuc illa eua erat: iam
ille adam nō erat. Reſpondit eue preparate ad iſtā ſupplā-
tationem ꝛ temptationē:ꝛ ait illi: Ecce audiuimus quō tun-
ditur tuba iſta. Percuſſit eñ diabolus a capite vſq̄ ad pedes
graui vulnere:ꝛ putreſcēs vermibus ſedebat in ſtercore. Au
diuimus quēadmodū tunſus eſt:audiam⁹ quē ſonet vox tu
be huius ductilis. Dulcē vocē:ſi placet audiam⁹. Locuta es
inquit tanq̄ vna ex inſipientibus mulieribus. Si bona ſuſce
Job.2. pimus de manu dñi:mala non ſuſtinebimus? O ſonū fortē:o
ſonū dulcē. Quē non dormientē excitet ſonus iſte? Quē non
excitet preſumptio in deo:vt aduerſus diabolū ſecurus pro
cedat in preliū:nō ſuis viribus obſtēturus:ſed illius qui pro
bat? Quia ipſe etiā tundit: Nō eñ faceret malleos de ſeipſo
De illius eñ diaboli pena futura propheta cōmemorās ait:
Cōtritus eſt malleus vniuerſe terre. Malleū vniuerſe terre
Hiere.50. diabolū voluit intelligi. De ipſo malleo in manu dñi poſito:

ideſt in poteſtate dei tundunt ductiles tube:vt reſonēt lau
des dei. Uidete quemadmodū audeo dicere fratres mei: de
iſto malleo etiā Apoſtolus tundebat. Jn magnitudine inq̄t 2.Cor.12.
reuelationū ne extollar:datus eſt mihi ſtimulus carnis mee
angelus ſathane qui me colaphizet. Ecce tundit: videamus
quemadmodū ſonet. Propter qđ inquit ter dñm rogaui: vt Jbidem.
auferret eum a me:ꝛ dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nā
virtus in infirmitate perficitur. Ego tubā inquit ille fabrica
tor perficere volo:nō perficiā niſi tundā: Jn infirmitate vir-
tus perficit. Et audi iā ipſam tubā ductilē ꝛ bene ſonantē: Ubi.s.
Quando infirmor tūc potens ſum. Et ipſe Apoſtolus tanq̄
apoſtolus herens chꝛiſto: herens illi dextere de qua tenet
malleus vt producat tubā:in illa dextera poſitus fuerit: fa-
cit ꝛ ipſe de ipſo malleo: Dicit de quibuſdā quos tradidit ſa j.thimo.j.
thane:vt diſcant non blaſphemare. Tradidit malleo tundē-
dos: Male ſonabant anteq̄ producerentur: forte produ-
cti facti tube ductiles:amiſſa blaſphemia laudes dñi ſonue
runt. He ſunt tube ductiles. Uox tube cornee quid eſt? Cor- F
nu excedit carnē:neceſſe eſt vt carnem ſuperando ſit firmū:
Firmū ad perdurandū:ꝛ capax vocis. Sed vnde hoc? Quia
carnem ſuperauit. Qui vult eſſe tuba cornea: ſuperet carnē.
Quid eſt ſuperet carnē? Tranſcendat carnales affectus: vin
cat carnales libidines. Audi tubas corneas. Si aūt reſurre- Col.3.
xiſtis cum chꝛiſto: Apoſtolus dicit:que ſurſum ſunt querite:
vbi chꝛiſtus eſt in dextera dei ſedens: Que ſurſum ſunt ſapi
te:non que ſuper terrā. Quid eſt:que ſurſum ſunt querite?
Jdeſt carnē excedite: nolite carnalia cogitare. Nondū erāt
tube cornee:quib⁹ adhuc ita loquebat: Fratres:nō potui lo 1.Cor.3.
qui vobis quaſi ſpūalib⁹ ſed quaſi carnalibus:tanq̄ paruulis
in chꝛiſto:lac vobis potū dedi:non eſcā: Neq̄ eñ poteratis:
ſed nec quidē adhuc poteſtis: Eſtis eñ adhuc carnales. Er-
go non erant tube cornee:q̄ non exceſſerant carnē. Cornu ꝛ
carni heret. ꝛ carnem excedit: Et q̄q̄ de carne orīat: ſuperat
carnē. Fies ergo ex carnali ſpiritualis: Adhuc carne calcas
terram:ꝛ ſpiritu erūpes in celū. Jn carne enim ambulantes 2.Cor.10.
inquit non ſm carnē militamus. Nā illud quibus dixit Apo
ſtolus:non pretermittamus. Quid illis ait: vnde probaret il
los carnales carnalia ſapere:ꝛ nondū factos tubas corneas? 1.Cor.3.
Cū enim dicit vnuſquiſq̄ veſtrum: Ego ſum pauli: alius ego
apollo: alius aūt:ego cephe: nonne carnales eſtis: ꝛ ſm ho-
minem ambulatis? Quid eſt autem appollo? Quid eſt autē
paulus? Miniſtri dei: per quos crediditis. Ego plantaui:
appollo rigauit:ſed deus incrementū dedit. Uult illos ergo
erigi a ſpe quā in homine poſuerant: ꝛ cōtingere ſpiritualia
chꝛiſti:vt poſſent eſſe tube cornee ſi ſuperarent carnem. Fra
tres:nolite inſultare fratribus:quos nondū cōuertit miſeri
cordia dei: Noueritis q̄ q̄diu hoc facitis:carnē ſapitis. Tu-
ba non eſt illa que delectat aures dei. Jnſultationis tuba:in
fructuoſum bellū facit. Tuba cornea te erigat aduerſus dia
bolum:non tuba carnea aduerſus fratrem tuū. Jn tubis du
ctilibus:ꝛ voce tube cornee: Jubilate in conſpectu regis G
dñi. Et vobis iubilantibus ꝛ exultantibus in tubis ducti- Als † mo-
libus:ꝛ in voce tube cornee:quid ſequit? † Cōmoueatur ueatur.
mare ꝛ plenitudo eius. Fratres:predicantibus veritatē
apoſtolis tanq̄ tubis ductilibus ꝛ tubis corneis cōmotū eſt
mare:ſurrexerunt fluctus:creuerūt tempeſtates: facte ſunt
perſecutiones eccleſie. Unde cōmotū eſt mare? Cū iubilaba
tur deo:cū pſallebatur deo:dei aures delectabantur:maris
fluctus excitabantur. Cōmoueatur mare: ꝛ plenitudo eius:
Orbis † terre ꝛ † omnes † inhabitantes in ea. Com- al' † terrarū.
moueatur mare in perſecutionibus. Flumina plaudent al' † nō hʒ.
manibus in idipſum. Moueatur mare ꝛ flumina plaudāt † qui ha-
manibus in ipſum. Fiunt perſecutiones:ꝛ gaudent ſancti in bitant.
domino. Unde flumina plaudent manibus? Quid eſt plau- al' † manu
dere manibus? Gaudere operibus. Plaudere: gaudere eſt. ſimul.
Manibus:operibus. Que flumina? Quos deus fecit flumi
na:dando illis illam aquam ſpiritumſanctum: Si quis ſitit Joan.7.
inquit veniat ꝛ bibat: Qui credit in me: flumina aque viue
fluent de ventre eius. Jſta flumina manibus plaudebant:
iſta flumina operibus gaudebant: et deum benedicebant.
Montes exultabunt a † facie domini quoniam venit: † Als † con-
quoniam veniet iudicare terram. Magni montes: Uenit ſpectu.
deus iudicare terram:ꝛ gaudent. Sunt enim mōtes quivē- al' † nō hʒ.

turo dominoſ iudicare terram contremiſcent. Ergo ſunt mõ
tes boni: ſunt montes mali. Montes boni magnitudo ſpiri
tualis: Montes mali: tumor ſuperbie. Montes exultabũt
a facie dñi quoniã venit: quoniã veniet iudicare terrã. Qua
re veniet ⁊ quomodo veniet? Quoniam veniet iudicare ter
al' † terrę rã. Judicabit orbem † terre in iuſticia: ⁊ populos in equi
ps. 97. tate. Gaudeant ergo montes: Ille enim non iniuſte iudi
D cabit. Venturo forte aliquo iudice homine cui nõ poteſt pa
tere conſcientia: contremiſcunt homines etiam innocentes:
ſi ab ipſo expectant premium laudis: vel timent penam dã
nationis: Quando ille venerit qui falli non poteſt: gaudeant
montes: ſecuri gaudeant: illuminabuntur ab eo: nõ damna
buntur. Gaudeant: q: veniet dominus iudicare orbem ter
rarum in equitate: Ac ſi montes iuſti gaudent: iniqui cõtre
miſcunt. Sed: ecce nondũ venit: Quid opus eſt vt tremant?
Corrigantur: ⁊ gaudeãt. In poteſtate tua eſt: quomodo ex
pectes venturum chriſtum. Ideo differt venire: vt cum vene
rit: non te damnet. Ecce nondum venit. Ille in celo eſt: tu in
terra. Ille differt aduentum: tu noli differre conſilium. Ad
uentus ipſius durus eſt duris: mitis eſt pijs. Vide ergo mo
do tu qui ſis. Si durus: licet tibi miteſcere. Si mitis: iam
gaude venturum. Chriſtianus enim es. Ita inquis. Credo
Mat. 6. ꝙ oras ⁊ dicis: Adueniat regnum tuũ. Optas vt veniat: quẽ
times ne veniat. Corrige te: vt non ores contra te.

¶ Explicit Tractatus de pš. xcvij.
¶ Incipit Tractatus de pš. xcviij.

¶ Prefatio.

A Fratres: id etiam notũ eſſe debet charitati veſtre: tam
ꝙ filijs eccleſie ⁊ eruditis in ſchola chriſti: per omnes
literas antiquorum patrũ noſtrorum qui ſcripſerunt verba dei et
magnalia dei nobis eos conſulere voluiſſe: qui futuri eram⁹
hoc tẽpore: iã credentes in chriſtũ: Qui oportuno tẽpore ve
nit ad nos: primo humilis: poſtea venturus excelſus. Primo
enim venit ante iudicẽ futurus: poſtea venturus eſt iudex
ſeſſurus: vt ante illũ ſtet pro merito ſuo genus humanũ. Pre
ceſſerunt autẽ illũ multi precones tanꝙ iudicem magnum: et
hũc adhuc in humilitate venturũ. Multi precones preceſſe
runt adhuc naſciturũ de virgine maria: futurũ infantẽ: ⁊ ſu
gturũ lac: futurũ paruulũ: verbũ dei: per qđ facta ſunt om
Joan. 1. nia. Preceſſerunt multi precones. ⁊ dixerunt futura ſtatutis
poris: Sed ita dixerũt: vt quibuſdã figuris rerũ tegerẽt ſen
tentias ſuas: ipſumq; velamẽ quo tecta eſt veritas in libris
antiquorum: tunc tolleretur: quando iam ipſa veritas de terra
ps. 84. oriretur. Sic enim dicit in pſalmo: Veritas de terra orta eſt:
⁊ iuſticia de celo proſpexit. Modo ergo tota intentio noſtra
eſt quando pſalmos audimus quando prophetas: quando legẽ
que omnia antequã veniret in carne dominus noſter ieſus chri
ſtus conſcripta ſunt chriſtũ ibi videre: chriſtũ ibi intelligere.
Intendat ergo nobiſcũ charitas veſtra ad iſtum pſalmũ: et
queramus hic chriſtũ. Utiq; apparebit querentibus ⁊ credẽ
tibus qui primo apparuit non querẽtibus: Et nõ deſeret de
ſiderantes ſe: qui redemit negligentes ſe. Ecce de illo cepit
pſalmus: de illo dicitur:

¶ Expoſitio pſalmi.

B Dominus regnauit iraſcantur populi. Cepit enim
Marci. 16 regnare dñs noſter ieſus chriſt⁹: cepit predicari poſt
Act. 2. ꝙ reſurrexit a mortuis: ⁊ aſcendit in celũ: poſteaꝙ impleuit
diſcipulos ſuos fiducia ſpiritus ſancti: vt nõ timerent mortẽ:
quã ipſe iam occiderat in ſe. In ſe ipſe ergo cepit predicari
dominus noſter ieſus chriſtus: vt in illum crederent. qui ſa
lutem habere vellent: ⁊ irati ſunt populi qui idola colebant.
Iraſcebantur qui colebant qđ fecerant: quia annũciabatur
ille a quo facti ſunt. Utiq; ille annunciabat per diſcipulos
ſuos ſeipſum: qui illos volebat conuerti ad eum a quo facti
ſunt: ⁊ auerti ab eis que ipſi fecerant. Illi pro idolo ſuo ira
ſcebantur domino ſuo: Qui ſi pro idolo ſuo iraſcerentur ſer
uo ſuo damnandi erant. Melior enim ſeruus eorum: ꝙ ido
lum eorum. Seruũ enim eorum deus fecit. idolum eorum fa
ber fecit. Sic iraſcebantur pro idolo ſuo: vt iraſci non timerẽt
pro domino ſuo. Sed iraſcantur: predictum eſt: non iuſſum.
In prophetia enim dicitur: Dominus regnauit: iraſcantur po
puli. Eſt quod fiat ⁊ de populis iraſcentibus. Illi iraſcantur:
et intra ipſorum martyres coronentur. Quid fecerunt annũ
ciatoribus verbi veritatis nubibus chriſti: circumeũtibus or
bem terrarũ: ⁊ cõpluentibus agrum dei? Quid illis fecerunt
qui iraſcebantur: niſi vt inter manus eorũ caro affligeretur:
⁊ in manibus chriſti ſpiritus coronaretur? Nec ipſa caro quã
perſecutores occidere potuerunt ita mortua eſt vt in eternũ
interiret. Habebit enim tempus ſuum quo reſurgat ⁊ ipſa:
quia reſurrectionem carnis iam oſtendit dominus in ſeipſo.
Inde illã voluit a nobis accipere: vt de noſtra poſſemus nõ
deſperare. Ergo fratres: caro ſeruorum quam occiderũt cul
tores idolorum reſurget in tempore ſuo: idola que fregit chri
ſtus nunꝙ iterum faciet faber. Audiſtis cum Hieremias le
geretur ante apoſtolicã lectionẽ: ſi autẽ appoſuiſtis: vidiſtis
ſibi tempora preſentia que nunc agimus. Dixit enim: Dij qui Hiere. 10.
celum ⁊ terram non fecerunt: pereant de terra ⁊ de ſub celo.
Nõ dixit: dij qui celum ⁊ terram non fecerunt pereant de ce
lo ⁊ de terra: quia nunꝙ fuerunt in celo. Sed quid dixit? Dij
qui celũ ⁊ terrã non fecerunt pereant de terra. Quaſi reſpõ
dit ad terram: ⁊ defuit qđ reſponderet de celo: quia illi non
fuerunt in celo: ipſam terram bis dixit: quia ipſa eſt ſub celo
Pereant de terra ⁊ de ſub celo: de tẽplis ſuis. Videte ſi non
fit: ſi non ex magna parte iam factum eſt. Quid enim remã
ſit: aut quantũ remanſit? Magis remanſerunt idola in cordi
bus paganorum: ꝙ in locis templorũ. Ergo dominus regna
uit: iraſcantur populi. Qui ſedet ſuper cherubin: Sub C
audis regnauit. Commoueatur terra. Iterum dixit: ira
ſcãtur populi. Quod enim dixit: dominus: hoc repetiuit: qui
ſedet ſuper cherubin: ⁊ qđ dixit: regnauit: ſubaudire fecit in
alio verſu. Et qđ ait: iraſcantur populi: hoc dixit: cõmoueatur
terra: Quid ſunt enim populi niſi terra? Quantum poteſt
iraſcatur terra ei qui iam ſedet in celo. Fuit enim dominus
et in terra: ⁊ aſſumpſit terram in qua eſſet in terra. Induit
ſe carnem: et prior voluit pati iraſcentes populos: Ne iram
populorum timerent ſerui eius: prior illam pati voluit. Et q:
neceſſaria erat ira populorum ſeruis eius: vt a peccatis ſuis
omnibus per ipſas tribulationes curarentur et ſanarentur:
amarũ poculũ prior medic⁹ bibit: ne bibere timeret egrot⁹.
Ergo dominus regnauit iraſcãtur populi: Iraſcantur populi
q: de ira ipſorum multa bona fecit de⁹. Illi iraſcuntur: ⁊ ſerui dei
purgantur: Quia exercentur: coronantur. Iraſcãtur populi: qui
ſedet ſuper cherubin regnauit: cõmoueatur terra. Cherubin
ſedes dei eſt: ſicut ſcripture tradunt: celeſtis quedam ſedes
ſublimis: quam nos non vidimus: ſed verbum dei nouit illã.
Nouit tanꝙ ſedem ſuam: ⁊ ipſum verbum dei ⁊ ſpiritus dei
dixit ſeruis dei vbi ſedeat deus: Non q: ſic ſedet deus quo
modo homo: ſed tu ſi vis vt ſedeat in te deus: ſi bonus eris:
ſedes dei eris. Sic enim ſcriptum eſt: Sedes ſapientie: ani
ma iuſti. Thronus enim: latine ſedes dicitur. Nam et ipſum
cherubin interpretati ſunt quidam quid diceretur latine qui
nouerunt linguam illam hebream: quia hebrea lingua dictũ
eſt cherubin: ⁊ dixerunt eſſe cherubin plenitudinem ſciẽtie.
Ergo quia deus ſuperat omnem ſcientiam: ſuper plenitudi
nem ſcientie ſedere dicitur. Sit in te ergo plenitudo ſcientie D
et eris ⁊ tu ſedes dei. Sed forte dicturus es: Et quando in
me erit plenitudo ſcientie? Et quis poteſt ad tantum culmẽ
peruenire: vt ſit in illo plenitudo ſcientie? Putas hoc velle
deum: vt ſit in nobis iſta plenitudo ſcientie: vt nouerimus:
aut quot ſint ſtelle: aut quot ſint grana: non dico arene: ſed
tritici: aut quot poma pendeant in arbore? Ille nouit omnia
quia capilli noſtri numerati ſunt deo: Sed alia eſt plenitu Mat. 10.
do ſcientie quam voluit hominem noſſe. Ad legem dei perti
net ſcientia: quam te voluit habere. Et quis poteſt forte di
cas mihi perfecte noſſe legem: vt habeat in ſe plenitudinem
ſcientie legis: ⁊ poſſit eſſe ſedes dei? Noli turbari: Breuiter
tibi dicitur quid habeas ſi vis habere plenitudinem ſcientie
et eſſe ſedes dei. Ait enim Apoſtolus: Plenitudo autem le Ro. 13.
gis: charitas. Quid ergo eſt? Perdidiſti totam excuſationẽ.
Interroga cor tuum: vide vtrum habeat charitatem. Si eſt
ibi charitas: eſt ibi plenitudo legis: Iam in te habitat deus
ſedes dei factus es. Iraſcantur populi. Quid facient iraſcẽ

tes populi ei qui factus eſt ſedes dei? Qui contra te ſeuiant
attendis: qui in te ſedeat non attendis. Celum factus es: et
Eſa.66. terram times? Dicit enim alio loco ſcriptura dominum deū
noſtrum dicere: celum mihi ſedes eſt. Si ergo et tu haben-
do plenitudinem ſcientie: ⁊ habendo charitatem vtiq; ſedes
dei factus es: celum factus es. Non enim hoc celum: ocu-
lis noſtris quod ſuſpicimus: valde precioſum eſt deo. Celū
dei anime ſancte ſunt. Celum dei: mentes angelorum ſunt:
et omnes mentes ſeruorum eius. Ergo iraſcantur populi:
commoueatur terra: quid facturi: aut quid factura ſedi dei:
C et celo: vbi ſedet deus? ⌊ Dominus in ſion magnus: et ex-
celſus eſt ſuper oēs populos. ⌋ Dominus in ſion magnus
et excelſus eſt. Ecce ſi obſcurum tibi erat quia dictum eſt:
qui ſedet ſuper cherubin: neſciebas quid eſt cherubin: ⁊ for-
te tibi figurabas animo quandam cathedram celeſtem: in-
gentem: gemmatam: ⁊ ipſam dicebas cherubin: carnali ſen-
ſu volutās per phantaſmata: Dictum eſt tibi: quia cherubin
plenitudo ſcientie eſt: ⁊ dictum eſt: quia plenitudo ſcientie:
non cuiuſlibet ſcientie: ſed plenitudo ſcientie legis vtilis eſt
homini. Et ne deſperares de ipſa ſcientia legis: breuiter ti-
Ro.13. bi dictū eſt: plenitudo legis eſt charitas. Habeto ergo cha-
ritatem in deum ⁊ in proximum: ⁊ eris ſedes dei: pertinebis
ad cherubin. Sed ſi adhuc non intelligis: audi quid ſequa-
tur: Dominus in ſion magnus. Quem tibi dixi ſuper cheru-
bin: in ſion magnus eſt. Iam quere quid eſt ſion? Sion no-
uimus ciuitatem dei eſſe. Sion dicta eſt ciuitas: que eſt hie-
ruſalem: Dicta autem ex interpretatione quadam nomē ac-
cipiens: quia ſion ſpeculatio dicitur: ideſt viſio ⁊ contempla-
tio. Speculari enim proſpicere eſt: vel conſpicere: vel inten-
dere vt videas. Eſt autem ſion omnis anima: ſi intendit vi-
dere lucem que videnda eſt. Nam ſi ad ſuam attenderit: te-
nebratur: ſi ad lucem illius attenderit: illuminatur. Quia ta-
men manifeſtum eſt ſion ciuitatem dei eſſe: que eſt ciuitas
dei niſi ſancta eccleſia? Homines enim amantes ſe inuicem:
et amantes deum ſuum qui in illis habitat: faciunt ciuitatē
deo: quia lege quadam ciuitas continetur. Lex ipſa eorum
1.Joan.4. charitas eſt: ⁊ ipſa charitas deus eſt. Aperte enim ſcriptum
eſt: Deus charitas eſt. Qui ergo plenus eſt charitate: ple-
nus deo eſt: Et multi pleni charitate: ciuitatem faciunt deo.
Iſta ciuitas dei: vocatur ſion. Ergo eccleſia eſt ſion. In il-
la ergo eſt magnus deus: in illa eſto: ⁊ non erit preter te deus.
Cū autem fuerit in te deus: quia tu factus es de ſion: mēbrū
F de ſion: ciuis de ſion pertinēs ad ſocietatē populi dei: excel-
ſus in te erit deus ſuper oēs populos: Super illos qui iraſcū-
tur: aut ſuper illos qui iraſcebant? Putatis enī quia tūc iraſce-
bantur: ⁊ mō non iraſcunt? Iraſcebant tunc: ſed quia plures
erāt aperte iraſcebātur: modo quia pauci facti ſunt occulte ira-
ſcuntur. Interim facta eſt audacia: finietur ⁊ iracundia? Pu-
tatis enim fratres: quia illi quorum heſterno die organa cō-
crepabant: non iraſcuntur de ieiunijs noſtris? Non autem
eis iraſcamur: ſed pro eis ieiunemus. Dixit enim nobis do-
minus deus noſter qui ſedet in nobis: ipſe nobis mandauit
vt oremus pro inimicis noſtris: oremus pro perſequentibus
Mat.5. nos: Et cū hoc facit eccleſia: prope finiti ſunt perſecutores. Ex-
audita eſt enim cum hoc faceret: ⁊ exauditur cum hoc facit.
Preualebāt malo ſuo: finiti ſunt bono ſuo. Quomodo enim
G finiti ſunt vultis noſſe? Manducati ſunt ab eccleſia. Queris
illos in ſe ⁊ non inuenis: quere in ea que illos manducauit:
et in viſceribus eius inuenientur. Tranſeuntes enim ad ec-
cleſiam chriſtiani facti ſunt: perierunt perſecutores: creue-
runt predicatores. Ideo per dies feſtos ipſorum: quia vide-
mus eos qui reliqui facti ſunt inſanire adhuc in voluntati-
bus ſuis malis ⁊ peruerſis: rogamus pro illis deum: vt qui
delectabiliter audiunt organum: delectabilius audiant vo-
cem dei. Non enim quod ſonat ſine ratione delectat aures:
et verbum dei non delectat cor? Sed ideo pro illis oramus:
quando diebus illorum feſtis nos ieiunamus: vt fiant ſibi ip-
ſi ſpectaculum. Quando enim viderint ſe: diſplicebunt ſibi:
Sed ideo non ſibi diſplicent: quia nō ſe attendunt. Ebrius
non ſibi diſplicet: ſed ſobrio diſplicet. Da hominem qui iam
iocundatur: in domino: viuit: grauiter ſuſpirat in illam pa-
cem eternam quam illi promiſit deus: et vide quia quando
reſpexit hominem ſaltantem ad organum: plus illum dolet
inſanientem: ꝙ phreneticum febrientem. Ergo ſi nouimus
mala illorum: quia de ipſis malis et nos liberati ſumus: do-
leamus illos: Et ſi dolemus illos: oremus pro illis: Et vt ex-
audiamur: ieiunemus pro illis. Non enim nos noſtra ieiu-
nia celebramus: per dies feſtos illorum: Alia ſunt ieiunia no-
ſtra que celebramus per dies paſche futuros: per alia atq;
alia que ſolennia nobis ſunt in chriſto: per iſtos autem dies
ad hoc ieiunamus: vt quando ipſi letantur: nos pro illis ge-
mamus. Letitia enim ſua admonent dolorem noſtrum: ⁊ fa-
ciunt nos recordari ꝙ miſeri ſint adhuc. Sed quia videmus
multos inde liberatos vbi ⁊ nos fuimus: nec de illis deſpe-
rare debemus. Et ſi adhuc iraſcuntur: nos oremus: Et ſi ad-
huc commouetur particula terre que remanſit: nos perma-
neamus in gemitu pro ipſis: vt et illis deus tribuat intelle-
ctum: ⁊ nobiſcum audiant voces iſtas: de quibus modo gau-
demus. Dñs in ſion magnus: et excelſus ſuper omnes po-
pulos. ⌊ Confiteantur nomini tuo magno. ⌋ Ipſi omnes B
populi ſuper quos magnus es in ſion: iam confiteantur no-
mini tuo magno. Paruum fuit nomen tuum quando iraſce-
bantur: factum eſt magnum: iam confiteantur. Quomo-
do dicimus paruum fuiſſe nomen chriſti anteꝗ̄ precla-
re diffamaretur chriſtus? Quia nomen ipſius fama ip-
ſius dicitur. Paruum nomen erat: iam modo nomen ma-
gnum factum eſt. Que gens eſt que nō audiuit nomen chri-
ſti? Iam ergo magno nomini tuo confiteantur populi: qui
ante paruo nomini tuo iraſcebantur. Confiteantur nomini
tuo magno. Quare cōfiteantur? ⌊ Quoniam terribile ⁊ ſan-
ctum eſt. ⌋ Ipſum nomē tuum terribile ⁊ ſanctum eſt. Sic
predicatur crucifixus: ſic predicatur humiliatus: ſic predica- F
tur iudicatus: vt veniat et excelſus: veniat viuus in virtute:
veniat vt iudicaturus. Modo parcit: populis blaſphemanti-
bus: quia patientia dei ad penitentiam te adducit. Non enī Ro.2.
qui modo parcit ſemper habet parcere: aut qui modo predi-
catur vt timeatur: non eſt venturus vt iudicet? Venturus eſt Mat.25.
fratres mei: venturus eſt: Timeamus illum: et ſic viuamus
vt ad dexteram illius inueniamur. Venturus eſt enim ⁊ iu-
dicaturus: vt alios ponat ad ſiniſtram: alios ad dexteram.
Et nō illud facit ipſe quodcūq; vt erret forte in hominibus: vt
qui ad dexterā ponendus eſt: ad ſiniſtrā ponat: aut qui ad ſi-
niſtrā debet ſtare: errāte deo ad dexterā ponat. Non enī po-
teſt errare vt ibi ponat malum vbi ponere debet bonum: nec
ibi ponat bonum vbi debet ponere malum: Si errare nō po-
teſt: nos erramus ſi non timemus. Si autem timuerimus
modo: tunc quod timeamus non habebimus: quoniam ter-
ribile ⁊ ſanctum eſt: ⌊ Et honor regis iudiciū diligit. ⌋ Sic H
ergo timeant eum populi vt corrigant ſe: non quaſi multum
preſumentes de miſericordia ipſius: dimittant ſe: ⁊ male vi-
uant. Diligit enim miſericordiam: ſed diligit ⁊ iudicium. Que
eſt miſericordia? Vt modo predicet tibi veritatem: vt modo
clamet ad te vt conuertaris. Parua miſericordia eſt: quia vi-
xiſti in malis factis: ⁊ adhuc nō te tulit cum peccares? Vt cre-
denti ignoſceret peccata ſua: parua miſericordia eſt? Putas
quia ſic ſemper erit miſericordia vt neminem puniat? Noli
ſic putare: terribile ⁊ ſanctum nomen eius: ⁊ honor regis iu-
dicium diligit. Iniuſtum eſt enim iudicium: et omnino non
eſt iudicium: niſi merita reddantur ſua vnicuiq; quemadmo-
dum quiſq; geſſit in corpore: ſiue bonum ſiue malum. Et ho- 2.Cor.5.
nor regis iudicium diligit. Ergo timeamus: ergo faciamus
iuſtitiam: ergo faciamus equitatem. Sed quis facit equita-
tem? Quis facit iuſtitiam? Homo peccator: homo iniquus:
homo peruerſus: homo auerſus a luce veritatis? Quid de-
bet facere homo? Conuertere ſe tantum ad deum: vt ipſe in
illo formet equitatem: quam ipſe formare non poteſt: ſed de-
formare. Idoneus eſt homo ad vulnerandum ſe: nunquid
idoneus eſt ad ſanandum ſe? Quando vult egrotat: nō quā-
do vult ſurgit. Si vult viuat intemperāter vel in frigore vel
in calore: eo die egrotat quo voluerit. Cum autem viuendo
intemperanter ceperit egrotare: ſurgat quando vult? Quia
vit quando voluit: ſurgat ſi poteſt quando vult. Vt iaceret
egrotus intemperantiam ſuam habuit neceſſariam: vt ſur-
gat autem neceſſariam habet artificis medicinam. Sic er-
go vt peccet

gore peccet homo:ipſe ſibi ſufficit ad peccandum:vt iuſtifi-
cetur non ſibi ſufficit:niſi ab illo iuſtificetur:qui ſolus eſt iu-
ſtus. Ut ergo ſe illi homines dent formandos ad iuſtitiam:
cum terruiſſet populos pſalmus iſte:⁊ dixiſſet: Confiteantur
nomini tuo magno:quoniam terribile ⁊ ſanctum eſt:⁊ honor
regis iudicium diligit:veluti querentes iam populos terri-
tos quomodo iuſti viuere debeant: quia in ſeipſis non poſ-
ſunt habere iuſtitiam:commendauit illis ⁊ plaſmatorem iu-
Alias † dire- ſtitie illorum:⁊ ſecutus ait. ⌊ Tu paraſti † equitatem:iuſti-
ctiones. tiam ⁊ iudicium in iacob tu feciſti. ⌋ Debemus enim ⁊ nos
I habere iudicium:debemus habere iuſtitiam: Sed ille in no-
bis facit iudicium ⁊ iuſtitiam: qui nos fecit in quibus face-
ret. Quomodo ⁊ nos debemus habere iudicium ⁊ iuſtitiã?
Iudicium habes quando diſcernis malum a bono:iuſtitiã
autem:quando ſequeris bonum ⁊ declinas a malo. Diſcernē-
do iudicium habes:faciendo iuſtitiam habes. Declina a ma-
Pſ.36. lo ait:⁊ fac bonum:quere pacem et ſequere eam. Primo de-
bes habere iudicium:et poſtea iuſtitiam. Quod iudicium?
Ut primo iudices:quid ſit malum:⁊ quid ſit bonum. Et quã
iuſtitiam? Declines a malo:⁊ facies bonum. Hoc autem non
a te habes:quia vide quid dixit: Iudicium ⁊ iuſtitiam in ia-
cob tu feciſti. ⌊ Exaltate dominum deum noſtrum. ⌋ Uere
exaltate:bene exaltate. Laudemus et exaltemus illum qui
fecit ipſam iuſtitiã:quã habemus ipſe in nobis fecit. Quis
enim in nobis fecit ipſam iuſtitiam:niſi qui nos iuſtificauit?
De chriſto autem dictum eſt:qui iuſtificat impium. Nos er-
Ro.4. go impij:ille iuſtificator:quando et ipſam iuſtitiam ipſe in
nobis fecit:qua illi placeamus:vt ad dexteram nos ponat ⁊
Mat.25. non ad ſiniſtram:vt dicat ad dexteram poſitis: Uenite bene-
dicti patris mei:percipite regnum quod vobis paratum eſt
ab initio mundi: Non autẽ ponat ad ſiniſtram inter eos qui-
Ibidem. bus dicturus eſt: Ite in ignem eternum qui paratus eſt dia-
Lõcor. 2. bolo ⁊ angelis eius. Qui in nobis coronaturus eſt non me-
ſent. diſt. rita noſtra:ſed dona ſua:quantum debeat exaltari? Exalta-
27. Et mu- te dominum deum noſtrum: ⌊ Et adorate ſcabellum pedū
neribus. eius:quoniã ſanctum eſt. ⌋ Quid habemus adorare? Sca-
K bellum pedum eius. Suppedaneum dicitur ſcabellum. Quod
dicunt greci: ὑποπόδιον dixerunt latini ſcabellum: Et alij di-
xerunt: ⌊ ſuppedaneum. ⌋ Sed videte fratres quid nos iu-
Eſaie.66. beat adorare. Alio loco ſcriptura dicit: Celū mihi ſedes eſt:
Mat. 5. terra autem ſcabellum pedum meorum. Ergo terram nos
iubet adorare:quia dixit alio loco ꝙ ſit ſcabellum pedū dei?
Et quomodo adorabimus terram:cum dicat aperte ſcriptu-
Deut.6. ra: Dominum deum tuum adorabis:⁊ hic dicit: Adorate ſca-
Mat.4. bellum pedum eius? Exponens autem mihi quid ſit ſcabel-
lum pedum eius:dicit: Terra autem ſcabellum pedum meo-
rum. Anceps factus ſum: Timeo adorare terram: ne dam-
net me qui fecit celum et terram. Rurſum timeo non adora-
re ſcabellum pedum domini mei: quia pſalmus mihi dicit:
Adorate ſcabellum pedum eius. Quero quid ſit ſcabellum
pedum eius:⁊ dicit mihi ſcriptura: Terra ſcabellum pedum
meorum? Fluctuans conuerto me ad chriſtum: quia ipſum
quero hic:⁊ inuenio quomodo ſine impietate adoretur terra
3. ſent. diſ. ſine impietate adoretur ſcabellum pedum eius. Suſcepit
9. ca. alias enim de terra terram:quia caro de terra eſt:⁊ de carne ma-
ait l fine. rie carnem accepit. Et quia in ipſa carne hic ambulauit:⁊ ip-
Luce.1. ſam carnem nobis manducandam ad ſalutem dedit: Nemo
Ioan.6. autem illam carnem manducat niſi prius adorauerit:inuen-
de cõſe. diſ. tum eſt quemadmodum adoretur tale ſcabellum pedum do-
2. Acceſſe- mini:⁊ non ſolum non peccemus adorãdo:ſed peccemus nõ
runt.i me: adorando. Nunquid autem caro viuificat? Ipſe dominus
dixit cum de ipſa cõmendatione eiuſdem terre loqueretur:
Ioan.6. Spiritus eſt qui viuificat:caro autem nihil prodeſt. Ideo ⁊
ad terram quamlibet cũ te inclinas atq; proſternis: nõ qua-
ſi terram intuearis: ſed illum ſanctum cuius pedum ſcabel-
lum eſt quod adoras: Propter ipſum enim adoras: Ideo et
hic ſubiecit. Adorate ſcabellum pedum eius: quoniam ſan-
L ctum eſt. Quis ſanctus eſt? In cuius amore adoras ſcabel-
lum pedum eius. Et cum adoras illum:ne cogitatione rema-
Ibidem. neas in carne: et a ſpiritu non viuificeris: ſpiritus enim in-
quit viuificat:caro autem nihil prodeſt. Tunc autem quan-
do hoc dominus commendauit: de carne ſua locutus erat:

et dixerat: Niſi quis manducauerit carnem meam: non ha- Ioan.6.
bebit in ſe vitam eternam: Scandalizati ſunt quidam diſci-
puli eius: ſeptuaginta ferme:et dixerunt: Durus eſt hic ſer- Ibidem.
mo:quis poteſt hoc intelligere? Et receſſerunt ab eo:et am-
plius cum eo non ambulauerunt. Durum illis viſum eſt
quod ait: Niſi quis manducauerit carnem meam:non habe-
bit vitam eternam:acceperunt illud ſtulte: carnaliter illud
cogitauerunt:⁊ putauerũt ꝙ preciſurus eſſet dominus par-
ticulas quaſdam de corpore ſuo:⁊ daturus illis: ⁊ dixerunt:
Durus eſt hic ſermo. Ipſi erant duri:non ſermo. Etenim ſi
duri nõ eſſent:ſed mites eſſent:dicerent ſibi: Non ſine cauſa
dicit hoc:niſi quia eſt ibi aliquod ſacramentum latens: Ma-
nerent cum illo lenes:non duri:⁊ diſcerent ab illo quod illis
diſcedentibus qui remanſerunt didicerunt. Nam cum remã-
ſiſſent cum illo diſcipuli duodecim:illis recedẽtibus: ſugge-
ſerunt illi tanꝙ dolentes illorum mortem:quod ſcandalizati
ſunt in verbo eius:⁊ receſſerunt. Ille autem inſtruxit eos ⁊
ait illis: Spiritus eſt qui viuificat:caro autem nihil prodeſt
Uerba que locutus ſum vobis:ſpiritus eſt ⁊ vita. Spiritua- Ubi ſ.
liter intelligite quod locutus ſum: Non hoc corpus quod vi-
detis manducaturi eſtis: ⁊ bibituri illum ſanguinem quem
fuſuri ſunt qui me crucifigent. Sacramẽtum aliquod vobis
commendaui:ſpiritualiter intellectum viuificabit vos. Et ſi
neceſſe eſt illud viſibiliter celebrari:oportet tamen inuiſibi-
liter intelligi. Exaltate dominum deum noſtrum:⁊ adorate
ſcabellum pedum eius:quoniam ſanctum eſt. ⌊ Moyſes et
aaron in ſacerdotibus eius:⁊ ſamuel † in his qui inuocant Al † inter
nomen eius. Inuocabant dominum:⁊ ipſe exaudiebat eos: eos.
in columna nubis loquebatur ad eos. ⌋ Iſti antiqui moy- M
ſes ⁊ aaron ⁊ ſamuel ſerui dei magni apud antiquos. Noſtis
quia moyſes eduxit in virtute dei populum iſrael ex egypto
per rubrum mare: et duxit in eremo: Et quanta mirabilia Exod.14.
fecerit in illo tempore deus per manum moyſi: nouerũt om-
nes qui iſtas ſcripturas libenter audiũt in eccleſia:vel apud Exo.28.
ſe legunt:vel quoquo modo didicerunt. Aaron frater ipſius
fuit:quem ordinauit etiam ſacerdotem: Et ibi quidem non
videtur ſacerdos eſſe:niſi aaron. Aperte enim in illis literis
aaron nominatur ſacerdos dei: De moyſe non ibi dicitur ꝙ
ſacerdos erat. Sed ſi hoc non erat:quid erat? Nunquid ma-
ior ſacerdote eſſe poterat? Expropriat pſalmus iſte: quia et
ipſe ſacerdos erat. Moyſes ⁊ aarõ in ſacerdotibus eius. Er-
go erant illi domini ſacerdotes. Poſtea ſamuel iam in libro
regnorum legitur. Iſte eſt ſamuel temporibus dauid: Nam
et ipſe vnxit ſanctum dauid. Samuel ab initio etatis ſue in 1. Reg.16.
templo creuit. Mater eius ſterilis fuit: Uolens habere filiũ
orauit ad dominum cum gemitu magno:⁊ petiit vt daret ei
deus filium:oſtendit quia non carnaliter habere voluit:quẽ
natum illi dedit:qui eum eſſe voluit. Uouit enim eum domi-
no deo:⁊ ait: Si mihi maſculus natus fuerit:templo tuo ſer-
uiet: Et ita fecit. Natus ſanctus ſamuel: fuit apud matrem 1. Reg.2.
tempore lactis: Mox vt eum ablactauit:dedit in templum:
vt ibi creſceret:ib. roboraret in ſpiritu:ibi deo ſeruiret. Fa-
ctus eſt ſamuel ſacerdos magnus: ſacerdos ſanctus:illo tẽ-
pore: Commemorat iſtos:⁊ per iſtos omnes ſanctos nos vult
intelligere. Quare autem hic illos nominauit? Quoniam di-
ximus chriſtum hic nos debere intelligere. Aduertat ſancti- N
tas veſtra. Dixit ſuperius: Exaltate dominum deum noſtrũ
et adorate ſcabellum pedum eius:quoniam ſanctum eſt:cõ-
mendans quendam:id eſt dominum noſtrum ieſum chriſtũ:
cuius ſcabellum pedum adorandum eſt:quia carnem aſſum-
pſit in qua appareret generi humano: Et volens nobis oſtẽ-
deret antiquos patres ipſum predicaſſe:quia ipſe eſt verus
ſacerdos dominus noſter ieſus chriſtus: cõmemorauit iſtos
quia in columna nubis loquebatur ad eos deus. Quid eſt
in columna nubis? Loquebatur per figuras. Si enim in qua-
dam nubecula loquebatur:obſcura illa dicta: neſcio quẽ ma-
nifeſtum preſignabant. Ille autem neſcio quis: iam non eſt
neſcio quis:quia ſcitur a nobis: dominus noſter ieſus chriſtus.
Moyſes et aaron in ſacerdotibus eius: et ſamuel inter eos
qui inuocant nomen eius. Inuocabant dominum:⁊ ipſe exau-
diebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos. Qui pri-
mo loquebatur in columna nubis: ipſe nobis locutus eſt in

ſcabello pedum ſuorum:ideſt in terra aſſumpta carne:vnde
adoramus ſcabellum pedum eius:quoniam ſanctū eſt. Ip-
ſe de nube loquebat:quod tunc non intelligebatur:locutus
eſt in ſcabello pedum ſuorum:⁊ intellecta ſunt verba nubis
eius In columna nubis eius loquebatur ad eos. Attenda-
mus ergo fratres:videte quos ⁊ quales ſanctos nominaue-
al' ⁊ precep- rit. Cuſtodiebant teſtimonia eius:⁊ † precepta eius que
ptum qđ dedit † eis. Cuſtodiebat certe. Intendite. Cuſtodiebant
illis. teſtimonia eius:⁊ precepta eius que dedit eis. Hoc dicit: et
negari non poteſt. Nihil ne habebant peccati? Quomodo?
Quando cuſtodiebant precepta eius: cuſtodiebant teſtimo
nia eius. Videte quales nos velit formari: ne quaſi de per-
fecta iuſtitia preſumamus. Ecce moyſes ⁊ aaron in ſacerdo-
tibus eius:et ſamuel in his qui inuocāt nomen eiꝰ: ad quos
de columna nubis loquebatur. Iā aperte illos exaudiebat:
Al' ⁊ exau- qui cuſtodiebāt teſtimonia eius: ⁊ precepta eius que dedit
diebas. † eis. Domine inquit deus noſter tu † exaudiſti eos:deꝰ
eis. tu propitius fuiſti † illis. Propitius non dicitur deus:ni
ſi peccatis. Quando dat veniam tunc dicitur propitius. Et
quid habebat in iſtis qđ vindicaret vt eſſet propitius? Igno
ſcendo propitius fuerat:propitius erat donādo peccata:pro
pitius fuerat ⁊ vindicando. Quid enim ſequit? Tu propitius
Illis † vin- fuiſti illis: Et vindicans in omnes † affectiones eorū.
ſcens † ad Etiam vindicans propitius fuiſti:non ſolum donans pecca-
inuētiões. ta:ſed etiam vindicans propitius fuiſti. Videte fratres mei:
† ſtudia. quid hic cōmendauit aduertite. Illi deus iraſcitur:quē pec
P cantem non flagellat. Nam cui vere propitius eſt: non ſolū
donat peccata ne noceant ad futurū ſeculū: ſed etiam caſti
gat:ne ſemper peccare delectet. Agite fratres: Quomodo
in illis vindicatum eſt ſi queramus:aderit dominus vt dicā.
Queramus enim tres iſtas perſonas: moyſen:aaron et ſa-
muelem:⁊ quomodo in eis vindicatum ſit:quia dixit:Vindi
cans in omnes affectiones eorum:Vtiqꝫ eas affectiones di-
cens eorum:quas dominus nouerat in cordibus eorū: quas
homines non nouerant. Etenim ſine querela hominum ver
ſabantur in medio plebis dei. Sed quid dicimus:quia moy
Exod.2. ſes habuit primam vitam:fortaſſe peccatricem? Nam ⁊ per-
cuſſo homine:fugit de egypto. Habuit ⁊ aaron primam vitā
Exod.32. que diſpliceret deo. Nam ipſe inſanienti populo ⁊ querenti
idolum:permiſit vt fieret: et factum eſt populo dei idolum
1.Reg.1.⁊.2 quod adoraret. Samuel quid fecit infans ad templum da-
tus? Omnes etates ſuas inter ſancta ſacramenta dei pere
git:ab ineunte etate famulus dei. Nihil vnqꝫ dictum eſt de
ſamuele:nihil ab hominibus. Nouerat ibi forte deꝰ aliquid
quod purgaret:Quia ⁊ qđ perfectum iam videtur homini-
bus:illius perfectioni adhuc imperfectum eſt. Pleraqꝫ fa-
ciunt artifices:⁊ oſtendunt imperitis:⁊ cū iam iudicauerint
imperiti eſſe perfecta:expoliunt illa artifices qui nouerunt
adhuc quid illis deſit:vt mirentur homines tantam expo-
litionem rebus accidiſſe: quas iam perfectas pronunciaue-
rant. Fit hoc ⁊ in edificijs ⁊ in picturis ⁊ in veſtibus:et pro-
pe in omni genere artium. Primo iudicant illud iam quaſi
perfectum eſſe:vt oculi eorū amplius nihil deſiderent. Sed
aliud iudicat oculus imperitus:aliud iudicat artificis regu
la. Sic ⁊ illi ſancti verſabātur ante oculos dei:tanqꝫ ſine cul
pa:tanqꝫ perfecti:tanqꝫ angeli. Nouerat autē quid illis de-
eſſet:qui vindicabat in omnes affectiones eorū. Vindicabat
autem non iraſcens:ſed propitius. Ad hoc vindicabat vt per
ficeret ceptum:non vt damnaret electum. Vindicans ergo
Q in omnes affectiones eorum erat deus. Quomodo vindica-
uit in ſamuele? Vbi eſt vindicta ipſa? Hoc dico: vt nouerint
chriſtiani qui iam hinc cognouerunt chriſtum:ad quos venit
in ſcabello pedum ſuorum:quos ita dilexit pro quibus ſan-
guinem fudit:nouerint quomodo vapulent:cum multi pro-
Deut.32. fecerint. Queramus vindictā in moyſe:prope nullam habet:
niſi qđ ad extremum ait illi deus: Aſcende in montem ⁊ mo-
rere. Ait ſeni:morere. Iam peregerat etates ſuas: Nunquid
Ibidem. nunqꝫ erat moriturus? Qualis illa vindicta? Oſtendit ibi vin
dictam ſuā vt diceret: Non intrabis in terram promiſſionis:
quam intraturus erat populus. Quandam figuram quorū-
dam gerebat moyſes. Nam qui in regnum celorū intrauit:
magna illi pena erat ad terram illam non venire:que ad tē-
pus erat promiſſa:vt vmbram oſtenderet ⁊ tranſiret? Non-
ne multi perfidi intrauerunt in illam terram? Nonne in illa
terra viuentes multa mala fecerunt: et deum offenderunt?
Nonne et idololatriā ſecuti ſunt in ipſa terra? Magnum erat
non dediſſe terram iſtam moyſi? Sed moyſen voluit geſta-
re figuram eorum qui ſub lege erant:quia per moyſen data
eſt lex:⁊ oſtendit eos qui ſub lege eſſe vellent: et ſub gratia
eſſe nollent:non intraturos in terram promiſſionis. Ergo il-
lud quod dictum eſt moyſi figura erat:nō pena: Seni mori
que pena? Non intrare in illam terram. Que pena intrare
quo intrauerunt indigni? De aaron autem quod dictū eſt: Nume.20.
Mortuus eſt ⁊ ipſe ſenex:filij ſui ſucceſſerunt ei in ſacerdo-
tio: Filius eius poſtea ſacerdotium adminiſtrauit. Quomo 1.Reg.8.
do ⁊ in iſtum vindicauit? Samuel ⁊ ipſe ſanctus ſenex mor- et.25.
tuus eſt:relictis filijs ſucceſſoribus ſuis. Quid eſt quod in
illos vindicatum eſt quero:⁊ ſm homines non inuenio:ſecū-
dum autem qđ ſcio pati ſeruos dei:quotidie in illos vindica
batur. Legite ⁊ videte vindictas:ſed qui pficitis: Forte vin
R dictas quotidie patiebantur:populos contradicentes:quo-
tidie patiebantur inique viuentes:⁊ inter illos viuere coge
bantur:quorum vitā quotidie reprehendebant. Hec erat vin
dicta: Nondum proficit:cui parua eſt. Tantum te enim tor-
quet iniuſtitia aliena:quantum receſſeris a tua. Cum enim fue
ris frumentum:ideſt herba bona de ſemine bono:ſemine fi-
lius regni: cum ceperis fructum dare: tunc tibi apparebunt
Mat.13. zizania. Cum enim creuiſſet herba ⁊ fructum feciſſet:tūc ap
parebāt zizania. Cum ceperint apparere zizania:videbis te
inter malos. Velle habes quaſi ſeparari a te malos:⁊ ſepara
re ab eccleſia omnes malos:reſpondebit tibi domini ſenten
Ibidem. tia: Sinite vtraqꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſem:ne forte cum vul
tis eradicare zizania:eradicetis ſimul ⁊ triticum. Et ſenten
tia domini neceſſe erit parcere zizanijs:⁊ cōditione ſerui ne
ceſſe erit viuere inter zizania. Separare ea non potes:tole-
rare tibi neceſſe eſt. Vide quantas plagas in corde patiaris
qui corpore ⁊ corde integro inter malos verſaris. Probabitis
quicunqꝫ profeceritis: probabitis quicunqꝫ iam proficitis.
Luce.12. Toleranda ſunt ergo iſta:⁊ forte hoc pertinet ad illud: Ser
uus qui nouit voluntatem domini ſui et nō facit digna:pla-
gis vapulabit multis. In multis enim quantum nobis inno
teſcit voluntas dei:etiam reatus noſter innoteſcit nobis: Et
quanto ille nobis innoteſcit:tanto plus imus in fletus ⁊ la-
chrymas. Videmus enim qꝫ ſit iuſtū quod de nobis exigat
deus:in quāta adhuc imperfectiōe iaceamus: ⁊ fit in nobis
qđ dictum eſt: Qui apponit ſcientiam:apponit dolorem. Ec
Eccle.1. ce abundet in te charitas:⁊ plus dolebis peccantem. Quan
to in te maior charitas eſt: tāto amplius te torquebit quē to
leras. Non torquebit tanqꝫ iraſcentem illi: ſed tanqꝫ dolen-
tem pro illo. Vide Paulum apoſtolum quid patiebatur. Au
2.Cor.11. dit quis quid patiebatur. Preter illa inquit que extrinſecus
ſunt. Dixit enim multa que patiebat: ⁊ cepit dicere interio-
ra:preter illa que extrinſecus erant que patiebatur a malis
perſecutoribus chriſti:incurſus in me quotidianus:ſollicitu
do omnium eccleſiarum. Et vide qualis ſollicitudo:qꝫ pater
na:qꝫ materna. Videte quomodo cedebatur: vt vindicaret
in omnes affectiones eius. Dicemus affectiones eiꝰ in quas
2.Cor.12. vindicabat deus. Quis infirmat:inquit:⁊ ego non infirmor?
Quis ſcandalizatur:⁊ ego non vror? Quanto maior charitas
tanto maiores plage de peccatis alienis. Acceperat quidē
ille ⁊ ſtimulum carnis angelum ſathane:a quo colaphizare-
tur. Ecce quomodo propitius erat deus:vindicās in omnes
affectiones eius. Que ſunt affectiones in quas ſic vindicat?
Ibidem. Ipſe expoſuit:ipſe dixit: In magnitudine inquit reuelatio
num ne extollar:datus eſt mihi ſtimulus carnis mee:ange-
lus ſathane qui me colaphizet. Tā perfectus erat:vt tamen
timendum eſſet ne extolleretur. Nam nō poneret deus me-
dicamentum:vbi vulnus non eſſet. Et rogauit vt tolleretur:
Eger ille rogauit vt auferretur medicamen: Propter quod
ter dominum rogaui inquit:vt auferret eum a me: ideſt ſti-
mulum carnis a quo colaphizabatur:aliquem forte dolorem
corporis. Rogaui inquit vt auferret eum a me:⁊ dixit mihi.
Ibidem. Sufficit tibi gratia mea: Nam virtus in infirmitate perfici-
tur. Ego noui quem curo: Nō mihi det qui egrotat conſiliū.

Tanqꝫ cupias

Tanq̄ emplaſtrum mordax vrit. ſed ſanat te. Rogat medi
cum vt tollat emplaſtrum: ⁊ non tollit niſi cum fuerit ſanatū
quo poſuerat. Uirtus in infirmitate perficitur. Ergo fratres
quicunq̄ in chriſto proficimus: nō nos putemus ſine flagel
lo profuturos: quia quantūlibet proficiamus: nouit ipſe pec
cata noſtra: aliquādo ⁊ nobis oſtendit illa: ⁊ videmus ⁊ nos
peccata noſtra. Et cum inter tales homines verſari ceperi
mus: vt iam homines qđ in nobis reprehendant non inue
niant: reprehendit ille adhuc qui nouit omnia: ⁊ vindicat in
omnes affectiones: quia propitius eſt nobis. Nam ſi nō vin
T dicet ⁊ deſerat: perimus. Deus tu propitius fuiſti illis: ⁊ vin
dicans in omnes affectiones eorum. Exaltate dominum
deum noſtrum. Iterum exaltemus illum: quia bonus eſt
Et cum ſeuerit: quomodo laudandus eſt: quomodo exaltan
dus eſt? Tu potes hoc exhibere filio tuo: ⁊ deus non poteſt?
Non enim bonus es quando blandiris filio tuo: ⁊ malus cū
cedis filium tuum? Et cum blandiris: pater es: ⁊ cum cedis:
pater es. Ideo blandiris ne deficiat: ideo cedis ne pereat.
Exaltate dominum deum noſtrum: Et adorate in monte
ſancto eius: quoniā ſanctus dominus deus noſter. Quo
modo ſuperius dixit: exaltate dominum deum noſtrum: et
adorate ſcabellum pedum eius: quoniam ſanctum eſt: intel
leximus quid ſit adorare ſcabellum pedum eius: Sic modo
poſt exaltationem domini noſtri ieſu chriſti: ne quis illū pre
ter montē eius exaltet: cōmendauit ⁊ montem ipſius. Mōs
ipſius quis eſt? Legimus alibi de hoc monte: quia lapis fuit
preciſus de monte ſine manibus: et confregit omnia regna
Daniel. 2. terre: ⁊ creuit lapis ipſe. Danielis viſio eſt iſta quam narro.
Creuit lapis iſte qui preciſus eſt de monte ſine manibus:
et factus eſt inquit mons magnus: ita vt impleret vniuerſā
faciem terre. In ipſo monte magno adoremus: ſi exaudiri
volumus. Heretici non adorant in iſto monte: quia mōs iſte
impleuit vniuerſam faciem terre: Heſerunt in parte: ⁊ totū
amiſerunt. Si agnoſcant eccleſiam catholicam: adorabūt in
iſto monte nobiſcum. Etenim lapis ille qui preciſus eſt de
monte ſine manibus: iam videmus quantū creuerit: ⁊ quan
tas regiones terre occupauerit: et vſq̄ ad quas gentes per
uenerit. Quid eſt mons vnde preciſus eſt lapis ſine manib⁹?
Regnum iudeorum. Primo qđ colebant vnum deum: inde
Ps. 117. preciſus eſt lapis dominus noſter ieſus chriſt⁹. Ipſe dictus eſt
lapis quem reprobauerunt edificantes: hic factus eſt in ca
put anguli. Lapis iſte preciſus de monte ſine manibus: con
fregit omnia regna terrarum. Uidemus confracta ab illo la
pide omnia regna terre. Que erant omnia regna terre? Re
gna idolorum: Regna demoniorum fracta ſunt. Regnabat
ſaturnus in multis hominibus: Ubi eſt regnū eius? Regna
bat mercurius in multis hominibus: vbi eſt regnū eius? Fra
ctum eſt: Redacti ſunt illi in regnū chriſti: in quibus ille re
gnabat. Regnum veneris quale erat carthagini: vbi nūc eſt
regnum celeſte? Lapis ille fregit omnia regna terrarum: la
pis preciſus de monte ſine manibus. Quid eſt preciſus de
monte ſine manibus? Natus de gente iudeorum ſine ope
re hominum. Omnes enim qui naſcuntur: de opere marita
li naſcunt: ille de virgine natus: ſine manibus natus eſt. Per
manus enim: opus humanū ſignificatur: quo man⁹ humane
nō acceſſerunt: vbi maritalis amplexus non fuit: fetus tamē
fuit. Natus eſt ergo de monte ſine manibus lapis ille: creuit
et creſcendo fregit omnia regna terrarum. Factus eſt autē
mons magnus: et impleuit vniuerſam faciem terre. Hec eſt
eccleſia catholica: cui vos cōmunicare gaudete. Illi autem
qui non ei cōmunicant: quia preter ipſum montem adorant
⁊ laudant deum: non exaudiuntur ad vitam eternam: ⁊ ſi ad
quedam temporalia exaudiantur. Non ſibi ergo blandiant
quia eos in quibuſdam exaudit deus. Nam ⁊ paganos exau
Mat. 5. dit in quibuſdam. Nonne clamant pagani ad deum: ⁊ pluit?
Quare? Quia facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos ⁊ malos: ⁊
pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos. Noli ergo gloriari pagane: quia
te clamante ad deum pluit deus: qui ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos
V pluit. Audiuit te ad temporalia: non te audit ad eterna: niſi
in monte ſancto eius adoraueris. Adorate dominum in mō
te ſancto eius: quoniam ſanctus eſt dominus deus noſter.
Hec de pſalmo ſufficiant charitati veſtre: Quantum domi
nus donauit: locuti ſumus. Ecce quicquid loquimur in noīe
dei: quoniam dei eſt loquentis per nos: imber dei eſt: vide
te vos quales terra ſitis. Nam quando pluuia venit ſuper
terram: ſi bona terra eſt: fructus bonos parit: nam ſi mala
terra eſt: ſpinas parit: pluuia tamen dulcis eſt: ⁊ ſuper fru
ctus ⁊ ſuper ſpinas. Qui iſtis verbis auditis peior factus
fuerit: ⁊ ſpinas de pluuia generauerit: ignem ſperet: pluuiā
non accuſet. Qui autem melior factus fuerit: ⁊ fruges de bo
na terra generauerit: horreū ſperet: pluuiā laudet. Aut quid
ſunt nubes: aut qđ eſt pluuia: niſi dei miſericordia oīa facien
tis circa eos quos diligit: ⁊ quib⁹ donauit vt ab eis diligat?

¶ Explicit Tractatus de ps. xcviij.

¶ Incipit Tractatus de ps. xcix.

PSalmū fratres cū cantaretur audiſtis: breuis eſt: nec
obſcur⁹: Quaſi ſecuritatē dederit ne laborē timeatis: A
Uideamus tñ attētius: ⁊ quāto liberius tāto diligētius: qđ
ſibi velint ea ipſa q̄ aperte ſonāt: vt quantū dñs donare digna
tur: ſpiritualiter intelligat. Uox dei quolibet organo ſonans: tñ
vox dei. Neq̄ enī delectat aures ei⁹: niſi vox eius. Nā ⁊ nos
cū loquimur: tunc eū delectamus: cū ipſe det nobis loquī.
Pſalm⁹ in cōfeſſione ſic inſcribit. Hic eſt titulus ei⁹. Pſal
mus in cōfeſſione. Pauci verſus ſunt: magnarū rerū gra
uidi: Pariāt ſemina in cordib⁹ veſtris: vt paret horreū meſ
ſis dñice. Pſalm⁹ iſte in confeſſione hoc nobis iubet: ad hoc
nos hortat: vt iubilemus deo. Nec hortat velut aliquē vnius
anguli terre: aut vnā aliquā habitationē: cōgregationem ve
hominū: ſed q̄ vbiq̄ nouit ſe ſeminaſſe benedictionē: vndiq̄
exigit iubilationē. Iubilate ergo deo vniuerſa terra. Nūqđ
mō vocē meā audiuit vniuerſa terra? Et tñ hāc vocē audiuit
vniuerſa terra. Iā iubilat dño vniuerſa terra: ⁊ qđ adhuc nō
iubilat: iubilabit. Pertēdēs enī benedictio incipiēte eccleſia
ab hieruſalē per oēs gētes: impietatē vbiq̄ ꝓſternit: pietatē Luce. 24.
vbiq̄ cōſtruit: Et mixti ſunt boni malis: ⁊ mali per oēm ter
ram: ⁊ boni per oēm terrā. In malis murmurat ois terra: in B
bonis iubilat ois terra. Quid eſt ergo iubilare? Multū enī
nos attētos facit hoc verbū: ⁊ ꝑſentis pſalmi titul⁹: q̄ inſcri
bitur in cōfeſſione. Quid eſt in ꝯfeſſione iubilare? Et alteri⁹
cuiuſdā pſalmi ſentētia eſt dicētis: Beatus pplꝯ q̄ intelligit
iubilationē. Profecto magnū aliqđ ē hoc qđ intellectus nos Ps. 88.
beatos facit. Dñs ergo deus noſter beatificator hoīm: det
mihi intelligere qđ dicam: det vobis intelligere qđ auditis.
Beatus populus q̄ intelligit iubilationē. Curram⁹ ergo ad
hanc beatitudinē: intelligamus iubilationē: nō eā ſine intel
lectu fundamus. Quid opus eſt iubilare ⁊ nō obtemperare
huic pſalmo dicēti: Iubilate deo ois terra: ⁊ non intelligere
iubilationē: vt vox noſtra ſola iubilet: ⁊ cor nō iubilet? Son⁹
enī cordis: intellectus eſt. Qđ noſtis: dicturus ſum. Qui iubi
lat nō vba dicit: ſed ſon⁹ quidā eſt letitie ſine verbis. Uox eſt
enī animi diffuſi letitia: quantum pōt exprimētis affectū: nō
ſenſum cōprehendētis. Gaudēs homo in exultatiōe ſua: ex
verbis quibuſdā que nō poſſunt dici ⁊ intelligi: erupit in vo
cem quandā exultationis ſine verbis: ita vt appareat eū ip
ſa voce gaudere quidē: ſed quaſi repletū nimio gaudio non
poſſe verbis explicare qđ gaudet. Animaduertite hoc in eis
qui cantāt etiā nō honeſte. Nō enī talis erit iubilatio noſtra
qualis illoꝝ eſt. Nos enī in iuſtificatione iubilare debemus:
illi aūt iubilant in iniquitate. Itaq̄ nos in cōfeſſione: illi in
confuſione. Tamen vt hoc qđ dico intelligatis: immo recor
demini rem cognitam: maxime iubilant qui aliquid in agris
operantur: Copia fructuum iocundati: vel meſſores: vel vin
demiatores: vel aliquos fructus metentes: ⁊ in ipſa fecundi
tate terre ⁊ feracitate gaudentes exultando cantant: et in
ter cantica que verbis enūciant: inferunt voces quaſdam ſi
ne verbis in elatione exultantis animi: ⁊ hec vocatur iubila
tio. Si quis forte propterea non recognoſcit quia nunq̄ ad
uertit: aduertet de cetero. Atq̄ vtinam non inueniat quos
aduertat: ne deus inueniat quos euertat. Sed tamen quia
non quieſcunt naſci ſpine: in male exultantibus: aduerta
mus iubilationem improbandam: et offeramus deo iubila
tionem coronandam. Quando ergo nos iubilamus? Quādo C
laudamus qđ dici non poteſt? Attendimus enim vniuerſam
creaturam: terram: mare et celum: ⁊ omnia que in eis ſunt.
Attendimus ſingula habere origines et cauſas ſuas: ſemi
num vim: naſcendi ordinem: permanendi modum: intereun

di deceſſum:currere volumina ſeculorum: ſine vlla pertur-
batione:ſtellas volui quodam ordo ab oriente in occidentem:
peragere curſus annorum:videmus dimenſiones menſium
diſtenſiones horarum:inqꝫ his omnibus neſcio quid inuiſi-
bile qđ ſpus vel anima dicitur ineſſe omnibus animātibꝰ ad
appetendam voluptatem:fugiendamqꝫ moleſtiam:ad con-
ſeruandam incolumitatem ſuam:veſtigiū quoddā vnitatis:
ineſſe etiam homini cōmune quiddā cum angelis dei:nō cū
pecoribus:ſicut eſſe:viuere:audire:videre ⁊ cetera:ſed qđ in
telligat deum qđ ad mentē proprie pertineat: qđ ſicut ocu-
lus album ⁊ nigrū:ita equitatem inequitatemqꝫ diſcernat.
In hac tota cōſideratiōe creature quā nominauimus ⁊ quā
percurrere potuimꝰ:interroget ſe anima:quis fecit hec om-
nia? Quis creauit hec? Quis teipſam? Quid ſunt iſta que cō
ſideras? Quid tu qui conſideras? Quis ille qui fecit conſide
randa ⁊ conſiderantem? Quis eſt iſte? Dic illum:vt dicas il-
lum:cogita illum. Potes enim aliquid cogitare: ⁊ forte non
potes dicere:nullo modo autem poteris dicere qđ non po-
tueris cogitare: Ergo cogita illum prius ꝙ dicas illū:vt co-
gites illum accede ad illum. Qđ enim vis bene videre ⁊ ha
beas qđ loquaris:accedis vt inſpicias:ne forte videndo lon
Mat. 5. ge fallaris. Sed vt oculis iſta corpora:ſic ille mente conſpi-
citur:corde attenditur ⁊ videtur. Et vbi eſt cor vnde ille vi
deatur? Beati ait mundicordes:quoniam ipſi deū videbūt.
puerb. 20. Audio:credo:vt poſſum intelligo corde videri deum:nec poſ
ſe niſi mundo corde conſpici: Sed audio aliam ſcripturam:
Quis gloriabitur caſtū ſe habere cor? Aut quis gloriabitur
mundum ſe eſſe a peccato? Attendi ergo vniuerſam creatu-
ram quantū potui:corporalem animaduerti in celo ⁊ in ter-
ra:ſpiritualem autem in meipſo qui loquor:qui membra ve-
geto:qui vocem intendo:qui linguam moueo:qui verba pro
nuncio:ſenſuſqꝫ diſcerno. Et quādo cōprehendo me in me?
Unde ergo poſſum qđ ſupra me promittit: Tamen cordi hu
mano viſio dei:⁊ inde dicitur quedam operatio mundandi
cordis:Hoc dicitur a ſcriptura: Para vnde videas qđ amas:
D anteꝙ videas. Audiſtis enim deo et nomine eius:cui non dul
ce eſt qđ audit:niſi impio multum remoto:multum longe fa
cto? Quoniam ecce,inquit:qui longe faciunt ſe a te:peribūt.
Pſ. 72. Sequitur. Perdidiſti omnem qui fornicatur abs te. Nobis
autem quid? Quia illi longe:⁊ ideo in tenebris:⁊ ita faucia-
tis oculis in tenebris:vt lumen non ſolū non deſiderent:ſed
etiam perhorreſcant:nobis in longinquo inuentis quid dici
tur? Accedite ad deum ⁊ illuminamini. Ut autem accedas et
Pſ. 33. illumineris:diſpliceāt tibi tenebre tue: Damna qđ es:vt me-
rearis eſſe qđ non es. Es iniquus:eſſe debes iuſtus. Nunꝙ
iuſtitiam percepturus es:ſi adhuc tibi placet iniquitas. Cō
tere illam in corde tuo ⁊ munda:expelle illam de corde tuo:
vbi vult habitare quem vis videre. Accedit ergo vtcūqꝫ ani
ma humana interior homo recreatus ad imaginem dei: qui
Geñ. 1. creatus eſt ad imaginē dei:qui tanto erat longe factus:quā
to ierat in diſſimilitudinem. Non enim locorum interuallis
Mat. 5. acceditur ad deum:aut receditur a deo. Diſſimilis factus:lon
ge receſſiſti:ſimilis factus proxime accedis. Uide quomodo
nos vult accedere dominus:faciens primo ſimiles vt acceda
mus. Eſtote ait ſicut pater veſter qui in celis eſt:qui ſolem
ſuum oriri facit ſuper bonos ⁊ malos:⁊ pluit ſuper iuſtos et
iniuſtos. Diſce diligere inimicum: ſi vis cauere inimicū. In-
quantum autem in te charitas creſcit:efficiens te ⁊ reuocās
te ad ſimilitudinem dei:pertendꝰ vſqꝫ ad inimicos:vt ſis ei
ſimilis qui facit ſolem ſuum oriri non ſuper bonos tantum:
ſed ſuper bonos ⁊ malos: ⁊ pluit non ſuper iuſtos tantum:
ſed ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos. Quantum accedis ad ſimilitudi
nem:tantū proficis in charitate:⁊ tanto incipis ſentire deū.
E Et quem ſentis? qui venit ad te:an ad quem tu redis? Nam
ille nunꝙ diſceſſit a te. Recedit a te deus: cum tu recedis a
deo. Preſentia ſunt cecis omnia ſicut videntibus. Uno loco
ſtans cecus ⁊ videns: iiſdem formis rerum vterqꝫ circūſtan-
ditur: Ille eſt preſens rebus:ille abſens. Ex duobus vno lo
co ſtantibus:vnus eſt preſens:alius abſens:non rebus ipſis
ad alterutrum accedentibus: ⁊ ab altero recedentibus: ſed
propter diſſimilitudinem oculorum ſuorum. Ille qui cecus
dicitur:quia extinctum eſt ibi qđ contemplari ſolet luci cun

cta veſtienti:fruſtra eſt preſens rebus quas non videt:immo
rectius abſens ꝙ preſens dicit̄. Ubi enim nō eſt ſenſus eius: Sap. 8.
recte dicitur abſens. Hoc eſt enim abſentē eſſe:ſenſu abeſſe
Sic ⁊ deus vbiqꝫ preſens eſt:vbiqꝫ totus eſt. Sapiētia eius
attingit a fine vſqꝫ ad finem fortiter:⁊ diſponit omnia ſuaui
ter. Qđ aūt deus pater:hoc verbum eius:et ſapientia eius:
Lux de luce:deus de deo. Quid ergo optas videre? Non eſt
a te longe qđ vis videre: Apoſtolus dicit equidē non longe Act. 17.
poſitum ab vnoquoqꝫ noſtrum: In ipſo enim viuimus ⁊ mo
uemur ⁊ ſumus. Quāta ergo miſeria eſt lōge eſſe ab eo qui Ro. 1.
vbiqꝫ eſt? Eſto ergo ſimilis pietate:et diligens cogitatione:
quoniam inuiſibilia eius per ea que facta ſunt intellecta cō-
ſpiciuntur. Ea que facta ſunt intuere:mirare:quere autorē.
Si diſſimilis ſis:repelleris:ſi ſimilis exultabis: Et cum acce
dere ceperis ſimilis:et preſentem dicere deum:quantum in
te charitas creſcit:quia ⁊ charitas deus eſt:ſenties quiddam
quod dicebas ⁊ non dicebas. Ante enim ꝙ ſentires dicere te
putas deum:incipis ſentire:⁊ ibi ſentis dici non poſſe quod
ſentis. Cum autem ibi didiceris dici non poſſe qđ ſentis:ta-
cebis:non laudabis? Ergo mutus eris in laudibus dei:⁊ gra
tiarum actiones non reddes ei qui voluit ſe notum tibi face-
re? Laudabas cum quereres:ſilebis cum inueneris? Nullo
pacto non eris ingratus. Debetur honor:debetur reuerētia:
debetur magna laudatio. Attende te qui ſis terra ⁊ cinis:vi
de quis meruerit quid videre. Uide quis:quid:homo deum.
Agnoſco non meritum hominis:ſed miſericordiam dei. Lau
da ergo miſerantem. Quomodo inquis laudabo? Modicū
ipſum qđ ſentire poſſum ex parte in enigmate per ſpeculum 1. Cor. 13.
iam explicare non poſſum. Audi ergo pſalmum.

¶ Expoſitio pſalmi.

Iubilate † deo omnis terra. ⌋ Intellexiſti iubilationē
omnis terre? Si iubilas:domino iubila:noli iubilatio- Ab † hoc o.
nem tuam in alias atqꝫ alias res diuidere. Poſtremo cete- Pſ. 63.
ra dici poſſunt vtcunqꝫ: ille ſolus eſt ineffabilis qui dixit et F
facta ſunt omnia:dixit ⁊ facti ſumus:ſed non eum dicere nō Pſ. 32.
poſſumus. Uerbum eius quo dicti ſumus:filius eius eſt: Ut
a nobis vtcunqꝫ infirmis diceretur:infirmus factus eſt. Iu-
bilationem pro verbo poſſumus dicere: verbum pro verbo
non poſſumus. Iubilate ergo deo omnis terra: ⌊ Seruite
domino in † iocunditate. ⌋ Omnis ſeruitus amaritudine B
plena eſt: Omnes cōditione ſeruili obligati ⁊ ſeruiūt ⁊ mur- al' ī letitia
murant. Nolite timere illius domini ſeruitutem:non erit ti-
bi gemitus:non murmur:non indignatio. Nemo ſe puter in
de venalem:quia dulce eſt qđ redempti omnes ſumus. Ma-
gna felicitas eſt fratres:eſſe in iſta domo magna ſeruum:et
ſi cum compedibus. Noli timere ſerue compedite: confitere
domino. Meritis tuis attribue compedes tuas:confitere in
compedibus tuis:ſi vis vt in ornamenta vertantur. Non fru
ſtra nec ſine exauditione dictum eſt: Intret in conſpectu
tuo gemitus compeditorum. Seruite domino in iocundita- Pſ. 78.
te. Libera ſeruitus eſt apud dominum:libera ſeruitus: vbi Gal. 5.
non neceſſitas ſed charitas ſeruit. Uos inquit in libertatem
vocati eſtis fratres:tantum ne libertatem in occaſionem car-
nis detis:ſed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem. Ser- Ioh. 8.
uum te charitas faciat:quia liberum te veritas fecit. Si mā
ſeritis inquit in verbo meo:vere diſcipuli mei eſtis:⁊ cogno
ſcetis veritatem:⁊ veritas liberabit vos. Simul eris ⁊ ſeruus
et liber: Seruus quia factus es:liber quia amaris a deo a
quo factus es:immo etiam inde liber:quia amas eum a quo
factus es: Noli ſeruire cum murmure. Non enim id agunt
murmura tua vt non ſeruias: ſed vt malus ſeruus ſeruias.
Seruus es domini:libertus es domini: nō te ſic queras ma- D
numitti:vt recedas de domo manumiſſoris tui. Seruite do- 1. Cor. 15.
mino in iocunditate. Plena erit iſta et perfecta iocunditas:
cum corruptibile hoc induerit incorruptionem: ⁊ mortale hoc
induerit immortalitatem. Tunc erit perfecta iocūditas: tūc
illa perfecta iubilatio:tunc laus ſine defectu:tunc amor ſine
ſcandalo:tūc fructus ſine timore:tunc vita ſine morte. Quid
hic? Nullum ne gaudium? Si nullum gaudium:nulla iubila
tio. Quō iubilate deo vniuerſa terra? Eſt plane ⁊ hic gaudiū
de ſpe future vite: Guſtat̄ hic vn̄ ibi ſatiemur. Sed neceſſe
eſt vt

mat.3.c.13 eſt vt multa perferant frumenta inter zizania. Sunt grana
inter paleam:eſt lilium inter ſpinas. Quid enim audit eccle
Canti. 2. ſia? Sicut lilium in medio ſpinarum:ita proxima mea in me
dio filiarum. Nõ dictum eſt in medio alienarum:ſed in me
dio filiarum. O domine quomodo conſolaris:quomodo cõ
fortas? Quõ terres? Quid eſt qð dicis: Sicut liliũ in medio
ſpinarum:ita proxima mea in medio filiarũ? Quas dicis ſpi
nas? Ipſas filias:reſpondet. Spine ſunt ꝑpter mores ſuos
filie ꝑpter ſacramenta mea. Utinã ergo inter gemitus alie
narum gemerẽ:minus gemerẽ. Ille eſt maior gemitus:
Põ45: Quĩ ſi inimicus exprobraſſet mihi:ſuſtinuiſſem vtiqꝫ: Et ſi
is qui oderat me ſuper me magna locutus fuiſſet: abſconde
rem me vtiqꝫ ab eo. Pſalmi voces ſunt: Qui litteras noſtras
nouit ſequitur:qui non nouit diſcat vt ſequatur. Si is qui ode
rat me ſuper me magna locutus fuiſſet:abſcõderẽ me vtiqꝫ
Ibidem. ab eo: Tu vero homo vnanimis dux meus ꝛ notus meus: q̃
ſimul mecũ dulces capiebas cibos. Quos dulces cibos no
Põ.33. biſcum capiunt:qui nobiſcum ſemper futuri nõ ſunt? Quos
dulces cibos:niſi guſtate ꝛ videte q̃ dulcis eſt dñs? Inter il
los neceſſe eſt vt gemam⁹. Sed quo ſe ſeparaturus eſt chri
ſtianus:vt non gemat inter falſos fratres? Quo iturus eſt?
Quid facturus? Solitudines petat? Sequuntur ſcãdala. Se
paraturus eſt ſe qui bene proficit:vt nullũ omnino hominẽ
patiatur. Quid ſi ꝛ ipſum anteq̃ proficeret nemo vellet pati?
I Si ergo qꝛ proficit nullũ hominem vult pati:eo ipſo quo nõ
Ephe. 4. vult aliquẽ hominẽ pati conuincitur qð nõ profecerit. Inten
dat charitas veſtra: Suſtinentes inuicẽ (ait Apl'us) in dile
ctione:ſatagentes ſeruare vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis.
Suſtinentes inuicẽ: Nõ habes qð in te alius ſuſtineat? Mi
ror ſi non eſt: Sed ecce nõ ſit: Eo robuſtior es ad ceteros ſu
ſtinendos:quo iã nõ habes qð in te alij ſuſtineãt. Non ſuſti
neris:ſuſtine ceteros: Nõ poſſum inquis. Ergo habes qð ꝛ
in te alij ſuſtineant: Suſtinẽtes inuicẽ in dilectione. Tu de
ſeris res humanas:ꝛ ſegregas te:vt nemo te videat: Cui ꝓ
deris? Tu ad hoc perueniſſes:ſi nullus tibi profuiſſet? An qꝛ
veloces pedes tibi videris habuiſſe ad tranſeundũ: preciſu
rus es pontẽ? Exhortor omnes:vox dei omnes hortatur: ſuſti
nentes inuicẽ in dilectione. Separabo me inquit aliquis cũ
paucis bonis:cũ illis mihi bene erit. Nam nulli prodeſſe:im
pium ꝛ crudele eſt: Nonne hoc docuit dominus meus? Non
Mat.25. enim dãnauit ſeruũ qui non ꝑdidit qð accepit: ſed qui non
erogauit. Intelligatur pena interuerſoris ex pena pigri. Ser
ue nequã ꝛ piger ait dñs damnans: Nõ ait:interuertiſti pe
cuniam meã:non ait: Dedi tibi ꝛ nõ mihi:qð dedi:integrum
reddidiſti: Quia nõ creuit:qꝛ non erogaſti:inde quit te pu
niam. Auarus eſt de⁹ ſalutis noſtre. Ergo ſeparabo me in
quit cum paucis bonis. Quid mihi eſt rationẽ habere cum
turbis? Bene: Pauci ipſi boni:de quibus turbis ſunt eliqua
ti? Si tamẽ iã ipſi pauci homines boni:tamẽ bona cogitatio
humana laudabilis:eſſe cũ talibus qui elegerũt vitã quietã:
remoti a ſtrepitu populari:a turbis inqetatis:a magnis flu
ctibus ſeculi:tanq̃ in portu ſunt. Iaꝫ ergo ibi gaudiũ illud?
Iam ibi iubilatio illa que promittitur? Nondũ:ſed adhuc ge
mitus:adhuc ſollicitudo temptationũ. Habet enĩ aliunde ꝛ
portus aditũ. Si nulla ex parte haberet: nulla in eũ nauis
intraret. Oportet ergo vt ex aliqua parte pateat. Aliquãdo
aũt per eã partẽ qua patet vẽtus irruit:ꝛ vbi ſcopuli nõ ſunt
naues ſe inuicẽ colliſe confringũt. Ubi ergo ſecuritas: ſi nec
in portu? Et tamẽ vtiqꝫ feliciores in portu q̃ in pelago: Fa
tendũ eſt:cõcedendũ eſt:verũ eſt: Tamen ſi naues in portu
bene ſibi applicentur:non ſibi colliduntur. Seruetur ibi paritas
K equalitatis:cõſtantia charitatis:ꝛ quãdo forte vẽtus ex illa
parte qua patet irruerit:ſit tibi cauta gubernatio. Nã quid
dicturus eſt mihi quiſquis talibus locis forte preeſt: immo
ſeruit fratribus in his que monaſteria dicuntur? quid dictur⁹
eſt? Cautus ero:nullũ malũ admittã. Quõ nullũ malum ad
mittes? Nullũ hominẽ malũ:nullũ fratrẽ malũ intrantẽ ad
miſſurus ſum:cũ paucis bonis bene mihi erit. Ut cognoſcis
quem forte vis excludere? Ut cognoſcatur malus:intus probã
dus eſt. Quomodo ergo excludis intraturũ: qui poſtea pro
bandus eſt:ꝛ ꝓbari niſi intrauerit non poteſt? Repelles om
nes malos? Dicis enim ꝛ noſti inſpicere: Omnes nudis cor
dibus ad te veniunt:qui intraturi ſunt? Ipſi ſe non nouerũt
q̃to minus tu? Multi enim ſibi promiſerunt quod impleturi act.2.c.14
eſſent illam vitam ſanctam in cõmune habẽtem omnia:vbi
nemo dicit aliquid ſuum:quibus eſt vna anima:et cor vnum
in deum:miſſi ſunt in fornacem:ꝛ crepuerunt. Quomodo er
go cognoſcis eum qui ſibi adhuc ignotus eſt? Excludes ma
los fratres a conuentu bonorũ? De corde tuo quiſquis iſta di
cis:omnes malas cogitationes ſi potes a te exclude: Nõ in
tret in cor tuum vel mala ſuggeſtio. Non conſentio inquis:
ſed intrauit tamen vt ſuggereretur. Nam omnes munita cor
da habere volumus:vt nihil intret qð male ſuggeratur. Un
de autem intret quis nouit? Et pugnamus quotidie in vno
corde noſtro: Unus homo in corde ſuo cum turba luctatur.
Suggerit auaricia:ſuggerit libido:ſuggerit voracitas: ſug
gerit leticia iſta popularis:omnia ſuggeruntur:ab omnibus
ſe continet:omnibus reſpondet:ꝛ ab omnibus auertitur:dif
ficile eſt vt non ab aliqua feriatur. Ubi ergo ſecuritas? Hic
nuſq̃:in iſta vita nuſq̃: niſi in ſola ſpe promiſſorum dei. Ibi
autem cum illuc peruenerimus: perfecta ſecuritas: cũ clau
duntur porte:ꝛ confirmantur vectes portarum hieruſalem:
ibi vere plena iubilatio:ꝛ magnum gaudium. Modo autem L
ne ſecurus laudes quamlibet vitam:ante mortem ne laudes Eccl.11.
hominem quenq̃. Hinc autem fallunatur homines:vt vel nõ
ſuſcipiant meliorem vitam:vel temere aggrediantur:quia ꝛ
cum laudare volunt:ſic laudant vt non ibi dicant mala que
mixta ſunt:ꝛ qui vituperare volunt tam inuido animo ꝑ per
uerſo vituperant:vt claudant oculos aduerſus bona: et ſo
la mala que ibi vel ſunt vel putantur exaggerent. Inde ſit
vt vnaqueqꝫ profeſſio male laudata:ideſt non caute lauda
ta:cum inuitauerit homines laude ſua: inueniant illi, qui il
luc veniunt aliquos quales ibi eſſe non credebant: ꝛ offenſi
a malis:reſiliant a bonis. Fratres:diſciplinam iſtam ad vi
tam veſtram conferte:et ſic audite vt viuatis. Laudatur:vt
generaliter dicam:eccleſia dei:magni homines chriſtiani:ſo
li chriſtiani:magna eccleſia catholica:diligunt ſe omnes: im
pendunt ſibi quiſqꝫ qð poſſunt: orationibus:ieiunijs: hym
nis vacatur per totum orbem terrarum:vna confeſſione pa
cis laudatur deus: Audit forte qui neſcit tacitum eſſe de cõ
mixtis malis:venit laude inuitatus:inuenit commixtos ma
los:qui non illi predicti ſunt anteq̃ veniret:offenditur a fal
ſis chriſtianis:refugit a veris chriſtianis. Rurſus odioſi
maledici:irruunt in vituperationeꝫ. Quales chriſtiani? Qui
chriſtiani? Auari feneratores. Nõne ipſi ſunt q̃ theatra:ꝛ am
phiteatra implent per ludos ꝛ per alia ſpectacula? Qui im
plent eccleſias per dies feſtos? Ebrioſi:voraces:inuidi:inſe
ctatores alterutrum: Sunt tales:ſed non ſunt ſoli tales. Et
iſte vituperator ceco animo tacet bonos:ꝛ ille laudator in
cauto animo tacet malos. Si autem ſic laudamus in hoc tẽ
pore eccleſiã dei:quomodo laudãt ſcripture dei? Ecce quo Cant.2.
modo nunc dixi. Sicut lilium in medio ſpinarum:ſic proxi
ma mea in medio filiarum. Audit homo: conſiderat: placet
illi liliuꝫ:intrat:adheret lilio:tolerat ſpinas: merebitur eſſe
in laude ꝛ in oculis ſponſi:qui dicit. Sicut liliũ in medio ſpi
narum ſic proxima mea in medio filiarum. Ita ꝛ in clericis
Laudatores clericorum intendunt ibi bonos miniſtros:fide
les diſpẽſatores omnium toleratores:viſcera ſua impendẽ
tes his quos volunt proficere:non querentes que ſua ſunt: Phil.2.
ſed que ieſu chriſti: Laudant hec obliuiſcuntur:qꝛ mixti ſunt
malis. Rurſus qui reprehendunt auariciam clericorum:im
probitates clericorum:lites clericorum:appetentes res alie
nas:ebrioſos:voraces:iactantes:ꝛ tu inuide vituperas:ꝛ tu
incaute laudas. Tu qui laudas: dic mixtos malos:tu qui vi
tuperas:vide ibi ꝛ bonos. Sic ꝛ in illa vita cõmuni fratrum M
que eſt in monaſterio:magni viri ſancti:quotidie in hymnis
in orationibus:in laudibus dei:inde viuunt: Cum lectione il
lis res eſt. Laborãt manibus ſuis:inde ſe tranſigunt:nõ aua
re aliquid petunt: Quicquid eis infertur a pijs fratribus:cũ
ſufficientia:ꝛ cum charitate vtuntur. Nemo ſibi vſurpat aliquid
qð alter non habeat. Omnes ſe diligunt:omnes inuicem ſe
ſuſtinent. Laudat qui neſcit quid interius agatur:qui neſcit
quomodo illo vento intrante etiã naues in portu colliduntur:
Intrat quaſi ſecuritatẽ ſperãs neminẽ quẽ toleret habitur⁹

inuenit ibi fratres malos:qui mali inueniri non poſſent: niſi
admitterentur:Et neceſſe eſt vt primo tolerent:ne forte cor
rigantur: Nec excludi facile poſſunt: niſi primo fuerint into
lerati:⁊ fit ipſe intolerãdo patiẽtie. Quis me hic querebat?
Ego putabã q charitas eſſet hic.Et paucoꝝ hominũ mole
ſtia irritatus:dum non perſeuerauerit implere qđ vouit:fit
deſertor: tam ſancti propoſiti:⁊ reus voti nõ redditi. Iamve
ro cum inde exierit:fit ⁊ ipſe vituperator ⁊ maledic⁹: ⁊ dicit
Eccli.2. ea ſola que quaſi ſe pati nõ potuiſſe aſſeuerat:⁊ aliquãdove
ra:Sed vera mala maloꝝ toleranda ſunt propter ſocietatẽ
bonoꝝ. Dicit illi ſcriptura: Ue his qui pdiderũt ſuſtinentiã:
Et qđ eſt amplius ructat indignationes maloꝝ odorẽ:vnde
abſterreat intraturos:q ipſe cũ intraſſet: perdurare nõ po
N tuit. Quales illi? Inuidi: litigatores:neminẽ ſuſtinẽtes:auas
ri:Ille illud ibi fecit:⁊ ille illud ibi fecit. O male: quare ta
Mat.24. ces bonos? Quos tolerare nõ potuiſti:iactas:qui te malum
tolerauerunt taces. Merito illud fratres charissimi magni
ficum in dñi euãgelio ex ore dñi: Duo in agro:vnus aſſume
1.Coꝛ.3. tur:⁊ vnus relinquetur. Due in molendino:vna aſſumetur: et
vna relinquetur. Duo in lecto:vnus aſſumetur,et vnus re
linquetur. Qui ſunt duo in agro? Quod dicit Apoſtolus:
Mat.24. Ego plantaui:apollo rigauit:ſed deus incrementum dedit.
In expo Dei agricultura eſtis: In agro laboramus. Duo in agro:cle
ſitione pſ rici ſunt:Unus aſſumet ⁊ vnus relinquet. Aſſumet bonus:
36.tract.j. relinquet malus. In molẽdino due:ad plebes retulit. Qua
b.c. re in molendino? Quia deuincte in ſeculo circũitu rerũ tem
poralium:tanq mola detinent: Et inde vna aſſumet: et vna
relinquet. Que inde aſſumetur? Faciens opera bona:atten
dens indigentiã ſeruoꝝ dei:indigentiam pauperũ: in cõfeſ
ſione fidelis:in leticia ſpei certa:vigilans ad deum:nulli im
precans mala:diligens quantũ poteſt:nõ ſolum amicos ſed
etiam inimicos:preter vxorẽ ſuã nõ ſciens aliquã:preter ma
ritum ſuũ non ſciens aliquem. Aſſumetur et de molendino:
Que aũt aliter fuerit:relinquetur. Alij aũt dicunt:Quietem
volumus:neminẽ volumus pati:remouemus nos a turbis:
bene erit nobis in quadã ſecuritate. Si quietẽ queris:quaſ
ſi lectũ queris:vt ſine aliqua ſollicitudine requieſcas: Et in
Ubi.ſ. de vnus aſſumetur:⁊ vnus relinquetur. Nemo vos fallat fra
O tres:ſi non vultis falli:⁊ vultis amare. Fratres: ſcitote om
nem profeſſionẽ in eccleſia habere fictos. Non dixi omnem
hominẽ eſſe fictum:ſed omnẽ profeſſionẽ habere fictas per
Mat.3. ſonas. Sũt chriſtiani mali:ſed ſunt ⁊ boni. Quaſi plures ma
los vides:q palea ſunt:⁊ te ad grana peruenire non permit
tunt. Sunt ibi et grana:accede:tempta:excute: adhibe oris
iudicium. Inuenis ſanctimoniales indiſciplinatas: Nũquid
1.Thio.5. ideo ſanctimonium reprehendendũ eſt? Multe non ſtant in
ſ. pſ.75. domibus ſuis:circũeunt domos alienas:curioſe agentes:lo
o.circa fi quentes que nõ oportet:ſuperbe:linguate:ebrioſe. Et ſi vir
nem. gines ſunt:quid prodeſt integra caro:mente corrupta? Me
lius eſt humile coniugiũ:q ſuperba virginitas. Si enim nu
beret:non haberet nomen vnde extolleretur:⁊ haberet fre
1.Coꝛ.7. num quo regeretur. Sed nunquid propter virgines malas
Mat.27. damnaturi ſumus ⁊ ſanctas ⁊ corpore ⁊ ſpiritu? Aut propter
iſtas laudabiles etiam illas improbãdas laudare cogemur?
Undiq vnus aſſumetur:⁊ vnus relinquetur. Ergo fratres ſi
mamus pſalmum: quia planus eſt. Seruite domino in io
cunditate. Uos alloquitur:quicunq in charitate omnia tos
leratis:et ſpe gaudetis. Seruite domino:non in amaritudi
Alꝰ † in ne murmurationis: ſed in iocunditate dilectionis. ⌊ † In
troite. trate in conſpectu eius:in exultatione. ⌋ Facile eſt exulta
P re foris: in conſpectu dei exulta. Non valde lingua exultet:
ſed conſcientia exultet. Intrate in conſpectu eius in exulta
tione. ⌊ Scitote quoniam dominus ipſe eſt deus. ⌋ Quis
neſcit quoniam dominus ipſe eſt deus? Sed de domino di
cit quem non putabant homines deum. Scitote quoniã do
minus ipſe eſt deus. Dominus ille non vobis vileſcat:quem
Mat.27. crucifixiſtis:flagellaſtis:ſputis illiniſtis:ſpinis coronaſtis:ve
ſte ignominioſa veſtiſtis: in ligno ſuſpendiſtis: clauis confi
xiſtis:lancea perfoſſiſtis:cuſtodes ad ſepulchrum poſuiſtis:
Ipſe eſt deus. Scitote quoniam dominus ipſe eſt deus.
⌊ Ipſe fecit nos:⁊ nõ ipſi nos. ⌋ Ipſe fecit nos: Omnia per
Joan.j. ipſum facta ſunt:⁊ ſine ipſo factum eſt nihil. Quid eſt quod
exultatis? Quid eſt quod ſuperbitis? Alius vos fecit:Et qui

vos fecit:ipſe a vobis patitur. Sed vos ſic vos iactatis:⁊ glo
riamini ⁊ extollitis:quaſi a vobiſipſis facti ſitis. Bonum eſt
vobis vt qui fecit vos:perficiat vos. Ipſe fecit nos:⁊ nõ ipſi
nos. Non debemus ſuperbire: Totum bonum qđ habemus
ab artifice noſtro habemus. Quod in nobis fecim⁹ inde dã
namur:quod in nobis ille fecit:inde coronabimur: Ipſe fecit
nos ⁊ non ipſi nos. ⌊ † Nos autem populus eius:⁊ oues pa
ſcue eius. ⌋ Oues ⁊ ouis. Ipſe oues:vna ouis: Et q aman alꝰ † n3 hꝫ.
tiſſimum noſtri paſtorem habemus? Dimiſit nonagintanos Luce.15.
uem:deſcendit querere vnam:reportat in humeris ſuis re
demptã ſanguine ſuo. Securus mortuus eſt paſtor pro oue:
qui reſurgens poſſidet ouem. Nos autem populus eius: et
oues paſcue eius: ⌊ Intrate portas eius in confeſſione. ⌋ Q
In portis initium eſt: A confeſſione incipite: Inde pſalmum
in confeſſione ibi iubilate. Confitemini vos non factos a vo
bis:laudate eum a quo facti eſtis. Ab illo fit bonum tuum:
a quo recedens feciſti malum tuum. Intrate in portas eius
in confeſſione. Intret grex in portas:non foris remaneat ad
lupos. Et quomodo intret? In confeſſione. Porta:ideſt ini Pſ.146.
tium:confeſſio tibi ſit. Unde in alio pſalmo dicitur: Incipite
domino in cõfeſſione. Quod illic dicit:incipite:hoc appella
uit hic portas. Intrate portas eius in confeſſione. Et quid?
Cũ iam intrauerimus: nõ cõfitebimur? Semper confitere:
ſemper habes quod confitearis. Difficile eſt in hac vita:vt
ſic homo mutetur:vt nihil inueniatur in eo quod reprehen
datur. Opus eſt vt tu te reprehendas:ne ille reprehendat qui
dãnaturus eſt. Ergo ⁊ cum intraueris in atria cõfitere: Quã
do non erit cõfeſſio peccatorum? In illa requie:in illa equa
litate angelorum. Sed videte quid dixerim: Nõ erit confeſ
ſio peccatorum. Non dixi:non erit confeſſio:erit enim cõfeſ
ſio laudis. Semper confiteberis illum deum:te creaturam:
Illum protectorem:te protectum. In illo quodãmodo ab Pſ.30.
ſconditus eris:ſicut dictum eſt: Abſcondes eos in abſcondi alꝰ † nõ hꝫ.
to vultus tui. ⌊ † In atria eius in hymnis † confeſſionum alꝰ † nõ hꝫ.
confitemini † ei. ⌋ In portis confitemini:⁊ in atria cum in † illi.
traueritis confitemini in hymnis. Hymni laudes ſunt. Quã Pſ.117.
do intras te reprehende:cum intraueris illum lauda. Aperi
te mihi portas iuſtitie: dicit in alio pſalmo:ingrediẽs in eas
confitear domino. Nunquid dixit:cum ingreſſus fuero iam Mat.11.
non confitebor? Etiam ingreſſus cõfitebitur. Que enim pec
cata confitebatur dominus noſter ieſus chriſtus qñ ait: Cõ
fiteor tibi pater domine celi ⁊ terre? Illum laudans confite R
batur:non ſe accuſans. ⌊ Laudate nomen eius:quoniã ſua
uis eſt dominus. ⌋ Nolite putare quia deficitis in laudan
do. Laudatio veſtra quaſi manducatio erit. Quãtum lauda
tis:tantum vires acquiritis:⁊ tantum dulceſcit quem lauda
tis. Laudate nomẽ eius quoniam ſuauis eſt dominus: ⌊ In
eternum miſericordia eius. ⌋ Non enim cum te liberauerit
deſinet eſſe miſericors: Et vt protegat,ſemper in eternam vi
tam: miſericordie eius eſt. In eternum ergo miſericordia
eius. ⌊ Et vſq in generationem et generationem veritas
eius. ⌋ Aut omnem generationem accipe quod dictum eſt
in generationem ⁊ generationem:aut in duabus generatio
nibus: vnam terrenam:alteram celeſtem. Hic eſt generatio
vna que parit mortales: altera que parit eternos. Ueritas Pſ.84.
eius ⁊ hic eſt ⁊ ibi. Noli putare q hic nõ eſt veritas eius. Si Mat.28.
non hic eſſet veritas eius:nõ diceret in alio pſalmo: Ueritas
de terra orta eſt: Nec ipſa veritas diceret: Ecce ego vobiſcũ
ſum vſq in conſummationem ſeculi.

¶ Explicit Tractatus de pſ.xcix.
¶ Incipit Tractatus de pſ.c.

Pſalmus iſte centeſimus quod habet in primo verſu: A
hoc in toto corpore eius querere debemus.

Miſericordiam ⁊ iudicium cantabo tibi domine. ⌋ Ne
mo ſibi ad impunitatem blandiatur de miſericordia
dei:quia eſt iudicium: Et nemo in melius commutatus ex
horreat iudicium dei: quia precedit miſericordia dei. Ho
mines enim quando iudicant aliquando victi miſericor
dia faciunt contra iuſtitiam: et videtur in eis eſſe miſericor
dia: et non eſſe iudicium: aliquando vero rigidum volen
tes tenere iudicium: perdunt miſericordiam. Deus autem
nec in bonis

nec in bonitate miſericordie perdit iudicij ſeueritatē: nec in
iudicando cum ſeueritate amittit miſericordie bonitatē. Ec
ce ſi temporibus diſtinguamus hec duo: miſericordiā ⁊ iudi
cium: forte enī non ſine cauſa ipſo ordine poſita ſunt: vt non
diceret iudiciū ⁊ miſericordiā: ſed miſericordiā et iudicium:
Si ergo per tēpora diſtinguamus hec duo: forte inuenimus
modo tempus eſſe miſericordie: futurū aūt tempus iudicij.
Quō eſt primo tēpus miſericordie? Primo in deo cōſidera:
vt et tu quantū ipſe tibi donauerit imiteris patrē. Neqꝫ enī
arroganter dicimus patrē noſtrū nos debere imitari: quan
doquidē dn̄s ipſe vnicus dei filius ad hoc nos hortat dicēs.
Mat.5. Eſtote ſicut pater veſter celeſtis: Cū diceret: Diligite inimi
cos veſtros: orate pro eis qui vos perſequunt: vt ſitis inquit
filij patris veſtri qui in celis eſt: qui ſolem ſuum oriri facit
ſuper bonos ⁊ malos: ⁊ pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. Ecce
miſericordia. Quando video iuſtos ⁊ iniquos eundē ſolē in
tueri: eandē lucem capere: eoſdē fontes bibere: eadē pluuia
ſaginari: iiſdem fructibus terre repleri: ſimiliter aerem iſtū
ducere: habere equaliter bona mundi: noli putare iniuſtum
eſſe deū qui dat iſta equaliter iuſtis ⁊ iniuſtis. Miſericordie
tēpus eſt: nōdū iudicij. Niſi enī primo deus per miſericordiā
Ro.2. parceret: nō inueniret quos per iudiciū coronaret. Eſt ergo
B miſericordie tēpus: qn̄ patiētia dei ad penitētiā adducit pec
Ibidem. cātes. Audi Apoſtolū dicētē vtrūqꝫ tēpus: ⁊ diſtingue ⁊ tu.
Exiſtimas aūt inquit o homo qui iudicas eos qui faciūt ea ⁊
eadē agis: qm̄ tu effugies iudiciū dei? Intendite: Uidebat
enim ſe. Sed cui hoc dicit? Non enī vni homini dicit: ſed ge
neri humano talia dicebat ſe cōmittere multa mala quoti
die: ⁊ tamen viuere: nihil mali ſibi contingere: ⁊ putabat aut
dormire deū: aut res humanas nō attendere: aut amare fa
cta hominū mala: Tollit iſtā cogitationē de corde: ſed bene
intelligentibus. Quid ergo ait: Exiſtimas o homo qui iudi
cas eos qui talia agunt ⁊ facis ea: quoniā tu effugies iudiciū
dei? Et quaſi diceret: quare facio tāta mala quotidie: ⁊ nihil
mali mihi contingit: ſecutus oſtēdit illi tēpus miſericordie.
Ro.2. An diuitias benignitatis ⁊ patientie ⁊ longanimitatis eius
contemnis? Et vere q̄ hoc contēnebat: ſed fecit illū ſollicitū:
Ignoras inquit qm̄ benignitas dei ad penitentiā te addu
cit? Ecce tēpus miſericordie. Ne aūt hoc ille ſemper putaret
futurū: quō ſecutus eū terruit? Tu aūt iā tēpus iudicij audi
ſti: audi tēpus miſericordie. Propter miſericordiā ⁊ iudiciū
Ibidem. cantabo tibi dn̄e. Tu aūt inquit ſm̄ duriciam cordis tui ⁊ cor
impenitens: theſaurizas tibi irā in die ire ⁊ reuelationis iu
ſti iudicij dei: qui reddet vnicuiqꝫ ſm̄ opera ſua. Ecce miſeri
cordiam ⁊ iudiciū cantabo tibi dn̄e. Sed minatus eſt de iu
dicio. Nunquid ideo iudiciū dei tm̄modo formidandū eſt: ⁊
C nō amandū? Formidandū malis propter penā: amandū bo
nis propter coronā: Quia ergo terruit malos Apoſtolus in
hoc teſtimonio qō cōmemoraui: audi vbi ſpē dat bonis de
iudicio: Seipſum ponit: ⁊ dicit ⁊ oſtēdit ⁊ ipſe in ſe tēpus mi
ſericordie: q̄ niſi ⁊ ipſe inueniret tēpus miſericordie: qualē
illū inueniret in iudicio? Blaſphemū: pſecutorē: iniurioſum.
Sic enī dicit ⁊ cōmēdat tempus miſericordie in quo mō ſu
mus. Qui prius fui inquit blaſphemus et perſecutor ⁊ iniu
1.thimo.1. rioſus: ſed miſericordiā cōſecutus ſum. Sed forte ipſe ſolus
Ibidem. conſecutus eſt miſericordiā? Audi quō nos erigat. Ut in me
inquit oſtenderet chriſtus ieſus omnē longanimitatē ad in
formationem eorum qui credituri ſunt illi in vitā eternam.
Quid eſt: vt in me oſtenderet omnē longanimitatē? Ut vnuſ
quiſqꝫ peccator ⁊ ſceleratus videret q̄ Paulus accepit ve
niam: ⁊ nō de ſe deſperaret. Ecce oſtendit ſe: erexit ⁊ alios.
Ubi? In tēpore miſericordie. Audi in tēpore iudicij quid di
cat de bonis: Iterū dicens de ſe ⁊ de alijs: primo miſericor
diam conſecutus eſt. Quare? Quia fuit blaſphemus ⁊ perſe
cutor ⁊ iniurioſus: Uenit dn̄s vt donaret Paulo: nō vt redde
ret. Nam ſi reddere vellet: quid inueniret qō redderet pec
catori: niſi penā ⁊ ſupplicium? Noluit reddere penam: ſed do
nauit gratiam. Audi q̄ ille cui donauit: tenet dn̄m etiam de
bitorem. Inuenit eum donatorē tēpore miſericordie: tenet
2.Thi.4 debitorē tempore iudicij. Quomodo hoc dicit: videte. Ego
enim iam immolor dixit: ⁊ tempus reſolutionis mee proximū
eſt. Bonum certamen certaui: curſum conſummaui: fidem
Ibidem. ſeruaui. Hoc tempore miſericordie: Audi de iudicio: De cete
ro ſupereſt mihi corona iuſtitie: quam reddet mihi dn̄s in il
la die iuſtus iudex. Nō dixit donat: ſʒ reddet. Quādo dona
bat miſericors erat: quando reddet: iudex erit: q̄ miſericor
diam ⁊ iudicium cantabo tibi dn̄e. Sed donando delicta fe
cit ſe debitorē corone: ibi miſericordiā conſecutus ſum. Mi
ſericors ergo dominus primo: hic autē reddet mihi coronam
iuſtitie. Unde reddet? Quia iuſtus iudex eſt. Quare iuſtus
iudex? Quia bonū certamen certaui: curſum conſummaui: fi
dem ſeruaui. Ideo iuſtus non poteſt niſi coronare iſta: In
uenit enim iſta que coronaret. Antea vero quid inuenerat:
qui prius fuit blaſphemus ⁊ perſecutor? Iſta donauit: illa co 1.thimo.1.
ronauit. Donauit hec tēpore miſericordie: coronauit illa tē
pore iudicij: quia miſericordiā ⁊ iudicium cantabo tibi domi
ne. Sed nunquid ſolus Paulus hoc meruit? Hoc enim dixe
rat quomodo in illo teſtimonio terruit: ſic in iſto erexit. Cū 2.Thi.4.
dixiſſet: Reddet mihi in illo die iuſtus iudex: nō ſolum mihi D
inquit ſed omnibus qui diligunt manifeſtationē ⁊ regnum
eius. Ergo fratres quoniā habemus tempus miſericordie:
nō nobis blandiamur: nō nos dimittamus: nō dicamus: ſem
per parcit deus: Ecce feci heri: ⁊ pepercit deus: facio ⁊ hodie:
et parcit deus: faciam ⁊ cras: q̄ parcit deus. Attēdis ad mi
ſericordiā: ⁊ non times iudicium. Si vis cantare miſericor
diam ⁊ iudicium: intellige: quia ideo parcit vt corrigaris: nō
vt in malignitate permaneas. Noli tibi theſaurizare iram in Ro.2.
die ire ⁊ reuelationis iuſti iudicij dei: quia tempus miſericor
die in alio pſalmo dicitur. Peccatori aūt dicit deus: Ut quid
tu enarras iuſtificationes meas: ⁊ aſſumis teſtamentū meū
per os tuum? Tu vero odiſti diſciplinam meā: ⁊ abiecisti ſer
mones meos poſt te. Si videbas furem: currebas cum eo:
et cum mechis portionem tuam ponebas. Sedēs aduerſus
fratrem tuum detrahebas: ⁊ aduerſus filium matris tue po Pſ.49.
nebas ſcādalum: Hec feciſti ⁊ tacui. Uide tempus miſericor
die. Quid eſt tacui? Nunquid non corripui? Sed non iudica
ui. Quomodo enim tacet qui quotidie clamat in ſcriptu
ris: in euangelio: in predicatoribus ſuis? Tacui a ſupplicio: ſ.pſ.93.r
non a verbo. Hec feciſti et tacui. Et quia tacuit deus:
ideſt non vindicauit: quid ſibi dixit in corde ſuo peccator? Au
di. Suſpicatus es inquit iniquitatē q̄ ero tibi ſimilis: ideſt Ibidem.
parum eſt quia tu talis eras: et me talem putabas: Et cum
oſtendiſſet illi tempus miſericordie: terruit de tempore iudi
cij. Arguam te ⁊ ſtatuam te ante faciē tuā. Tu te ponis poſt
te: ego te ponam ante te. Omnis enim qui non vult videre
peccata ſua: poſt dorſum ſe ponit: ⁊ aliorū peccata acute attē
dit: non per diligentiā: ſed per inuidentiā: nō volens ſanare
ſed accuſare: ſe aūt obliuiſcit. Unde talibus dn̄s dicit: Stipu Mat.7.
lam in oculo fratris tui vides: ⁊ trabem in oculo tuo non cō
ſideras? Quia ergo miſericordia ⁊ iudicium cantatur nobis: E
et nos facientes miſericordiā ſecuri expectemus iudiciū: ⁊ ſi
mus in corpore ipſius: ⁊ nos cantemus eam. Cantat enī hoc
chriſtus: ideſt ſi ſolū caput cātat: a dn̄o eſt cāticū hoc: ad nos
nō pertinet. Si aūt totus chriſtus: ideſt caput ⁊ corpus eius
eſto in mēbris eius: adhere illi per fidē et per ſpē ⁊ per cha
ritatem: ⁊ in illo cāta: in illo exulta: quia ⁊ ipſe in te laborat:
in te ſitit: in te eſurit ⁊ tribulatur. Ille in te adhuc moritur:
et tu in illo iam reſurrexiſti. Nam ſi in te non moreretur: nol Act.9.
let in te ſibi parci a perſecutore: cū diceret: Saule ſaule qd
me perſequeris? Ergo fratres mei chriſtus cātat. Sed quo
modo noſtis? Chriſtum aſſidue cōmendauimus vobis: ⁊ ſcio
quia rudia vobis non ſunt: Dn̄s chriſtus verbum eſt dei per Joan.1.
qō facta ſunt omnia. Hoc verbū vt redimeret nos: caro factū
eſt: et habitauit in nobis: Factus eſt homo deus ſuper om
nia. Filius dei equalis patri. Ad hoc homo factus eſt vt deus
homo mediator eſſet inter homines ⁊ deum: ⁊ reconciliaret
longe poſitos: ⁊ coniungeret ſeparatos: ⁊ reuocaret aliena
tos: ⁊ reduceret peregrinos: ad hoc factus eſt homo. Factus
eſt ergo caput eccleſie: habet corpus ⁊ mēbra. Quere mēbra
ipſius: Modo gemunt per vniuerſum orbē terrarū: tunc le
tabunt in fine in corona iuſtitie: de qua dicit Paulus: Quā 2.Thi.4
reddet mihi dominus in illo die iuſtus iudex. Et modo er
go cantemus in ſpe: omnes in vnum collecti: Chriſtum
enim induti chriſtus ſumus cum capite noſtro: quia vti Gal.3.
qꝫ Abrae ſemen ſumus. Apoſtolus hoc dicit. Quia di
pi. chriſtus ſumus. Apoſtolus ait ergo: abrae ſemen eſtis

Geñ.12. ſue promiſſionem heredes: abrae ſemen eſtis: Videamus ſi
Gal.3. ſemen abrae eſt chriſtus: In ſemine tuo benedicent omnes
gentes. Non dixit in ſeminibus tanq̃ in multis: ſed tanq̃ in
vno: ⁊ ſemini tuo quod eſt chriſtus. Et vobis dicit: Ergo ſe-
men abrae eſtis. Manifeſtũ eſt q2 ad chriſtum pertinemus:
Et quia membra eius ⁊ corpus eius ſumus: cum capite no-
ſtro vnus homo ſumus. Cantemus ergo: miſericordiã ⁊ iudi-
cium cantabo tibi dñe. ⌊ Pſallã ⁊ intelligã in via immacu-
lata quando venies ad me. ⌋ Niſi in via immaculata: nõ
al'† perambulabam. potes pſallere nec intelligere. Si vis intelligere in via im-
maculata: pſalle: ideſt operare i hilaritate deo tuo. Que eſt
F via immaculata? Audi ſequentia. ⌊ † Deambulaba in inno-
centia cordis mei: in medio domus mee. ⌋ Hec via immacu-
lata: ab innocentia cepit: in ipſa etiã peruenit. Quid queris
multa verba? Innocens eſto: ⁊ perfeciſti iuſtitiã. Sed quid
eſt eſſe innocentẽ? Duobus enim modis nocet homo q̃tum
in ipſo eſt: aut faciendo miſerũ: aut deſerendo miſerũ: q2 et
tu non vis ab alio fieri miſer: ⁊ non vis deſeri ab alio ſi miſer
fueris. Quis eſt ille qui facit miſeros? Qui infert violentias
vel inſidias: rapit res alienas: opprimit pauperes: furatur:
coniugia aliena ſollicitat: contumelioſus eſt: ⁊ calũnioſus eſt
vult inferre hominibus vnde doleant ſtudio maliuolentie.
Quis eſt qui deſerit miſeros? Qui videt inopẽ aliquo auxi-
lio egentẽ: ⁊ cũ habeat quõ preſtet: contemnit: deſpicit: alie-
nat cor ſuũ. Qd̃ ſi iam omnino talis eſſet: vt non opus habe-
ret aliqua miſericordia: ſuperbus eſſet ſi deſereret miſerũ.
Adhuc in tribulatione carnis conſtitutus eſt: neſciens quid
ſibi poſſit cras accidere: ⁊ deſpicit lachrymas miſerorũ: non
eſt innocens. Sed quis eſt innocens? Qui cum alicui non no-
cet: nec ſibi nocet. Qui enĩ ſibi nocet: non eſt innocens. Ait
aliquis: Ecce non tuli alicui: nec preſſi aliquẽ de re mea: de
iuſto labore meo bene mihi faciã: Conuiuium: apparatũ ha-
bere volo: erogare volo quantũ me delectat: Bibere cũ qui-
bus volo quantum me delectat. Cui aliquid tuli? Quẽ preſ-
ſi? Quis de me queſtus eſt? Innocens videt: Sed ſi ſeipſum
corrumpit: ſi templũ dei in ſe euertit: Quid expectas vt in
alio faciat miſericordiam: ⁊ parcat miſeris? Qui in ſeipſum
Pſ.10. crudelis eſt: eſſe in alio miſericors poteſt? Tota ergo iuſtitia
ad vnum verbum innocentie redigitur. Qui autẽ diligit ini-
quitatem: odit animam ſuam. Quando amabat iniquitatẽ:
G putabat q2 alijs nocebat. Sed vide ſi in alijs nocet: qui dili-
git iniquitatẽ: odit animã ſuam. Sibi ergo primo nocet qui
vult alijs nocere: nec deambulat: q2 nõ eſt vbi anguſtias nõ
patitur: Arta omnis malicia: ſola innocentia lata eſt. Vbi de-
ambulabat? Deambulabam in innocentia cordis mei: in me-
dio domus mee. Medium domus ſue: aut ipſam eccleſiam
dicit. Chriſtus enim in ea deambulabat. aut cor ſuũ: Domus
enim noſtra interior: cor noſtrũ eſt: vt hoc expoſuerit qd̃ ſu-
perius dixit: In innocentia cordis mei. Que eſt innocentia
cordis ſui? Medium domus ſue. Hanc domum quiſquis ha-
bet malã: patitur ab illa foris. Quiſquis enim in corde pre-
mitur mala cõſcientia: quomodo quiſquis ab ſtillicidio exit
de domo ſua: aut a fumo: non ibi ſe patitur habitare: ſic qui
non habet quietum cor: habitare in corde ſuo: libẽter nõ po-
teſt. Tales foras exeunt a ſeipſis animi intentione: ⁊ de his
que foris ſunt: circa corpus delectãtur: quietem in nugis: in
ſpectaculis: in luxurijs: in omnibus malis querunt. Quare
foris voluerunt ſibi bene eſſe? Quia non eſt illis intus bene
Marci.2. vnde gaudeant in conſcientia ſua. Ideo dominus cũ ſanaſ-
ſet paralyticum ait: Tolle grabatum tuum ⁊ vade in domũ
tuam. Faciat illud aĩa que quaſi paralyſi diſſoluta eſt: in mẽ-
bris boñe operationis: conſtringatur vt bene operetur. Tol-
lat grabatum ſuum: regat cor ſuum: Iam eat in domũ ſuam
H intret in conſcientium ſuam: iam latam inueniet vbi deam-
al'† iniuſtã bulet: ⁊ pſallat ⁊ intelliget. ⌊ Non proponebam ante oculos
meos rem † malam. ⌋ Quid eſt: Non proponebã ante ocu-
los meos rem malam? Non diligebam. Solet enim dici qd̃
noſtis de homine qui ab aliquo diligitur: Ante oculos illum
habet: Et ille qui contemnitur ſic ſolet queri: Non me hʒ ante
oculos. Quid ergo eſt: ante oculos habere? Diligere. Quid
eſt non diligere? Non ibi corde habitare. Dixit ergo: nõ pro-
ponebam ante oculos meos rem malam: nõ diligebam rem
malam. Et exponit ipſam rem malam. ⌊ Facientes preuari-
al'† odiui. cationes † odio habui. ⌋ Intendite fratres mei. Si deam-
bulетis cum chriſto in medio domus eius: ideſt ſi vel in cor-
de veſtro bene requieſcitis: vel in ipſa eccleſia bonũ iter car-
pitis in via immaculata: non eos tantum qui foris ſunt debe-
tis odiſſe preuaricatores: ſed ⁊ quoſcũq3 intus inueneritis
Qui ſunt preuaricatores? Qui oderunt legem dei: Qui au-
diunt illam ⁊ non faciunt: preuaricatores dicuntur. Facien-
tes preuaricationẽ: odio habe: repelle illos a te. Sed odire
debes preuaricatores: non homines. Vnus homo preuarica- Lõcor.23.
tor videte quia duo nomina hʒ hõ: ⁊ preuaricator: Hominẽ q.4.Duo.
deus fecit: preuaricatorẽ ipſe homo ſe fecit. Ama in illo qd̃
deus fecit: perſequere in illo qd̃ ipſe ſibi fecit. Cum enĩ per-
ſecutus fueris preuaricatorem eius: occidis qd̃ homo fecit:
et liberatur qd̃ deus fecit. Facientes preuaricationem odio
habui. ⌊ Non adheſit mihi cor prauum. ⌋ Quid eſt cor pra- I
uum? Cor tortum. Quod eſt cor tortum? Cor non rectum.
Quod eſt cor non rectum? Vide quod eſt cor rectum: ⁊ ibi in-
uenis qd̃ eſt cor non rectum. Rectũ cor dicitur hominis: q2
omnia que vult deus non ipſe non vult. Intendite. Orat ali-
quis vt neſcio quid non eueniat: orat: ⁊ non prohibetur: Pe-
tat quantum poteſt: ſed contra voluntatem ipſius euenit ali-
quid: ſubiungat ſe voluntati dei: non reſiſtat volũtati magne
quia ⁊ ipſe dominus ſic illud exponit: oſtendens infirmitatẽ
noſtram in ſe quando paſſurus erat: ait: Triſtis eſt anima Mat.26.
mea vſq3 ad mortem. Non enim vere ille timebat mortem: Ioan.10.
qui in poteſtate habebat ponẽdi animam ſuam: ⁊ in poteſta-
te habebat iterum ſumendi eam. Et Paulus apoſtolus mi-
les ipſius: ſeruus ipſius clamat: Bonum certamen certaui: 2.Thi.4
curſum cõſummaui: fidem ſeruaui: de cetero repoſita eſt mi-
hi corona iuſtitie: quam reddet mihi dominus in illo die iu-
ſtus iudex: Exultat quia moriturus eſt: ⁊ dominus eius ⁊ im-
perator eius triſtis eſt quia moriturus eſt? Ergo melior ſer-
uus q̃ dominus? Et vbi eſt quod ait ipſe dominus: Sufficit Mat.10.
ſeruo vt ſit ſicut dominus eius: ſufficit diſcipulo: vt ſit ſicut
magiſter eius? Ecce fortior eſt Paulus ventura morte: ⁊ do- Phil.1.
minus triſtis eſt? Optabam inquit diſſolui: ⁊ eſſe cũ chriſto.
Gaudet q2 diſſoluitur: vt ſit cum chriſto: et ipſe chriſtus tri-
ſtis eſt cum quo iſte futurum ſe eſſe letatur? Sed quid erat
illa vox: niſi ſonus infirmitatis noſtre? Multi adhuc infirmi
contriſtantur futura morte: ſed habeant rectum cor: vitent
mortem quantum poſſunt: Sed ſi non poſſunt: dicant quod
ipſe dominus non propter ſe: ſed propter nos dixit. Quid
enim dixit? Pater ſi fieri poteſt tranſeat a me calix iſte. Ec-
ce habes voluntatem humanam expreſſam: vide iam rectũ Mat.26.
cor: Verum non quod ego volo: ſed quod tu vis pater. Si er-
go cor rectum ſequitur deum: prauũ cor reſiſtit deo. Aliquid
illi contingat aduerſum: Clamat: Deus quid tibi feci? Quid
cõmiſi? Quid peccaui? Si iuſtum vult videri: deum iniuſtũ:
Quid tam prauum? Prauum eſt: quia tortus eſt: ⁊ tortam re-
gulam portat. Corrige te: ⁊ inuenies rectum a quo te depra-
uaſti. Ille iuſtus: tu iniuſtus: Et ideo peruerſus es: q2 homi-
nem iuſtum dicis: ⁊ deũ iniuſtũ. Quẽ hominem iuſtũ dicis?
Teipſum. Quando enĩ dicis: quid tibi feci: iuſtum te putas.
Sed reſpõdeat tibi deus. Verũ dicis: Mihi nihil feciſti: om-
nia enĩ tibi feciſti. Si enĩ mihi aliquid feciſſes: bonũ feciſſes.
Quicquid enĩ bene fit: mihi fit: q2 ex precepto meo fit. Quic-
quid autem mali fit: tibi fit: non mihi fit: q2 non facit malus
aliquid niſi ſibi: q2 hoc non ego iubeo. Tales quando videri-
tis fratres corripite: arguite: corrigite. Et ſi non poteſtis cor-
ripere aut corrigere: nolite conſentire: vt poſſitis dicere: Nõ
adheſit mihi cor prauum. ⌊ † Cũ declinaret a me malignus Al'† declinantem a me malignum.
non cognoſcebam. ⌋ Quid eſt: non cognoſcebam? Non ap-
probabam: non laudabam: non mihi placebat. Cognoſcere
enim inuenimus in ſcripturis aliquando dici pro eo quod
eſt placere nobis. Quid enim latet deum fratres: Nunquid K
nouit iuſtos: et non nouit iniuſtos? Quid cogitas qd̃ ille ne-
ſciat? Non dico quid facis: ſed quid cogitas qd̃ ille neſciat?
Nõ dico quid cogitas: ſed quid cogitaturus es qd̃ ille ante
non viderit? Omnia ergo nouit deus: ⁊ tamẽ in fine: ideſt in
iudicio poſt miſericordiã de quibuſdã dicit: In illa die mul-
ti venturi ſunt ⁊ dicẽt: Dñe domine in nomine tuo demonia
eiecimus: in nomine tuo virtutes multas fecimus: in nomi-
ne tuo manducauimus ⁊ bibimus: ⁊ dicam illis. Diſcedite a
me operarij iniquitatis: non noui vos. Ille non nouit ali-
quem? Sed quid eſt: non noui vos? In regula mea non vos
agnoſco.

agnoſco. Noui em̄ regulā iuſticie mee: Non illi congruitis:
Declinaſtis ab illa: diſtorti eſtis. Jdō ⁊ hic dixit: nō cognoſce-
bam. Cū declinaret a me malignus: non agnoſcebā. Quid
eſt: non cognoſcebā? Nunquid forte q: malignus quando ob
uiam fit iuſto in vico anguſto dicit ſibi qd̄ eſt ſcriptū in Sa
Sap. 2. pientia ſalomonis: Grauis eſt nobis etiā ad videndū: ⁊ mu
tat viā ne videat quem nō vult? Sed q̄ multi ſunt maligni
quos videmus: ⁊ qui nos vidēt: ⁊ nō ſolū nō a nobis declināt
ſed currunt ad nos: ⁊ aliquādo iniquitates ſuas per nos im
pleri cupiunt: plerūq; ſe nobis cōiungūt? Plerūq; nobis cō-
tingit. Quō ergo declinant? Declinat a te: qui diſſimilis eſt
tibi. Quid eſt declinat a te? Nō te ſequit̄. Quid eſt: nō te ſe-
quitur? Nō te imitat̄. Ergo cū declinaret a me malignus: id
eſt cū mihi diſſimilis eſſet malignus: ⁊ vias meas nollet imi
tari: nollet ſic viuere malignus quō me illi propoſui ad imi-
L tationem: nō cognoſcebā. Quid eſt: nō cognoſcebam? Nō q:
Al' † ſecre- neſciebā: ſed q: non approbabā. ⌊ Detrahentē proximo ſuo
to. † occulte: hūc perſequebar. ⌋ Ecce perſecutor bon⁹: nō ho-
al' † cū hoc minis: ſed peccati. ⌊ Superbo oculo et inſatiabili corde: †
nō edebā. huic nō cōueſcebar. ⌋ Quid eſt: nō cōueſcebar? Nō cum illo
manducabā. Attendat charitas veſtra: q: mirū aliquid audi
turi eſtis. Si nō ci' veſcebat̄ cū illo: non manducabat. Veſci
em̄: manducare eſt. Cur ergo primo ipſum dn̄m inuenimus
manducaſſe cū ſuperbis: ⁊ nō cū publicanis illis ⁊ peccatori
bus? Nā ipſi humiles erant omnes: Cognoſcebāt em̄ lāguo
rem ſuū: ⁊ medicū requirebant. Cū ipſis ſuperbis phariſeis
inuenimus illū māducaſſe. Nā ſuperbus quidā inuitauerat
Luce. 7. illū: Ipſe eſt cui diſplicuit q: mulier peccatrix que erat in ci
uitate famoſa acceſſit ad pedes dn̄i: ⁊ ait in corde ſuo: Hic ſi
eſſet ꝓpheta: ſciret que mulier illi acceſſit ad pedes. Quip
talis erat mundicia phariſeoꝝ: vt nemo eos iniquus tange-
ret: Si quis eos immundus vel modice tetigiſſet: exhorre-
bant: ne quaſi immundos eos faceret tactus immundus. At
vbi peccatrix illa q̄ erat in ciuitate famoſa acceſſit flere ad
pedes dn̄i: ille cū videret eā dixit in corde ſuo: Hic ſi eſſet p
pheta ſciret que mulier illi acceſſit ad pedes. Unde ſciebat
q: chriſtus neſciuit: niſi inde ſuſpicatus eſt eū neſciſſe: q: eā
non a ſe repulit? Quia ſi ipſe eſſet: repelleret a ſe. Dn̄s autē
non ſolum mulierē illā peccatricē nouerat: ſed ⁊ illius ſuper
bi vulnera medicus inſanabilia videbat. Denicū cū audiſſet
cogitantē: vt oſtēderet illū ſuperbū: Simon habeo aliquid
tibi dicere: Duo debitores erāt cuidā feneratori: vnus ei de-
bebat quinquaginta denarios: alius quingentos: Cū nō ha
berent vnde redderent: dimiſit ambobus. Quis eū plus di-
lexit? Et ille contra ſe dixit ſententiā: extorquente ſibi cōfeſ-
Jbidem. ſionem veritate. Credo dn̄e: q: cui plus donauit. Et conuer-
ſus ad mulierem dixit ſimoni: Uides iſtam mulierē? Intra-
ui in domum tuā: aquā mihi ad pedes non dediſti: Iſta aūt
lachrymis ſuis rigauit pedes meos: ⁊ cetera que noſtis. Nō
opus eſt in aliis propter que ad teſtimoniū adhibuimus diu
tius immorari. Iſte phariſeus ſuperbus erat: cōueſcebatur
cum illo dn̄s. Quid eſt ergo qd̄ ait: Superbo oculo ⁊ inſatia
bili corde huic non conueſcebar? Quid eſt: non cōueſcebar?
Non cum illo manducabā. Quomodo nobis proponit hec:
quando ipſe non fecit? Ad imitationē ſuā nos hortat̄. Uide-
mus eū cōuiuatū eſſe cū ſuperbis: quomodo nos prohibet
ne cōuiuemur cū eis? Nos quidē fratres propter correptio-
nem aliquā tenemus nos etiā a fratribus noſtris: ⁊ nō cum
eis cōuiuamur vt corrigantur. Cū extraneis potius cōuiua-
mur ⁊ cum paganis: q̄ cū his qui nobiſcū erant ⁊ nobis ad-
1. Cor. 5. herent: ſi viderimus eos male viuere vt erubeſcant: ⁊ corri-
gantur: ſicut dicit Apoſtolus: Si quis non obaudit verbo no
ſtro: per epiſtolā: hunc notate: ⁊ nolite cōmiſceri cū eo: ⁊ non
vt inimicum eū exiſtimetis: ſed corripite vt fratrē. Facimus
hoc plerūq; propter medicinā: ⁊ tamen cum extraneis mul-
M tis ⁊ cum impiis ſepe veſcimur. Quid eſt hoc qd̄ ait: Super
bo oculo ⁊ inſatiabili corde: huic non cōueſcebar? Habet epu
las ſuas cor piorum: habet epulas ſuas cor ſuperbū. Num p o
pter cibos ipſos cordis ſuperbi: ideo dixit: inſatiabili corde.
Cor ſuperbum vnde paſcit̄? Si ſuperbus eſt: inuidus eſt: ali
ter eſſe non poteſt. Superbia mater inuidentie eſt: Non po
teſt niſi generare hanc: ⁊ cum illa ſemper eſſe. Omnis ergo
ſuperbus: inuidus eſt: ⁊ ſi inuidus eſt: malis alienis paſcitur.

Unde dicit Apoſtolus: Si mordetis ⁊ comeditis inuicē: vi- Gal' 5.
dete ne ab inuicem cōſumamini. Uidetis ergo comedentes:
nolite his cōueſci: fugite tale cōuiuiū. Neq; em̄ ſe ſatiāt gau
dendo de malis alienis: q: inſatiabili corde ſunt. Caue ne ca
piaris in epulis eoꝝ laqueo diaboli. Cibis talibus paſceban
tur iudei quando crucifixerunt dn̄m: Sed q: paſcebant̄ tan
q̄ de pena dn̄i: Nam ⁊ nos de cruce domini paſcimur: q: cor-
pus ipſius manducamus: Dicebant enim cū viderent eū pē-
dentem in cruce inſultantes: q: inſatiabiles corde erant: Di
cebant ergo: Si filius dei eſt: deſcendat de cruce: alios ſalua Mat. 27.
uit: ſe ſaluare non poteſt. Paſcebantur cibo crudelitatis ſue
⁊ ille paſcebatur cibo miſericordie ſue. Pater inquit ignoſce Luce. 23.
illis: q: neſciunt quid faciunt. Illi ergo habebant alias epu
las: ille alias. Sed quid dictum ſit de menſa ſuperboꝝ audi
te: Fiat menſa eorum coram ipſis in muſcipulam: ⁊ in retri- Ps̄. 68.
butionem ⁊ in ſcandalum. Paſti ſunt: capti ſunt. Quomodo
enim aues ad muſcipulam: aut piſces ad hamū non paſcunt̄
ſed capiuntur: ſic ⁊ ipſi. Habent ergo impii epulas ſuas: ha-
bent ⁊ pii epulas ſuas. Audi epulas pioꝝ: Beati qui eſuriūt Mat. 5.
⁊ ſitiunt iuſticiam: qm̄ ipſi ſaturabuntur. Si ergo pius pa-
ſcitur cibo iuſticie: ⁊ impius ſuperbie: nō mirum ſi inſatiabi
lis corde paſcatur cibo iniquitatis. Noli paſci cibo iniquita-
tis: ⁊ nō tibi cōueſcitur ſuperbus oculo ⁊ inſatiabilis corde
Et vnde tu paſcebaris? Et quid te delectabat: vbi ille tibi N
nō cōueſcebat̄? ⌊ Oculi mei † ad fideles terre ⌋ inquit ⌊ vt Al' † ſuper
† cōſiderēt † hi mecū. ⌋ Dominus dicit. Oculi mei ſuper fi- Al. † ſedes
deles terre: vt cōſiderēt hi mecū: id eſt vt mecū ſedeāt. Quō ant † non
ſederēt? Sedebitis inquit ſuper duodecim thronos: iudicā- habet.
tes duodecim tribus iſrael. Iudicāt fideles terre: de quib⁹ Matt. 19.
dicit̄. Neſcitis q: angelos iudicabimus? Oculi mei ſuper fi- 1. Cor. 6.
deles terre: vt cōſiderēt hi mecū. ⌋ Ambulās in via imma-
culata: hic mihi miniſtrabat. ⌋ Mihi aut: non tibi. Multi em̄
miniſtrant euangeliū: ſed non ſibi miniſtrant: q: ſua querūt
nō que ieſu chriſti. Quid eſt chriſto miniſtrare? Ea que chri- Phil. 2.
ſti ſunt querere. Equidem quando mali annunciant euan- Mat. 23.
gelium: alii ſaluant̄: illi puniuntur. Dictum eſt enim: Que di
cunt facite: que aūt faciunt: facere nolite. Non timeas ergo
quando a malis audis euangeliū. Ue illi qui ſibi miniſtrat:
id eſt qui ſua ibi querit: Tu chriſti accipe. Ambulās in via im
maculata: hic mihi miniſtrabat. ⌊ Nō † habitauit in medio Al' † habi-
domus mee † faciens ſuperbiā. ⌋ Reuertere ad domū illā: tabit.
id eſt ad cor. Non habitabit in corde meo faciens ſuperbiā. al' † q̄ facit
Nullus talis habitabat in corde meo: reſiliebat enim inde.
Nemo habitabit in corde meo: niſi mitis ⁊ quietus: ſuperb⁹
non illic habitabit. Non enim habitat in corde iuſti iniuſtus
Sit a te iuſtus remotus: neſcio quot milibus et manſioni-
bus: ſimul habitatis: ſi vnū cor habetis. Nō habitauit in me
dio domus mee faciens ſuperbiā. ⌊ † Loquens iniqua nō Al' † qui lo-
direxit in conſpectu oculoꝝ meoꝝ. ⌋ Hec eſt via immacula- quitur.
ta: vbi intelligimus quando ad nos veniat dominus. ⌊ In O
matutino interficiebam om̄es peccatores terre. ⌋ Hoc ob-
ſcurum eſt: dignamini aduertere. Iam finis pſalmi eſt. In
matutinis interficiebam omnes peccatores terre. Quare? al' † vt diſp
⌊ Ut † diſperdam de ciuitate domini omnes operantes ini- derem.
quitatē. ⌋ Sunt enim in ciuitate dn̄i operantes iniquitatē:
et quaſi parcit̄ eis modo. Quare? Quia miſericordie dn̄i tē-
pus eſt: ſed veniet ⁊ iudicii: q: ſic cepit pſalmus: Miſericor-
diam ⁊ iudiciū cantabo tibi dn̄e. Iā enumerauit ſuperius: q:
illi nō adheſerant niſi boni. Malis non adheſit: nec delecta
batur epulis iniquitatis eoꝝ qui ſibi miniſtrabant non dn̄o:
id eſt ſua querebāt. Et quaſi diceret̄ illi: ⁊ vt quid tales in ci
uitate tua tāto tēpore tolerasti? Tēpus miſericordie eſt ait.
Quid eſt tēpus miſericordie? Adhuc nondū reuelatū eſt iu-
dicium. Nox eſt: Apparebit dies: apparebit iudicium. Audi
Apoſtolū. Itaq; nolite ante tēpus quicq̄ iudicare. Quid eſt 1. Cor. 4.
ante tēpus? Ante diē. Audi q: ante diē dixerit: Donec veniat
dn̄s: qui et illuminet abſcōdita tenebrarū: ⁊ manifeſtet cogita
tiones cordis: ⁊ tunc laus erit vnicuiq; a deo. Nam mō q̄diu
nō vides cor meū: ⁊ nō video cor tuū: nox eſt. Neſcio quid ab
homine petiſti: non accepiſti: contemni te putas: ⁊ forte non
contemneris. Cor enim non vides: ⁊ cito blaſphemas: in no-
cte: danda eſt tibi venia errāti. Diligit te homo neſcio quis:
et putas quia odit te, aut odit te: et putas quia diligit te.

Sed quodlibet ſit:nox eſt:Noli timere:preſume in chriſto in illo habeto dic. Nõ eſt quid mali de illo ſentias: qꝛ ſecuri ſumus:ꝛ certi ſumus:qꝛ falli nõ põt:amat nos:de nobis aũt inuicẽ nondũ tã certi ſumus. Deus eñi nouit dilectionẽ noſtram inuicẽ. Nos aũt ſi diligimus nos inuicem:quis videt qua diſpẽſatione a nobis fiant iſta? Quare nemo videt cor? Quia nox eſt. In iſta nocte tẽptationes abundãt: Quaſi de
Ps.103. ipſa nocte dixit pſalmus:Poſuiſti tenebras et facta eſt nox: in ea pertrãſibũt omnes beſtie ſylue. Catuli leonũ rugiẽtes vt rapiant ꝛ querãt a deo eſcã ſibi. In nocte querũt eſcã catuli leonũ. Qui ſunt catuli leonũ? Principũ ꝛ poteſtatũ aeris
Ephe.2. huius demones ꝛ angeli diaboli. Quõ ſibi querũt eſcã? Cũ tẽptant. Sed qꝛ nõ accedũt:niſi eis deus dederit poteſtatẽ
Job.1. ideo dictũ eſt:Querẽtes a deo eſcam ſibi. Petijt iob tẽptandum. Qualẽ eſcã? Opulentã:pinguẽ:iuſtũ dei:cui ipſe deus teſtimoniũ perhibuit:ꝛ ait: Hõ ſine querela:verus dei cultor fuit. Petiuit illũ tẽptandũ:querens a deo eſcã ſibi:ꝛ accepit tẽptandũ:ſed nõ opprimendũ:purgandũ vo nõ euertendũ: aut forte nec purgandũ:ſed probandũ. Tñ ꝛ qui tẽptant aliquando tradunt occulto merito ſuo in manus tẽptatoris:qꝛ traditi ſunt forte in cõcupiſcẽtias ſuas. Nam diabolus nulli nocet:niſi acceperit poteſtatẽ a deo. Sed quãdo? In nocte. Quid eſt in nocte? In iſto tẽpore. Cũ aũt trãſierit nox:ꝛ venerit dies:mittunt mali cũ illo in ignẽ eternũ:iuſti vero in vi-
Mat.25. tam eternam. Nullus illic erit tẽptator:qꝛ nõ ſunt illic catuli leonũ:qꝛ trãſacta eſt nox. Ideo dñs diſcipulis ſuis ait: Hac
Luce.22. nocte poſtulauit ſathanas vexare vos ſicut triticũ: ꝛ ego rogaui pro te petre ne deficiat fides tua. Quid eſt: vexare ſicut triticũ? Quõ ab homine triticũ nõ manducat:niſi primo attritũ vt panẽ faciat:ſic neminẽ mãducat diabolus:niſi primo per tribulationẽ euerterit:cõterit vt mãducet. Tu autẽ quãdo tribularis:ſi maneas granũ:nõ cõturberis: nihil tibi cõtingit. Quõ quãdo boues triturãt:nunquid in ſolũ triticũ intrant? Simul mittunt cũ tribula in area. Sed nunquid timendũ eſt tritico? Abſit: Nõ concidit:niſi palea a tritico ſpoliatur:ſuperfluit:ꝛ venit vẽtilatio:ꝛ inuenit purã maſſam.
Mat.3. Quẽ inuenit granũ:mittit in horreũ ſuũ:ꝛ aceruũ palee cõburet igni ineſtinguibili. Unde dixit hoc? Quia dic in ſpe habemus:Dies nobis in chriſto debet eſſe:Nã q̃diu inter temptationes ſumus:nox eſt. In iſta nocte parcit deus peccatoribus:vt nõ illos tollat. Flagellat illos tẽptationibus vt corrigantur:tolerat illos in ciuitate ſua. Putamus ſemper tolerabit? Si ſemper miſericors eſt:ꝛ nõ eſt iudiciũ? Si aũt miſericordiam ꝛ iudiciũ cãtabo tibi dñe:modo parcit:tũc iudicabit. Sed quãdo iudicabit? Cũ trãſierit nox. Ideo dixit: In matutinis interficiebã omnes peccatores terre. Quid eſt:in matutinis? Cũ iam dies venerit:nocte tranſacta. In matutinis interficiebã omnes peccatores terre. Quare eis parcit vſq; ad matutinũ? Quia nox erat. Quid eſt:nox erat? Quia tẽpus erat parcẽdi. Parcebat cũ corda hominũ eſſent occulta. Uides aliquẽ male viuere:toleras illũ: Neſcis eñi qualis erit:qꝛ nox eſt. Utrũ qui hodie male viuit:cras bene viuat:ꝛ vtrũ qui hodie bene viuit:cras malus ſit? Nox eſt eñi:ꝛ omnes tolerat deus:qꝛ longanimis eſt. Tolerat vt cõuertãtur ad illũ peccatores:Sed qui nõ ſe correxerint in iſto tẽpore miſericordie:interficient. Et quare interficient? Ut diſpergantur de ciuitate dñi:de ſocietate hieruſalem:de ſocietate ſanctoꝝ:de ſocietate eccleſie. Quando aũt interficient? In matutinis. Quid eſt:in matutinis? Cũ nox tranſacta fuerit. Quare mõ parcit? Quia tẽpus miſericordie eſt. Quare non ſemper parcit? Quia miſericordiã ꝛ iudiciũ cãtabo tibi dñe. Fratres:nemo ſibi blandiatur: Interficient omnes operãtes iniquitatẽ. Interficiet eos chriſt' in matutino: ꝛ diſperdet eos de ciuitate ſua. Sed modo cum tẽpus miſericordie eſt:audiant eũ. Ubiq; clamat per legem:per prophetas:per pſalmos:per epiſtolas:per euãgelia. Uidete qꝛ nũc tacet:qꝛ parcit:qꝛ erogat miam:ſed cauete:qꝛ venturum eſt iudiciũ.

¶ Diui Aurelij Auguſtini Hipponenſis epiſcopi: de centeſimo et vltimo ſecunde Quinquogene pſalmo Tractatus feliciter explicit.